

D. LVDOVICI MARTINI KAHLII

SERENISSIMO PRINCIPI LANDGR HASSO-CASSELLANO
A CONSILIIS AVLICIS IN ACADEMIA MARBVRGENSI PROFESSORIS
IVRIS ORDINARII ET FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARII
ADSESSORIS

OPVSCVLA MINORA

QVIBVS
TVM PVBLICI TVM PRIVATI
IVRIS ARGVMENTA
VARIA EXHIBENTVR
PLVRIBVS ACCESSIONIBVS AVCTA
ET IVNCTIM EDITA

TOMVS I.



FRANCOFVRTI AD MOENVM
apud W. L. SPRINGII HAEREDES, et J. G. GARBE
MDCCLI.

VIRO PERILLVSTRI

ATQVE

EXCELLENTISSIMO DOMINO

DOMINO

HENRICO OTTONI

CALCKHOFF

SERENISSIMO PRINCIPI

LANDGRAVIO HASSO-CASSELLANO

A CONSILIIS SANCTIORIBVS

SVPREMI STATVS ADMINISTRO

ET SVMMI APPELLATIONVM TRIBVNALIS

DIRECTORI SVMMO

CVRATORI ACADEMIAE MARBVRGENSIS

GRATIOSISSIMO

)(2 VIR-

VIRTVTVM GLORIA FVLGENTISSIMO

REM PVBLICAM OMNEM

INCOMPARABILI MERITORVM MAGNITVDINE

SVBLEVANTI SVSTENTANTI

PATRONO SVO OPTIMO MAXIMO

HVNC OPVSCVLORVM TOMVM

VT OMNIA SVA

IN SIGNVM GRATISSIMAE MENTIS

ATQVE OBSEQVII DEVOTISSIMI

OBSTRICTVS MEMORIA BENEFICIORVM

INNVMERABILIVM SEMPITERNA

ET VENERABVNDVS

OFFERT

LVDOVICVS MARTINVS KAHLE.



LECTORI BENEVOLO SALVTEM.



Repetitis typis quae iam ſingulatim exierunt, opuſcula mea, nunc retractatiora et paulo politiora TIBI iunctim exhibeo, LECTOR BENEVOLE. Vir enim honeſtiſſimus I. G. GARBE operae pretium duxit, quae dudum venum diſtractae ſunt, recudere meas commentationes, iuris

varia illuſtrantes argumenta. Non ſum adeo ſuffenus, vt eas omnibus adprobatum iri confidam; quin potius ingenue fateor, multa excidiſſe, quae cum curatius, tum explanatius, et ad commune iudicium eruditorum, popularemque intelligentiam adcommodatius poſita maluiſſem, dum ex ratione muneris alia agenti typographus inſtat, de mora queritans. Si igitur exſpectationi TVAE, LECTOR BENEVOLE, ſic ego non fecerim ſatis, ſaltem deſiderii amicorum et bibliopolae, qui inuito prope mihi haec expreſſit, habuiſſe me rationem, ex hac editione intelliges. Exercitatio quidem de variis conſtituendi feuda aduocatiae modis, et iuribus praecipuis ex illis manantibus, haud ita pridem eſt a me manu miſſa, et adhuc paſſim forſan reperitur in tabernis librariis; illam tamen neceſſitate vrgente, volumi-

ni huic eſſe inſerendam, exiſtimaui, ne maculas, quibus operae aſperſerunt illam, exprobrarent mihi aliquando maleuolorum ſermunculi; quamuis abſens ſphalmata typographica emendare haud potuerim, in plagulis chartarum inde a pag. 112. Göttingenſis editionis commiſſa. Ceterum dabo operam, vt breui prodeat tomus ſecundus opuſculorum meorum. TVVM interim erit, LECTOR HVMANISSIME, quum inſcitiae meae, tum a diſtante procul prelo Coburgenſi abſentiae, ignoſcere, atque in examinandis meis libellis eam animi aequitatem adferre, qua vſus ſum in quaeſtionibus ſpinoſis compluſculis et nodoſis controuerſiis, tum publici, tum priuati iuris, expediendis dirimendisque. Vale, CANDIDE LECTOR, et faue. Scripſi Marburgi Cattorum pridie Kalendarum menſis Septembris an. MDCCLI.



INDEX
OPVSCVLORVM

I. COM-

I.

COMMENTATIO

DE

EXCEPTIONE SVSPECTI IVDICIS
ADMISSO IN CAVSSIS IVSTITIAE RECVRSVI
AD COMITIA I. R. G. VNIVERSALIA
NON ADHIBENDA
NEC VLLI STATVVM VOTO

OPPONENDA

EX IPSIS LEGIBVS ACTIS PVBLICIS ET DIPLOMATIBVS

ERVTA;

OLIM IN PVBLICA CATHEDRA ICTORVM
DEFENSA A RESPONDENTE

IO. IVSTO VHRHAN

L. L. C.

NIDDA - HASSO - DARMSTADINO

ET REPETITIS TYPIS PVBLICATA GOETTINGAE,

NVNC TERTIVM

EDITA.

A

COMMENTATIO
DE EXCEPTIONE SVSPECTI IVDICIS ADMISSO IN CAVSSIS IVSTITIAE RECVRSVI AD COMITIA I. R. G. VNIVERSALIA NON ADHIBENDA NEC VLLI STATVVM VOTO OPPONENDA.

§. I.
INSTITVTI RATIO.



Recurſum ad comitia, in cauſſis iuſtitiae, non abhorrere a maiorum noſtrorum conſuetudine; acta publica declarant luculenter. Ne vero, vt incompertum, in medio relinquamus id ipſum; remittimus lectores ad aeui huius exempla: primum ad recurſum illuſtriſſimi Comitis de Caſtel, anno MDCCII. inſtitutum; *a*) deinde ad recurſum, an. MDCCIII. admiſſum ob dubiam ORDINAT. CAMERAL. Part. II. Tit. VII. interpretationem; *b*) tum ad cauſſam Sereniſſimi Landgrauii Haſſo-Caſſelani, ob ſucceſſionem in Comitatum Ritt-

 berg,

a) Nemini ignotum id eſſe poteſt, qui legit ELECTA IVRIS PVBLICI Num. LIII. Tom. X. pag 679. edit. 1717. et FABRI *Europaeiſche Staats-Canzeley* Tom. VIII. Cap. X. pag. 678. ſequ. excuſ. 1704.

b) Vid. *der Graefl. Hachenburgiſchen Regierung Memorial, worin der Reichs-Conuent gebeten wird, daſs in Sachen Naſſau-Hademar contra Sayn vnd Blanckenheim, am Kayſ. Reichs-Hoffrath nicht verfahren werden moege, bis vom Reichs-Conuent die interpretatio Ordinationis Cameral. Part. II. Tit. 7, erfolget*, quod ſcriptum extat *im Monatlichen Staats-Spiegel auf den Monat Nouember vnd December* MDCCIII. p. 29. edit. 1704.

berg, ad comitia delatam. *c*) Postremo huc referimus Comitus a Solms Braunfelsensis litem, in comitiis expositam, *d*) et bene multas alias, quas a recursu non absterruerunt Status. Grauiter et apte commentantem de negotiis istis, vide illustrem atque eximium ICtum, IO. IACOBVM MOSERVM, *in der historischen vnd rechtlichen Betrachtung des Recursus von den hoechsten Reichs-Gerichten an den Reichs-Conuent*, Cap. II. pag. 19. sequ. *e*) Vltimum recursus specimen, ibidem prolatum, effecit Serenissimus Landgrauius WILHELMVS Hasso-Casselanus et Hanouiae Comes; cuius vestigia hac in re presserunt plures; id quod sane ex selectis juris publici nouissimis celeberrimi IOANNIS CAROLI KOENIG, *f*) et scriptis elucet aliis. *g*) Quum vero, tam de indole et natura recursus, quam de historia huius remedii, olim disputauerint viri doctissimi, inter quos honoris caussa nominamus laudatum semperque laudandum MOSERVM, illustres viros KIPPINGIVM, DECKHERRVM, HAPPELIVM, GERKENIVM, AYRERVM, de recursu, ne actum agamus, dicere multa, non est animus: sed attingere iuuat, adhuc nondum decisam, nec satis examinatam momentoque suo ponderatam quaestionem: *an exceptio iudicis suspecti, admisso in caussis iustitiae recursui ad comitia I. R. G. vniuersalia, adhiberi queat, et Statuum votis opponi?* Ne vllum quidem hoc de argumento scriptum percepimus

c) De his confer, si lubet, FABRI *Europaeische Staats-Canzeley* Tom. X. Cap. IV. pag. 201. sequ. excus. 1706. Tom. XII. Cap. IV. pag. 258. sequ. impress. 1708.

d) Multa de hac habet *Europaeische Staats-Canzeley* Tom. X. Cap. XIII. pag. 552 sequ.

e) edit. 1737.

f) Parte I. Cap. II. pag. 18. sequ. edit. Francof. et Lipsiae 1740. Cap. XVII. pag. 437. sequ. Part. VI. Cap. IX. pag. 280. edit. 1743. Part. X. Cap. VIII. pag 217. sequ. edit. 1746. Part. XI. Cap. IX. pag. 330. sequ. edit. 1746.

g) v. *Europaeische Staats-Canzeley* Tom. LXX. Cap. V. pag. 279. sequ. et passim Tomi sequentes.

pimus oculis, praeter perbreuem libellum, insertum ANTONII FABRI *Europaeischen Staats-Canzeley* Tom. LII. Cap. IX. Num. IX. pag. 315. *b*) ferentemque titulum: *Kurtze Vorstellung, warum ein Stand des Reichs in casu iustitiae seines Herrn Bruders, bey der Reichs-Versammlung rechtlicher Weise nicht votiren, folglich auch solches in der Zwingenbergischen Sache von Ihro Churfürstl. Durchl. zu Pfaltz beeder Herren Brudere Chur- und Hochfürstliche Durchl. Durchl. nicht geschehen kan; i*) quam breuissimam disquisitionem excepit: *Recapitulirte Substantz der Goellerischen Vorstellung*, apud eundem FABRVM c. l. Num. X. pag. 323. sequ. Silentio sunt praeteruecti quaestionem illam, tum scriptores iuris publici generales; tum auctores, qui doctrinam de comitiis speciatim et fuse enodarunt, VITRIARIVS, PFEFFINGERVS, RVMELINVS, MVLTZIVS, MYLLERVS ab EHRENBACH, WAGENSEILIVS, MAVRITIVS, BERTRAMVS, ARVMAEVS, MVLLERVS, FRITZIVS, et qui palmam reliquis praeripuit, ill. IO. CAROLVS KOENIG, ceterique innumeri fere, perlustrati a nobis, vocem nullam de recusatione votorum miserunt. Quum vero res digna sit curatiori disquisitione, illam expedire, et rationibus nouis adornare liceat, praeceptionibus quibusdam de recursu ad comitia, et modis iudicem recusandi, adumbratis praestructisque.

§. II.
DE CAVSSIS RECVRSVS AD COMITIA LEGITIMIS.

Sunt, qui recursum ad comitia improbant prorsus omnem; quemadmodum haud pauci mirifice vsum recursus extendunt,

b) excus. 1728. der Reichs Famae anno MDCCXVII.
i) Hic libellus insertus etiam est Tom. II. pag. 362.

cunt, atque amplificant. Quanquam nobis non ſumimus componendas tantas lites; pro libertate tamen, quae viget in academiis, pronunciamus, cum legibus imperii hanc conuenire recurſus notionem: RECVRSVS, vi vocis natiua ſeruata, eſt a parte litigante inſtituta imploratio comitiorum vniuerſalium, vt Status in iis decidant, quae vel immediate, vel mediate, ad imperii ſtatum ſpectant publicum, vel reſeruata comitiis negotia, vel perperam a iudiciis ſupremis facta, cognoſcant atque definiant. Conſentaneum eſt, implorari Status in comitiis, non tanquam iudices ſupereminentes ordinarios, ſed tanquam concilium imperantium ſummorum. Iuſtitiae igitur cauſſas, iudiciis imperii ſummis adſignatas quidem videmus; ſed juſtis limitibus circumſcriptas, *k*) et remediis non ordinariis ſolum, veluti ſupplicationis, reſtitutionis in integrum, reuiſionis et ſyndicatus, ſed et, pro re nata, extraordinario recurſus temperamento, reſtrictas. Iudicia proin ſumma oportet leges adplicare ad facta, in cauſis particularibus, et officiis facere ſatis. Si vero I. patiuntur iudices, leges ſitu atque ſenio emori, vel eas negligunt, *l*) vel euertunt

k) Euoluatur auctor *der Grundfeſte des Roemiſchen Reichs Teutſcher Nation*, Part. III. Cap. V. pag. 239. edit. 1683. Francofurti ad Moenum.

l) De his legi meretur „ allerunterthaenigſtes Schreiben an Ihro „Kayſerliche Majeſtaet, ſo vom *Corpore Euangelicorum* den XXIII. Maj. „MDCCXVI. abgegangen, „ in quibus litteris haec exponuntur: „ man „will zwar die Praeſumption vor die „hoechſte Reichs-Gerichte in ſeiner „Maaſſe gern gelten laſſen, daſs dieſelbe aber nicht ſchlechterdings infallibel ſeynd, ſolches laege durch die „vielfaeltige Reformationes, Viſitationes vnd andere Anweiſungen genugſam vor Augen, daher die Staende „nach dem Exempel ihrer Vorfahren „hierunter vnd wegen gleicher vnpartheyſcher Adminiſtration der Juſtitz ein Auge mit zuſchlagen, ſowohl „recht als noethig haben, beuorab „wann etwa ein oder dem andern „Stand des Reichs in ſeinen wohlhergebrachten Gerechtſamen vber-

„haupt,

tunt perfringuntque, et ita litigantibus iniungunt detrimenta; tunc ſane vulneribus ipſi ordines imperii mederi poſſunt in comitiis. *m*) Ipſa Capitulatio inuictiſſimi Imperatoris FRANCISCI I. ius recurrendi ad comitia, eam ob cauſſam, confirmat Art. XIII. §. 6. his verbis: *n*) *Wir ſollen vnd wollen auch obbemeldtem Churfürſten zu Mayntz, der Kayſerlichen Propoſition zu folg, vnd dem Reich zum beſten, eine vnd andere Sachen, wie auch der klagenden Staenden Beſchwehrnus, wenn auch ſchon dieſelbe Vnſere Hauſs- Reichs- Hof- vnd andere Raethe vnd Bediente ihrer Art nach betreffen, in das Churfürſtliche, oder in alle Reichs-Collegia zu bringen, zu proponiren vnd zur Deliberation zu ſtellen kein Einhalt thun, noch ſonſt in dem Chur-Mayntziſchen Ertz-Cancellariat vnd Reichs-Directorio Ziel vnd Maaſs geben;* et Art. XVII. §. 3. *Vnd immaſſen Wir Vns bereits hier oben im Zwoelften Articul anheiſchig gemacht haben, die ordinari Reichs-Deputation bald moeglichſt herzuſtellen, mithin auch die ſonſt gewoenhliche Viſitationen vnd Reuiſionen des gedachten Vnſern vnd des Reichs Cammer-Gerichts hinwieder in Gang vnd Ordnung zu bringen, Vns aüſſerſt angelegen ſeyn laſſen werden, inzwi-*

„haupt, vnd dem iuri primarum inſtantiarum vel omnimodae iurisdictioni circa eccleſiaſtica, inſonderheit zu nahe getreten werden will; „ cet. apud beatum GEORGIVM MELCHIOREM de LVDOLF in Commentatione ſyſtematica de iure Camerali, Append. III. pag. 117. edit. ab illuſtri IOANNE IACOBO ZWIRLEIN 1741.

m) REC. IMP. ann. MDCLIV. §. CLXV.

n) Iam in capitulationis FERDINANDI V. Art. XLIII. ſancita ſunt haec: „ Auch obbemeltem Vnſerm „lieben Neven, dem Chur-Fürſten „von Mayntz, eine vnd andere Sa„chen der klagenden Staende, (wann „ſchon dieſelbe vnſere Geheime„vnd Reichs-Hof-Raethe betreffen,) „in den Churfürſtlichen, oder ge„ſammte Reichs-Raethe, ihrer Art „vnd Eigenſchafften nach, zu bringen, „zu proponiren vnd zur Delibera„tion zu ſtellen, kein Einhalt gethan, „noch ſonſten in Dero Ertz-Cancel„lariat, oder Reichs-Directorio Ziel „vnd Maas gegeben werden ſolle.„

inzwischen aber die Aufrechthaltung des gedachten Cammer-Gerichts vnd der heilsamen Iustitz keinen laengeren Verzug leidet, auch denen in letzteren Zeiten, bey Ermangelung des Remedii Reuisionis ad Comitia genommenen Recursibus Ziel vnd Maass zu setzen ist, wie dann auch ferner der iungere Reichs-Abschied §. 130. vnd folgenden zu Tag leget, dass hierinnen, mittels der Inhalts desselben beschlossenen extraordinari Reichs-Deputation zu helffen; Als wollen vnd sollen Wir daran seyn, dass sothanem Reichs-Schluss die würckliche Folg dermahlen forderfamst geleistet werde; quamuis in lege hac rationes non contineantur omnes, per quas ad recursum perducuntur litigantes. Pari modo olim Imperatores declararunt, iure exui obsequium in iudices supremos inique facientes, vt colligimus ex Capitul. IOSEPHI Artic. II. III. VII. VIII. XVII. XXV. et passim; neque minus ex Commissionis Decreto, anno seculi huius decimo quinto, die XIV. Augusti confecto, quod legimus in Elect. Iur. Publ. Tom. IX. pag. 63. sequ. et ex rescripto Caesareo, die VII. Iul. anno MDCCI. dato in caussa episcopi Herbipolensis. *o*) II. Praesertim iustitiae caussa ad comitia redit,

o) *Im Monatlichen Staats-Spiegel* ann. MDCCI. mens. Iul. pag. 29. seq. haec caussa explanatur. Rescriptum vero Imperatoris, in caussa Herbipolensi datum, exhibet diarii excitati mens. Sept. pag. 37. in quo verba haec comprehenduntur: „Obwohlen wir „einige an mehrgemeldetes Vnser „Kayserl. Cammer-Gericht erwach„sene Processe ohne hoechstdrin„gende Vrsache zu sistiren nicht ge„meynet seynd; so koennen wir „doch in dieser Sache, da des Bi„schoffs Andacht sich gegen dasselbe „insgesamt directe beschweret, vnd „seine Beschwerde als ein wegen „der Consequentz gemeines Grauamen bey gegenwaertiger Reichs„Versammlung schon angebracht, „die mehreste Staende auch ihre „Displicentz daruber zu erkennen „geben, dieselbe nicht ohngehoert „lassen. Befehlen Euch derohalben „hiemit gnaedigst, Vns vber dieser „Sachen Beschaffenheit einen mehr „zulaenglichen Bericht, samt denen „Vrsa-

redit, si inter Status erumpunt lites, in quibus vt vnum corpus Status nequeunt considerari, sed ius eundi in partes locum habet; *p*) cuiusmodi nimirum controuersias pactis tantum transactionibusque reduci ad concordiam, tenemus. *q*)

III. Fluit recursus ex natura rei, si caussa iustitiae cum Statu Germanorum publico est coniuncta. Ratio enim Status requirit saepe exceptionem iuris ordinarii. Hinc recursus

„Vrsachen, warum ihr auf des Bischoffen vnd so vieler Staende Ahndung, dem Grauamini, so gar leicht „haette geschehen koennen vnd sollen, nicht abgeholffen, cet.„ Id patet etiam ex declaratione Commissionis decreti, dati a CAROLO VI. die IV. Septembr. ann. MDCCXV. quod extat in *der Europaeischen Staats-Canzeley* Tom. XXVI. Cap. XIII. N. I. pag. 718. seq. Conf. inprimis pag. 725. impress. 1716.

p) INSTR. PACIS Art. V. §. 52.

q) Hinc iudicia summa iurisdictionem tantum administrant, ratione Statuum, in particulari consideratorum, non vero Status in corpore, nec totius Imperii, nec Catholicorum vel Evangelicorum, in ius trahere possunt. Conf. Art. V. PACIS OSNABRVG. §. 52. et litterae Corporis Euangelici datae ad Imperatorem die XXIII. Maii an. MDCCXVI. in quibus haec proferuntur: „ sintemahl „nur besagte Reichs-Gerichte keine „andere Iurisdiction haben als vber „die Staende in particulari, vnd deren vnter sich habenden Streit-Sachen, keineswegs aber vber die gesamte Status in corpore seu totius „imperii, seu Catholicorum, seu Euangelicorum, als von welcher „Macht, dass sie ihnen gegeben seyn „solte, in allen Reichs-Satzungen „kein Iota zu finden, vielweniger „aber das Gegentheil daraus offenbarlich zu schliessen, dass krafft „des mehrallegirten Friedenschlusses „Artic. V. §. 52. in Religions- vnd andern Sachen, da die Staende in Partes gehen, nicht einmal das gantze „Reich per viam decisionis, sondern „allein per amicabilem compositionem verfahren, vnd die Streittigkeiten beylegen kan, an welcher „klaren Befugniss ihnen Augspurgischen Confessions-Verwandten so „viel gelegen ist, dass sie solches „ohnmoeglich aus Haenden lassen „vnd Richterlicher Entscheidung „vnterwerffen: cet.„

ſus habet locum, ſi incidit cauſſa in poteſtatem legislatoriam; qua nunquam iudicia ſuprema, ſed omnino Imperator et Status coniunctim praediti ſunt. Ea propter INSTR. PAC. Art. V. §. 56. rem ad comitia ſpectare, indicatur, ſi inter ſe aſſeſſores iudiciorum dubii haerent, r) vel ſi vota aſſeſſorum ſunt paria. s) Praeterea Imperator Auguſtiſſimus; PACIS OSNABRVGENSIS Art. V. §. 55. conuenienter promiſit, t) in rebus perplexis et momenti magni, ſe ipſos Electores et Status adhibiturum in conſilium. u) IV. Si igitur imperii tribu-

r) Arg. REC. IMP. ann. MDC promulgati §. CXL. *Es haben vns auch vnſere Kayſerliche Commiſſarien der Gebühr referirt*, cet. INSTR. PACIS Art. V. et Art. VIII. §. 2. *Gaudeant* cet. Abuti Status interdum hoc iure, pronunciat Imperator *im Commiſſions-Decret, betreffend die Riedbergiſche Sache*, dato die XX Sept. MDCCVII. apud FABRVM T. XII. Cap. IV. pag. 261. ed. 1708.

s) INSTR. PAC. Art. V §. 55. *Reichs-Hoffraths-Ordnung* ann. MDCLIV. confecta auſpiciis FERDINANDI III. Tit. V. §. 20.

t) V. CAPIT. IOSEPHI Art. XXXVIII. et Corporis Euangelicorum declaratio, an: MDCCXVI in litteris ad Caeſarem datis expreſſa: „daſs auch die Parthey-Sachen vnter „denen Staenden des Reichs nicht „allein in ſo weit, als man zuſiehet, „daſs die hoechſte iudicia ihre Schran- „ken nicht veberſchreiten, ſondern „auch in wichtigen Faellen quoad ip- „ſam deciſionem cauſſae principalis, „eiusque executionem, mit gutem „Grunde als Staats-Sachen conſide- „riret, mithin vor den Reichs-Tag „gezogen werden koennen, wie „dann in vorigen Zeiten allemahl „geſchehen, daſs die Roemiſche „Kayſer, Staende Sachen, wo es „an ihre vom Reich habende hohe „Regalien, Freyheiten oder Leben „gegangen, mit Zuziehung „gewiſſer Chur- vnd Fürſten, oder „auch auf offenen Reichs-Taegen ſelbſt in allerhoechſter Perſon „verhoeret vnd entſchieden, vnd „das darum, weil die Staende des „Reichs allemal bey den Kayſern in „beſondere Conſideration, vnd nicht „wie bloſſe Priuat-Partheyen geachtet gewesen, zumahlen aus dergleichen Sachen im Roemiſchen „Reich leicht andere Weiterungen „entſtehen, cet.

u) Haec legas in Actorum Publicorum, a MICHAELE CASPARO LON-

tribunalia illa inter se disceptant ratione iurisdictionis, cuiusmodi contentiones ex diuersis ORDIN. CAMER. Part. II. Tit. VII. interpretationibus ortae sunt; vel si V. caussa a iudiciis supremis expediri nequit; necessitas ad recursum detrudit, vel assessores, vel litigantes. Ita discimus ex RECESSVS IMPERII ann. MDLXX. Spirae promulgati, §. CXVII. REC. IMP. Augustae Vindelicorum anno MDLXXXII. sanciti, §. LVII. REC. IMP. anno. MDXCIV. Ratisbonae compositi, §. CXVI. si de moderatione matriculae quaestio mouetur, a iudiciis acta esse exhibenda Electori Moguntino. Denique VI. constat inter omnes, in caussis banni, penes iudicia suprema restrictam maxime esse potestatem, atque inde a temporibus CAROLI VI. *x*) in comitiis ipsis de iis instituendam esse, Capitulatio-

LONDORPIO collectorum, Tom. II. Lib. I. tract. 4. p. 59. et apud G. M. de LVDOLF de iure Camerali pag. 12. edit. 1741. quo loco Electorum Ministri, „Die Erinnerungen, *inquiunt*, „so Euer Kayserliche Majestaet bis„weilen dem Kayserlichen Cammer„Gericht gethan, wann es sich Sa„chen vnterfangen, so nicht vor „dasselbige gehoerig, werden sich „vnsere gnaedigste Herren gewiss„lich nicht missfallen lassen; wann „nur in denselben hinführo, wie wir „allerunterthaenigst verhoffen, ge„bührlich vnd nothwendiger Vnter„schied gehalten, vnd eine Sache „an das Ort, dahin sie ihrer Arth vnd „Eigenschafft, auch der Parthey Be„schaffenheit nach gehoerig, entwe„der am Cammer-Gericht, bey Hof, „oder für allgemeine Staende, ge„lassen vnd gebührlich eroertert „wurde, wie in solchen allen die „Cammer-Gerichts-Ordnung vnd „Reichs-Constitutiones gute Maass „vnd Wege weisen vnd gehen; *et* „*paucis interiectis:* inmassen diesel„be - - - ihrer Ordnung nach visi„tiret werden, auch ermeldte Cam„mer-Richter vnd Beysitzer ihre ge„habte *Dubia*, an Euer Kayserliche „Majestaet vnd gesamte Staende als „Statuentes gelangen lassen vnd „Ausschlags begehret. Conf. *Reichs-Hoff-Raths-Ordnung* anno MDCLIV. publicat. Tit. V. §. VI.

x) In *Capitulationis* CAROLI VI. Art. XX. haec praescripta sunt: „auch „darauf halten, dass hinführo nie„mand, hohen oder niedern Stan„des,

tulationi Caesareae conuenienter, omnibus Statibus curatam disquisitionem. Id quod in Capitulatione CAROLI VII. *y*) et FRANCISCI I. *z*) firmatum corroboratumque occurrit.

§. III.
MODO PROLATA IN MEDIVM ILLVSTRANTVR.

Quum tribunalium supremorum priuilegia, in Imperatoris ac Statuum potestate ac moderatione vertantur, et proin

„des, Churfürst, Fürst oder Stand, „oder anderer, ohne recthmaessig „vnd genugsame Vrsach, auch vn„gehoert vnd ohne Vorwissen, Rath „vnd Bewilligung des Heil. Reichs „Churfürsten, Fürsten vnd Staende, „in die Acht oder Oberacht gethan, „gebracht, vnd erklaeret, sondern „in denen künfftigen Casibus, darinn „nach Beschaffenheit des Verbre„chens, auf die Acht oder Priuation „entweder vom Kayserl. Fiscal Amts „wegen, oder auf Anruffen des lae„dirten vnd klagenden Theils, zu „procediren, vnd in Rechten zu ver„fahren, vnd darüber Wir entweder „an dem Reichs-Hoffrath, oder Vn„serm vnd des Reichs Cammer-Ge„richt pro administratione justitiae „angeruffen, vnd imploriret worden, „zufoederist in Decretirung oder „Auslassung derer auf die Reichs„Acht oder Priuation gebetenen La„dungen vnd Mandaten, so dann „in der Sachen weitern Ausführung „bis zum Beschluss, auf des Heil. „Reichs hierüber vorhin gefasste Ge„setze, vnd Cammer-Gerichts-Ord„nung genaue vnd sorgfaeltige Ach„tung geben, damit der Angeklagte „nicht praecipitiret, sondern in sei„ner habenden rechtmaessigen De„fension, der Nothdurfft nach, ange„hoeret werde. Wann es dann zum „Schluss der Sachen kommet; so „sollen die ergangenen Acta auf „oeffentlichen Reichs-Tag gebracht, „durch gewisse absonderlich hierzu „vereydete Staende - - - aus allen „dreyen Reichs-Collegiis, in glei„cher Anzahl der Religionen exami„nirt; cetera„ Conf. LONDORPIVS Actorum Publicorum Tom. V. pag. 341. seq. Sess. XCIII. quo loco illustratur hoc ipsum exemplis, olim in comitiis examinatis, nec non pag. 36. edit 1668. De his infra pluribus.

y) Art. XX. §. 2. seq.

z) Art. XX. §. 2. seq.

proin comitiali concluso restringi atque circumscribi queant diuersimode; id quod ex iure auocandi caussas in Camera praecipue perspicimus; *a*) consequens est; vt adhuc disputata de recursu, vel ex hac ratione stabiliantur efficianturque. Caussis igitur iustis illius generis emergentibus, eorum precibus relinquere locum solent Status, qui recursu salutem petunt. Vt vero rite atque ordine iusto hic fiant omnia, vel in pleno senatu, vel in concilio delegatorum, de caussis recursus instituitur examen; quo facto, votorum pluralitati conuenienter, vel admittitur recursus, vel reiici solet. *b*) Quod remedium, vsque dum reuisiones et visitationes ordinariae, quae adhuc interruptae sunt, restitutae fuerint, nobis salutare maxime videtur. *c*)

§. IV.

DE EXCEPTIONIBVS IVDICI OPPONENDIS GENERATIM.

Expedita de caussis recursum efficientibus quaestione, progredimur ad modos iudicem recusandi; vt ex subductis rationibus penitus perspiciamus, an recursui admisso in comitiis adhiberi istae queant recusationes. Non faciam, vt enume-

a) Id declarant DE LVDOLF de *Iure Camerali* Sect. I. §. 1. pag. 14. IACOBVS BLVMEN *Processus Cameralis* Tit. XXV. §. 24. pag. 97. edit. Francofurti ad Moenum 1693. et GVILIELMI RODINGI Pandectae Iuris Cameralis Lib. I. Tit. III. n. 25. pag. 24. seq. excus. Francofurti ad Moenum 1[illegible] nec non PAX OSNABR. Art. VIII. §. 3.

b) Vid. Ill. MOSERVS *in der historischen vnd rechtlichen Betrachtung des Recursus von den hoechsten Reichs-Gerichten an den Reichs-Conuent* pag. 94. ed. 1738.

c) Euolue de iure illo Statuum visitandi, Rec. Imp. Spirae promulgatum ann. MDLXX. §. LXXIX.

enumerem exceptiones, quibus iudices reiicimus, omnes: ſed obſeruare tantum liceat, reos iudicem, a quo citati ſunt, recuſare, vel inhabilitatis, vel ſuſpicionis, vel incompetentiae cauſſa. Proin munere iudicis aſpelluntur impuberes; *d*) puberes, nondum maiores XVIII. annis; *e*) mente capti; furioſi; *f*) muti; *g*) ſurdi; *h*) coeci; *i*) foeminae; *k*) ſerui; *l*) moti ſenatu; *m*) infames *n*) aliique, *o*) quos iudicio prohibent leges, vel ſemper, vel ſub conditionibus quibusdam. *p*) Sed has et reliquas exceptiones incompetentiae, inhabilitatis, *Legis vnicae C. quando imperator inter pupillos*, praeuentionis, primae inſtantiae cet. taceo; exceptionem iudicis ſuſpecti ſolam enucleaturus.

§. V.

d) *L. 12. §. 2. D. de iudiciis et vbi quisque, L. 2. §. 1. D. de R. I. Nou. 82.* in praefat.

e) Quamuis conſenſione litigantium, aliasque ob cauſſas, admittantur vt habiles; vid. *L. 57. D. de re iudicata et effectu ſentent. L. 29. C. de pactis.*

f) *L. 12. §. 2. D. de iudiciis.*

g) *L. 9. C. de iudiciis*, c. 11. *iudicantem, cau. 31. qu. 5.*

h) *L. 12. §. 2. D. de iudiciis.*

i) Adhibeatur G. A. STRVVII Syntagma Iuris Ciuilis Exerc. IX. Lib. V. Tit. I. th. X. pag. 528. ſeq. edit. Francofurti et Lipſiae 1692. Conf. tamen PAVLVS CASTRENSIS ad. d. *L. 12. D. de iudiciis*, Praelectionum in primam dig. veteris partem fol. 154. edit. Lugduni 1550.

k) *L. 12. §. 2. D. de iudiciis.*

l) *L. 12. §. 2. D de iudiciis, L. 31. D. de R. I.*

m) *L. 3. §. 1. D. de decurionibus et filiis eorum.*

n) ANT. PEREZIVS ad Tit. *C. de iudiciis*, n. 4. pag. 93. Praelectionum in XII. libros Codicis, impreſſarum Amſtelodami 1653.

o) De haereticis conf. arg. *L. 4. C. de haereticis et Manichaeis, cap. 24. X. de ſententia et re iudicata.* De Iudaeis v. *L. vlt. pr. C. de iudaeis et coelicolis.*

p) De reliquis exceptionibus v. ZANGERI Tractatus de Exceptionibus, Cap. IV. Part. II. pag. 151. ſeq edit. Wittebergae 1694.

§. V.

DE RECVSATIONIBVS IVDICVM.

Euitandum habemus, tam iudicem inhabilem, quam suspectum, seu partium studio deditum. Si igitur fidei ambiguae videtur iudex, siue gratiae sit obnoxius, siue a caussa abhorreat; tunc alter litigantium eum pertimescit. Hinc leges secus existimant de iudice, si vel consanguinitatis, vel affinitatis, vel amicitiae vinculis iunctus est parti; q) vel vtilitates, sententia iudicis productae, in ipsum iudicem deriuantur; vel e transuerso, si animum ostendit inimicum. r) Generatim quidem vocabulum RECVSATIONIS, est iurisdictionis suspicionis caussa proposita declinatio. s) Sed tam varia suspicionis genera, ex amore pariter atque ex odio trahuntur ab interpretibus, vt multitudo rationum fere videatur innumerabilis, quibus iudex, vt suspectus, remouendus est. Sub censuram non reuocabo omnes, verum tanquam per indicem suppeditabo, quae amoris caussa iudici exprobrari possunt rationes, tum ex mente aliorum, tum Aufrerii, cuius verba ita se habent: „1. Si iudex amicus partis est; 2. si „consanguineus; 3. si affinis; 4. si praelatus ecclesiae in eius „caussa; 5. si praelati consanguineus; 6. si clericus aduersa„rii; 7. si eius scholaris; 8. si magister aduersarii; 9. si do„minus aduersarii; 10. si vicarius episcopi; 11. si socius; 12. „si canonicus; 13. si subditus aduersarii; 14. si suffraganeus „aduersarii; 15. si aduocatus; 16. si procurator; 17. si sollici„tator caussae fuit; 18. si dixit, ius alterius notorium esse; „19. si

q) *L. 10. D. de iurisdictione.*

r) *L. vn. C. ne quis in sua caussa iudicet.*

s) *c. 15. quod suspecti, caus. 3. qu. 5. cap. 30. X. de officio et potestate iudicis delegati,* et *cap. 27. eod. tit.*

„ 19. ſi conſultor; 20. ſi teſtis; 21. ſi dominus aduerſarii in „ feuda; 22. ſi vaſallus iudicis; 23. ſi eius fideiuſſor; 24. ſi „ filius vel pater eius qui fuit aduocatus; 25. ſi fuit aſſeſſor; „ 26. ſi fuit iudex in illa cauſſa et deſuper ſemel cognouit; „ 27. ſi ſimilem cauſſam habet; 28. ſi nimis faueat; 29. ſi ſibilas in aures patiatur; 30. ſi patriota ſit; 31. ſi compater; „ 32. ſi in facto ſupplet; 33. ſi aduerſarius ſit eius iudex; 34. „ ſi pars ſit ſubditus. „ Odii cauſſa, ſuſpicionem iudicis importare debent, quae addit AVFRERIVS, ſequentia: „ 1. ſi „ inimicus; 2. ſi recens reconciliatus; 3. ſi cum parte litigat; „ 4. ſi cauſſam habet cum eccleſia, quam pars poſſidet; 5. ſi „ partem non admiſit ad oſculum iuxta conſuetudinem; 6. ſi „ minatus ſit; 7. ſi non reſalutauit; 8. ſi conſanguineus inimici; 9. ſi commenſalis; 10. ſi ſemel ab eo appellatum; 11. „ ſi ſit appellatum conſtito de grauamine; 12. ſi iniuriam fecit; 13. ſi affinis ſit factus; 14. ſi confoederatus; 15. ſi crebro conuerſatur; 16. ſi inimicus domini vel patris partis; „ 17. ſi ſubditus inimici partis; 18. ſi partialis; 19. ſi veriſimiliter laeſurus. „ Quamuis in opiniones iſtas non diſcedamus coeco impetu; ſed ex parte veris, ex parte fallacibus, inanibus, indeterminatis, atque ſpuriis, a nobis adnumerentur, coniecturis: attamen alii plane iſtis haerent, et cum AVFRERIO mixtas addunt haſce recuſationes: „ 1. Si iudex „ illiteratus; 2. ſi ſuſpectus ſubdelegauit; 3. ſi ſucceſſor ſuſpecti ſit; 4. ſi procurauit ſibi vel affectauit cauſſam; 5. ſi „ prius conſultus per aduerſarium; 6. ſi per alterum peritus; „ 7. ſi ſucceſſor parti; 8. ſi ſucceſſit iudici a quo; 9. ſi in „ proprio facto; 10. ſi iudex vt pars capituli aliquid fecit; 11. ſi „ commodum ex iuriſdictione percipit; 12. ſi locus iudici non „ eſt tutus; 13. propter inimicitias; 14. ſi via non eſt tuta; 15. ſi „ fuit

„ fuit aduocatus meus; 16. si suspectus sit tertio interesse habenti; 17. si iudex inuitam subditam in vxorem capiat; 18. si vicarius sit episcopi recusati; 19. si accepit munera; 20. si executor modum excessit; 21. si subsunt coniecturae procuratorem remouentes; 22. si extraiudicialiter iniuste processit; 23. si caussa iudicem concernat; 24. si de summa maiori cognoscere nequeat; 25. si de priuilegio Papae agatur; 26. si de iniuria familiae agatur; 27. si antecessor fuit recusatus; 28. si caussa vel exceptio sugillet iudicem; 29. si opponatur defectus iurisdictionis; 30. si opponatur totale fundamentum iurisdictionis; 31. si de proprietate subiectionis agatur; 32. si non est iudex et ipsi de eo constat; 33. si se ingerit tenendo opinionem partis quae stat pro iurisdictione; 34. si excipitur, quod locus contractus non est de iurisdictione citantis; 35. si rescriptum falsum esse proponatur; 36. si iudex in notoriis caussis sit, et notorietas negetur; 37. si opponitur iudici delegato, quod sua iurisdictio sit reuocata per secundas litteras; 38. si opponitur, quod delegans non habeat iurisdictionem; 39. in omnibus caussis similibus vel maioribus in iure expressis. „ Sed quis non videt, saepissime concidere firmamentum ac robur istius generis coniecturarum, magna ex parte fallacium, *t*) de quibus deinceps fusius. Nihilominus diuturnis dissensionibus hic nondum conquiescere ICtos,

t) Quas tamen STEPHANVS AVFRERIVS valde comprobauit, et tum canonibus ecclesiae, tum legibus ciuilibus illustrare studuit in libello de recusationibus iudicum, opusculorum eius, Leodii 1702. excusorum, pag. 489. seq. Hunc fere in modum a ROBERTO MARANTA enarrantur caussae quadraginta, Speculi aurei Part. VI. inde a pag. 394. vsque ad pag. 196. typis impress. Coloniae Agrippinae 1606. De aliis infra disputabimus.

ICtos, liquet ex diuersis *cap. 39. suspicionis, X. de officio et potestate iudicis delegati, cap. 36. postremo,* et *cap. 61. cum speciali, X. de appellationibus,* et *L. apertissimi, 16. C. de iudiciis,* interpretationibus. Modo in hanc Dd. eunt sententiam, modo in aliam: modo ingeniosiores ad commininiscendum, fictiones dissipant, et nouos recusationum fontes aperiunt: dum eos contra, quasi haeresiarchae, alii statuunt, vel arbitrantur, exceptiones testibus opponendas omnes, quin etiam plures, habere locum; quum faciliorem iudicum copiam dari, quam testium, pronuncient. Qua argumentatione, ex legibus de testibus desumta, imperatores ipsi in *L. vn.* C. THEOD. *ne in sua caussa quis iudicet,* vsi fuere; quamuis TRIBONIANVS, illam legem in duas lacinias dissecans, et partem alteram exponens in *L. vn.* C. IVSTIN. *ne quis in sua caussa iudicet, vel ius sibi dicat,* alteram *L.* 10. C. IVSTIN. *de testibus,* inserens, in tenebris quam in luce caussam versari maluerit. *u*) Verum haec placita, tanquam primum principium, non amplectimur, nec confugimus ad *c. 78. caus. 11. qu.* 3. cuius verba se ita habent:

„ Quatuor modis peruertitur humanum iudicium: timore, „ dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus: cupiditate, dum praemio animum alicuius corrumpimus: odio, dum contra quemlibet aduersarium molimur: amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus. „ Licet enim verba ista abstrusa non sint; flexiloqua tamen et obscura comprehendunt oracula, in adplicatione ad facta: id quod inferius haud erit difficile intellectu. Alii denique tradunt, caussas, quae procuratorem repellunt, eas-

u) vid: Commentarius ad Cod. Theodosianum Tom. I. pag. 108. edit. cura celeberrimi IO. DANIELIS RITTERI, Lipsiae 1736.

easdem iudicem submouere. Nos quidem, cuncta fere hic ad arbitrium iudicis redire, existimamus; *x*) eo magis, quum in ancipiti casu, si de fide testium quaestio est, de quibus antea disputauimus, arbitrio iudicis plurima relinquantur; vti perspicitur ex *L. 3. ʃ. 1. D. de testibus.* Recurrendum etiam esse ad arbitrium iudicis, si suspicionis caussae determinatae non sunt in ipsis legibus; ipsa rei natura ostendit. *y*) Superesse autem adhuc permulta hoc in negotio perplexa, et quidem plurima; haec vna vox omnium est. Aliter certe fieri hoc non potuit, quum primoribus labris gustent tantum id argumentum conditores legum, et extremis, vt dicitur, digitis attingant; quam ob rem quoque SCHVLTINGIVS Parte III. pag. 116. dissert. de recusatione iudicis, haec profert: „In iure ciuili quamuis florentibus plurimis ICtis, quorum „in pandectis reliquias habemus, recusans iustam caussam „adducere debuisse videatur, nusquam tamen ex professo „de iis tractatur, siue quod non ius, sed factum ibi quae-

 „ratur,

x) Arg. *L. 1. §. 2. D. de iure deliberandi.* Add. ALVARI VALASCI Praxis Partitionum et Collationum inter heredes, Cap. IX. Num. XX. pag. 34. Operum ipsius coniunctim editorum 1735. Coloniæ Allobrogum Tom. III.

y) Arg. *L. 12. D. de Legibus;* Conf. LANFRANCI DE ARIADNO libellus de *recusationibus*, n. XII. qui insertus est Tom. III. P. I. *Tractatus illustrium* in vtraque tum Pontificii tum Caesarei Iuris facultate *Iuris consultorum*, edit. Venetiis 1584. fol. 359. b. INNOCENTIVS IV. in Comment. ad *cap. 61. cum speciali, X. de appellationibus,* Commentar. *super libros V. Decretalium* fol. 336. edit. Francofurti ad Moenum 1570. IACOBVS MENOCHIVS de arbitrariis iudicum quaestionibus et caussis Lib. II. Cent. II. casu CLVII. n. II. pag. 250. excus. Coloniae Agrippinae 1684. et Casu CLII. n. II. p. 248. LVDOVICVS GILHAVSEN arboris iudiciariae Ciuilis Cap. V. ramusc. X. n. 3. pag. 181. excus. Francofurti 1661. Practicarum Obseruationum ab HARTMANNO HARTMANNI AB EPPINGEN editarum Lib. II. Obseruat. IX. pag. 165. impress. Basileae 1579.

„ ratur, siue quod Tribonianus non existimauerit talia, vtpote iure recentiori superuacua, in Pandectas referenda esse, quae vero in veterum scriptis huc pertinere prima fronte videntur, ea, si bene inspiciantur, magis exhibent talia, quae iudicibus interdicuntur, quam recusandi causas, si non omnia, saltem fere omnia; quamuis recusationis causas hinc etiam desumi posse non negemus. „ z)

§. VI.

QVID SIT RECVSATIO?

Recusatio iudicis, est actus iudicialis, quo quis declinat notionem iudicis, ob sinistram de illo opinionem, vel suspicionem. *a*) Quum igitur libenter iudice vtamur integro, et a studio partium alieno; *b*) consequens est, vt ob suspicionem reiiciantur interdum iudices, qui de suis negotiis, vel caussis propriis, pronunciant. Conf. *c. 4. caussa 3. qu. 7.* Intelligitur vero ex notione illa recusationis, nos de declinatione fori iam non agere, sed recusationem tantum respe-

z) Franequerae Frisiorum 1708. typis exscript.

a) Suspicionis vocabulum explicari potest, per actum, per quem in dubitationem trahimur, timentes, ne laesionem aliquis adferat. Vid. CALVINVS sub voce *suspicio*, col. 1920. Lexic. Iurid. edit. 1610.

b) Iudicis virtutes exponuntur in ANDREAE BOVWENS opere, cuius index est: iuris iustitiaeque vsus et abusus, impress. Leodii 1654. nec non in CASPARIS ZIEGLERI libro inscripto: *Dicastice, siue de iudicum officio et delictis Tractatus moralis*, recuso cum noua praefatione de praestantia et vtilitate huius operis, curante HENRICO ERNESTO SEEBACH, Vitembergae 1702. et in GABRIELIS ALVAREZ DE VELASCO, regiae sanctae fidei Cancellariae noui Granatensis regni senatoris, libro, titulum ferente: *iudex perfectus*, edit. Lugduni 1662. pag. 2. seq. Add. interpretes *L. 19. D. de officio praesidis.*

respectu personae denotare; proin iudicem suspectum vocare, personam publicam, caussas cognoscendi et sententia definiendi facultate praeditam, quam tamen ob iustum metum non obtinendi iuris, quod sibi debetur, recusare litigantes possunt. In his illorum posita est doctrina, qui recusationem in veram, et quasi recusationem, dispescunt, atque illam ex suspicione, hanc ex inhabilitate oriri, tenent. Veram opponunt ei iudici, qui quidem iudex esse posset, sed non in caussa praesenti. Quasi recusationem obmouent personis, quae plane nequeunt iurisdictioni praeesse. Illa insignitur recusationis nomine proprie sic dicto, et constat ex allegatione suspecti iudicis. Haec autem sensu generali suo comprehendit quaslibet caussas, quibus aliquis ab officio iudicis aspellitur. Quam ob rem IOANNES ZANGERVS, in Tractatu de Exceptionibus, Cap. IV. Part. II. n. 27. pag. 151. edit. Wittebergae 1694. pag. 151. haec adfert: „ Atque eo modo (quem „ exposuit) exceptio recusationis iudicis, qui vt suspectus re„ cusatur, in iudicium deduci solet. Sunt autem et aliae ex„ ceptiones recusatoriae, quibus aduersus iudices reus vti „ potest, veluti si iudices esse non possunt vel natura, vel „ lege, vel moribus. „ Nos autem de suspicione et vera recusatione tantum disceptamus, natiuam vocis recusatio vim et potestatem sequuturi.

§. VII.

AN IVDICES ORDINARII AEQVE AC DELEGATI QVEANT RECVSARI?

Canonum iure, inferiores iudices, ordinarios aeque ac delegatos, recusari posse omnes, *cap. 39. X. de officio et potestate iudicis delegati*, *cap. 4.* et *cap. 10. X. de foro competenti*, et

 cap.

cap. 5. X. de exceptionibus, *cap. 20. X. de sententia* et *re iudicata*, condocent. An autem legibus Quiritium fas sit, recusare iudices ordinarios; anceps est quaestio. Asseueratione omni id affirmandum videtur, ob generalem rationem in *L. 16. C. de iudiciis*, exhibitam; quandoquidem coram iudice suspecto agere est periculosum. Caeteroqui non obseruamus, iudices ordinarios, hac in re, praerogatiuo iure conspicuos esse, quum potius *Nouell. 96. cap. 2. L. vn. C. si quaecunque praeditus potestate*, *L. vn. C. ne quis in sua caussa*, *L. 10.* et *L. 17. D. de iurisdictione*, *L. 2. C. de iudiciis*, ac plures leges, hos contra aliqua ex parte statuant. Quamuis vero constet, iure antiquo magistratus recusari non potuisse; *c*) qua de re infra disserendum nobis erit; et credere aliquis velit, recusationem ab Imperatore in *L. 16.* et *L. vlt. C. de iudiciis*, afficere delegatos solos: iure tamen recentiori, tam iudicibus ordinariis, quam delegatis, quos commissarios vulgo vocamus, recusatio obiicitur; *d*) quum adeo a principe, vel a camera imperiali delegati, interdum recusentur. *e*) Vide ANDREAM GAIL-

c) Nimirum eum in finem, vt remouerentur tanquam suspecti; etenim si suspicionis caussa suberat, ordinariis esse datum adiunctum, colligunt Dd. ex *authent. si vero contigerit*, *C. de iudiciis*, gloss. in *L. apertissimi*, *C.* eod. tit. Conf. ANDREAE GAILLII obseruationum Practicarum Lib. I. Obseru. XXXIII. pag. 63. edit. Coloniae Agrippinae 1690. An autem adiunctis associari potuerit alius ab alia parte, disquirit CHRISTINAEVS Vol. II. pag. 176. Decis. Curiae Belgicae, excus. 1661.

d) Vid. *Nou. 86. cap. 2. Nou. 96. cap. 2. cap. 4. X.* et *cap. 10. X. de foro competenti*, *cap. 39. X. de officio et potestate iudicis delegati*, nec non *L. 9. pr. D. de liberali caussa*, iunct. *L. 1. C. de pedaneis iudicibus.*

e) In relationibus actorum cum insertis votis et sententiis, in augustissima camera Imperiali desuper habitis et latis, studio autem et opera GYLMANNI Tom. V. Symphorematis pag. 191. edit. Francoforti 1630. extant haecce verba: „Circa hanc quae„stionem (recusatio iudicis ordinarii „an

GAILLIVM Practicarum Obſeruationum Lib. I. Obſ. XXXIII. n. 3. pag. 63. IOACHIMVM MYNSINGERVM Centuria II. Obſeruatione LII. pag. 106. Singularium Obſeruationum excuſ. Coloniae Agrippinae 1697. BENEDICTVM CARPZOVIVM in Proceſſu Iuris in foro Saxonico, Tit. III. Art. IV. n. 89. ſeq. pag. 101. ſeq. impreſſ. Ienae 1690. *f*) BERNHARDVM WVRMBSERVM DE SCHAFFTALSSHAIM Practicarum Obſeruationum Lib. I. Tit. I. Obſeruat. VI. pag. 3. excuſ. Baſileae 1579. *g*)

§. VIII.

DE CAVSIS RECVSATIONIS TVM ALLEGANDIS TVM PROBANDIS.

Ex placitis antea ſtabilitis efficitur; recuſaturos iudicem ſuſpectum, cauſſas legitimas adferre debere, ſeu graues: quoniam alias quilibet forſan poſſet recuſari; qua propter etiam Dd. ſuſpicionem vehementem, ſeu probabilem, tantum producere recuſationem, putant; de qua euoluantur interpretes *cap. 10. X. de ſententia et re iudicata, cap. 6. X. de appellationibus, L. 9. D. de liberali cauſa, L. 3. ſſ. fin. D. de adimendis vel transferendis legatis.* Itaque ſecundum ius canonicum, quod paſſim hodienum viget, cauſſa recuſationis ſpeciatim vt allege-

„an locum habeat?) praemittendum „eſt, quod in materia recuſationis „ſequamur ius ciuile, non Canoni„cum in foro Imperii - - - De iure „autem ciuili certum eſt, ordinarium „regulariter recuſari non poſſe.„ Verum alibi oſtendimus, admittendas omnino eſſe exceptiones.

f) Hodienum etiam tam ordinarios, quam delegatos, poſſe recuſari, perhibet FRIDERICVS HILTROPIVS Proceſſus Iudiciarii Part. II. Tit. XIII. N. XXVI. pag. 365. edit. Coloniae Agrippinae 1705.

g) Leges etiam de recuſatione reperimus vniuerſales in Capitularibus CAROLI MAGNI et LVDOVICI PII Conſ. Capitularium Lib. VII. Num. CCXL. col. 1670. edit. a celeberrimo PETRO GEORGISCH, Halae 1738 et col. 1767.

allegetur, probeturque, necesse est, iuxta *cap. 41. X. de appellationibus, cap. 27. de officio et potestate iudicis delegati, h*) nisi releuetur confessione ipsius recusati. Quae leges magnum ferunt fructum, quum malitiae litigantium refragentur. *i*) IVSTINIANI autem leges recusationem admittunt, nulla allegatione, vel probatione caussae specialis, munitam. Vid. *L. 16.* et *vlt. C. de iudiciis, Nou. 53. cap. 3. Nou. 96. cap. 2.* Igitur secundum has, non est operae cognosci, quaenam subsint rationes; *k*) quum

h) Haec illustrat SAMVEL STRYKIVS in specimine Vsus Moderni Pandectarum ad tit. de iudiciis, §. XIII. pag. 449. seq. edit. Halae 1723. qui etiam de modo proponendi recusationem agit. Iure Canonico coram arbitris caussa suspicionis probatur, factaque probatione, ex partium consensione, omne negotium, vel ad alium, vel ad superiorem iudicem transmittitur; si vero probata non fuerit, recusatus iudex caussam dirimit principalem. Vid. ZIEGLERVS de iudicum officio, Conclus. XIV. §. VI. pag. 237. edit. Witembergae 1702. et *cap. 61. X. de appellationibus*, et *cap 39. X. de officio et potestate iudicis delegati.*

i) Actione iniuriarum conueniri posse eum, qui suspectum dicit iudicem, sed minus allegat nec probat suspicionis caussam, tradit IOANNES BAPTISTA BAIARDVS in additionibus et annotationibus ad IVLII CLARI receptarum sententiarum libros V. §. *iniuria*, num. XXVII. pag. 84. edit. Francofurti 1598.

k) Gloss. in d. *L. apertissimi*, et in *L. 4. D. ad Senatusconsultum Trebellianum*, et in *L. 19. D. de procuratoribus.* Sed tamen iuramentum calumniae recusanti fuisse impositum, docet STRYKIVS in specimine Vsus Moderni ad tit. *de iudiciis*, §. XIII. pag. 450. ed. 1723. quemadmodum hodienum iuramentum perhorrescentiae in multis foris vsurpatur, de quo inferius. Sunt tamen, qui existimant, illud calumniae iuramentum, iure Romano non fuisse necessarium, nisi exactum fuerit vel ab aduersario, vel a iudice. Vid. SIGISMVNDI SCACCIAE Tractatus de iudiciis caussarum ciuilium, criminalium et heretic. Lib. I. Cap. LXVI. Num. XVI. pag. 200. excus. Venetiis 1648. DIDAC. COVARRVVIAS Operum Tom. II. Cap. XXVI. pag. 476. seq. n. 1. edit. Lugduni 1661. THOMAE SANCHEZ Consilia seu opuscula moralia T. II. Lib. VI. Cap. VIII. dubio 3. n. 5. pag. 264. edit. Coloniae Agrippinae 1640.

quum res redeat ad arbitros. *l*) Omni enim animi contentione IVSTINIANVS repressit iudices suspectos, quum ipso imperante, ob factiones Circenses, iudicia corrupta essent maxime, ac partium studium, mirum in modum, efferuesceret, teste PROCOPIO in historia arcana. *m*) Qua propter Imperator alia etiam remedia comparauit, adiunxitque iudici alium iudicem; vti ex *Nou.53.cap.3.* et *auth. offeratur*, *C. de litis contestatione*, elucet. Neque minus iuramento adstrinxit iudices, quo adseuerabant, se pro munere nihil dedisse, nec promisisse; *n*) quoniam iudices, pecunia redimentes munera, facile cadunt in suspicionem. *o*) Animaduersione etiam digna, in iuramento illo exponuntur, quae huc spectant, verba: *p*) „ Si „ vero non haec omnia in seruauero: accipiam hic et in futu- „ ro seculo in terribili iudicio magni Domini Dei, et Saluato- „ ris nostri Iesu Christi, et habeam partem cum Iuda et lepra „ Giezi, et tremore Cain; insuper et poenis quae lege eorum „ pietatis continentur, ero subiectus. „ *q*)

§. IX.

l) Arbitri hi caussas perpendebant; sed nominatio illorum recessit a moribus hodiernis; deuoluitur enim, nostra aetate, suspicionis caussa, ad superiorem, ad quem adpellari licet. Vid. ANDREAS KNICHEN de Saxonico non prouocandi jure et priuilegio; operum iunctim editorum pag. 286. n. XIV. qui ostendit quoque, desiisse morem, episcopum adiungendi. Add. REBVFFVS Tom. III. Tit. de recus. art. VI.

m) Vid. IOANNIS EICHELII *Animaduersione*, quibus Ἀνεκδότων PROCOPII Caesariensis, quae NICOLAVS ALEMANNVS falso Historiam Arcanam adppellat, mendacia contra IVSTINIANVM Imperatorem sparsa, plurimis in locis deteguntur et refelluntur, p. 46. seq. edit. Helmstadii 1654.

n) *Nou.* 8. tit 3.

o) Vid. ZIEGLERI Dicastice, Conclusione VII. §. VI. pag. 99. ed. 1702. et REINKINOK de Regimine Seculari et Ecclesiastico Lib. II. Class. II. Cap. XII. N. XX. pag. 937. edit. Francofurti ad Moenum 1659.

p) *Nou.* 8. tit. 3.

q) Multi etiam hodienum Dd. existimant, neque ex statuto, neque ex

§. IX.

RECVSATIONVM PROBATIONES RECENSENTVR SPECIATIM.

Instituitur autem recusatio, vel per testes, vel per instrumenta, vel per iuramentum, vel aliam probandi rationem, *r*) intra terminum probatorium. *s*) Probationem per testes quod attinet, exceptio suspecti iudicis eodem modo profertur, quo alias in exceptione quadam probanda vtimur. Plerumque vero testes duo requiruntur, *t*) si testibus eruenda est recusationis iustitia. Proin admittuntur, qui fide digni sunt, et voluntate efficaci praediti, facta, sensibus rite percepta, enarrandi, nec testes esse prohibentur. *u*) Neque minus adplicamus interdum instrumenta, vel iudicialia, vel extraiudicialia, *x*) vel docemus, iustam esse recusationem, vel euidentia facti; *y*) vel confessione propria; *z*) vel fama communi; *a*) aliisque confirmationibus, per quas caussae nostrae auctoritatem et fidem adiungimus. Inprimis huc spectat IVRAMENTVM,

consuetudine iusiurandum esse iudici remittendum. Quorum ingentem numerum productum videmus in LVDOVICI GVNTHERI MARTINI Commentario forensi in IOANNIS GEORGII I. Ordinationem Processus Iudiciarii *Tit. I.* §. 1. Num. CCXI. pag. 80. seq. edit. Gosslariae 1694.

r) Legat haec, cui placet, in ENDTERI dissert. de iudicis suspecti recusatione, edit. 1676. Th. XXII.

s) *cap. 39. X. de officio et potestate iudicis delegati, cap. 61. X. de appellationibus, cap. 2. de appellationibus in 6.*

t) *cap. 10. cap. 23. cap. 28. X. de testibus et attestationibus. L. 12. D. de testibus, L. 20. D. de quaestionibus.*

u) Haec executi sumus Elem. Iur. Canon. Tom. II. pag. 97. seq.

x) c. l. Tom. II pag. 107. seq.

y) *c. si quis diaconus, 29. dist. 50.* et *c. si quis clericus adulterasse, 10. dist. 81.*

z) *L. 13. generaliter, C. de non numerata pecunia, cap. 10. per tuas, X. de probationibus.*

a) *Dd.* in *L. si arbiter, 28. D. de probationibus.*

TVM, quod PERHORRESCENTIAE cognomine insignitur, quo quis ad superioris iudicis delationem asseuerat, se valde timere, ne inferior iudex in ipsa caussa cognoscenda ac dirimenda iniquus sibi sit; nec id consequatur, quod sibi deberi existimat. Itaque, ne in abusum turpem, et periurii periculum, hic recusandi iudicem modus conuertatur, videor mihi in re clara perdere operam, si affirmo, sine iusta et probabili caussa id a iudice non esse deferendum iusiurandum. *b*) Fingamus igitur, notorie falsam existere recusationis caussam; quis negabit, tunc iudicem posse officio suo fungi, posthabita recusationis caussa? *c*) Inde quoque colligimus, si caussa recusationis fuerit notoria, non desiderari istud iuramentum. Quum autem de iudice optime coniiciant legumlatores, ac variae praesumtiones firment huius fidem; perhorrescentiae vero rationes consistant in facto; nemo non intelligit, in se consideratas has verisimilitudine non esse commendabiles. Discrepantes quidem interpretum explanationes iuramenti perhorrescentiae, non persequar; moneo tamen praeque denuncio, alios prouocare ad illud, si quis horrorem, animo conceptum, contra iudicem, nec probare, nec allegare potest; alios accommodare ad illud facinus aliquod iudicis, quod suspicioni caussam dat, sed non talem, qualis ad recusationem requiritur: alios in vsus suos conuertere iuramentum perhorrescentiae, si quis obtineat caussam recusationis iustam; sed vel non audeat, vel nequeat istam coarguere atque euincere. Ad legitimae scientiae praecepta, curate haec examinanda caussae diuersa fundamenta, iam relinquo aliis; me enim non mouent:

D 2 quum

b) Denegari actori processus, si friuolae adesse videntur caussae, ostendit R. I. de an. MDLXX. §. *vnd aus sundern.*

c) Euoluatur NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI Tractatus quartus de Exceptionibus, pag. 507. typis exscript. Lugduni 1662.

quum canones ecclesiae, leges Romanorum et Germanorum, atque omnis iuris analogia, aeque ac obseruantia in foris, minus faueant illis opinionibus; verum dubia permulta aduersentur cuilibet istarum sententiarum; *d*) ita, vt ad fallaces eiusmodi coniecturas, atque contortas explicationes iuramenti perhorrescentiae, in comitiis Imperii Romano-Germanici, tanquam ad principia firma veraque, confugere nemo possit; quemadmodum infra de his erit differendum fusius.

§. X.
DE EXCEPTIONE SVSPECTI IVDICIS.

Adhuc expedita suppeditant notionem de EXCEPTIONE IVDICIS SVSPECTI; quae est exceptio fori declinatoria, arbitraria et personalis, praecipue a reo, ex iusta caussa suspicionis, iudici competenti ante litem contestatam opponenda, *e*) et probanda, vt iurisdictio eius a iudice superiore reiiciatur, et alius in locum reiecti substituatur. Reum inprimis exceptione hac vti, ostendimus, attamen ea et actori interdum suppetit, iuxta *c. 39. cauſ. 11. qu. 1. cap. 4. X. de foro competenti*, ibique Gloff. nec non arg. *L. 16. C. de iudic.* quum correlatorum ratio sit eadem, et quod in vno eorum valet, etiam in altero habeat locum, *f*) arg. *L. 32. D. ad L. Aquiliam, L. fin. C. de constituta pecunia*, et actor praeterea, quatenus exceptionem adfert, est reus, neque minus in *L. 16.* et *L. vlt. C. de iudiciis*,

d) Hoc late probarunt ill. IO. TOBIAS CARRACH in perdocta Diff. in qua dubia ista enarrantur, de eiuranda eieratione bonae spei, Halae habita atque impressa 1729. et amplissimus ADR. STEGERVS in diff. de iuramenti perhorrescentiae vsu practico in foris Sax. Electoralibus, edit. Lipsiae 1730.

e) Interdum post L. C. id fieri, deinceps declarabitur.

f) Compara I. P. WIRTH diff. de exceptione jud. susp. §. XIV. edit, Altdorffii 1680.

iudiciis, ſimpliciter reiectio litigantibus, actore non excluſo, permittitur. Conf. *Nou. 96. cap. 2.*

§. XI.

AN RECVSATIO CADAT IN PRINCIPEM.

Quamuis leges ciuiles, pariter atque ius canonicum, faueant iudicis ſuſpecti exceptioni; tenaciſſimi tamen iuris vtriusque Dd. ipſi condocent, recuſandi modum iſtum reſpicere tantum magiſtratus minores, non vero ſummos. Princeps enim vt recuſetur, non integrum eſſe, colligimus ex *L. 31. D. de Legibus*, et *L. 4. D. de receptis qui arbitrium receperunt*, nec ratio recuſationis id ferre videtur, quippe quae, vt in homines priuatos cadit, non item in principes. *g*) Hinc TIBERIVS, in cauſſa hereditatis, ſeruo relictae ſuo, et ANTONINVS in fiſci ſui cauſſa, ius dixerunt; vti patet ex *L. 41. D. de heredibus instituendis*, et *L. 3. D. de his quae in teſtamento delentur. h*) Quibus ex rebus intelligi datur, illos Electores, Principes et Status Imperii, qui priuilegio de non appellando illimitato

D 3 gau-

g) Otium fere heic nobis fecerunt ROBERTI LANCELOTTI Tractatus de Attentatis et Innouatis II. Part. Cap. VIII. N. XLI. ſeq. pag. 185. edit. Coloniae Agrippinae 1685. PAVLVS CHRISTINAEVS Practicarum Quaeſtionum Volumine II. pag. 176. ad Cod. Lib. III Tit. I. Deciſ. CXLVIII. N. XV. edit. Antuerpiae 1661. et Volum. V ad Lib. III. Cod. Tit. I. Deciſ. CLXXXI. N. X. pag. 273. qui plures excitarunt teſtes. Inprimis etiam conf. IO. PETRI SVRDI Conſilia ſiue Reſponſa iuris, Tom. I. Conſil. CLIII. pag. 534. euulgat. Francofurti ad Moenum 1629.

h) Ne lites fiant immortales, in Principe omnino eſt ſubſiſtendum. Hinc in Hiſpania conſtitutum eſt, ne a ſententiis ſuſpicionum prouocatio recipiatur, vt perhibet ALVARVS VALASCVS Conſult. ac rerum iudic. Conf. LI. Num. LIII. pag. 91. Operum ipſius iunctim excuſorum Coloniae Allobrogum 1735. Tom. I.

gaudent, non esse obnoxios recusationi; *i*) sed vnice de iustitia denegata postulari, secundum AVREAE BVLLAE caput XI. §. IV. aliasque leges Imperii. *k*) Ceterum putamus, enunciationem illam: *a quo appellari non potest, is nequit recusari;* non esse vniuersalem. Si enim *cap. postremo, 36. X. de appellationibus*, et *cap. cum super, 12. X. de appellationibus*, neque minus *cap. cum inter, 5. X. de exceptionibus*, inter se comparamus, patescit, saltem iure canonico, ob iustam caussam, dari exceptionem; quod confirmari etiam videmus *cap. ex parte, 13. X. de officio et potestate iudicis delegati.* Sed de his alibi fusius. *l*)

§. XII.
AN INTEGRVM ALIQVOD COLLEGIVM RECVSARI QVEAT?

Integrum aliquod collegium recusare quimus, et rationibus recusationum generalibus, et obseruantiae conuenienter congruenterque, tum in Imperio R. G. tum in aliis regionibus.

i) Euolui potest Symphorematis supplicationum Tom. IV. Part. I. pag. 304. N. I. in lucem emiss. ab ADRIANO GYLMANNO 1610. quo loco extat votum in caussa Comitum T. contra T. propositum.

k) Conf. ORDINATIO CAMERALIS AVGVSTANA an. MDLV. Part. II. Tit. I. §. II. et BENEDICTVS CARPZOVIVS in Comment. in Legem Regiam Germanorum Cap. IX. Sect. VII. §. I. pag. 222. seq. excus. Francofurti et Lipsiae 1694.

l) Principes vero, nulla necessitate coactos, suas caussas interdum submittere arbitris, vel iudicibus, vt suspicionis notam omnem euitent, infra erit ostendendum. Attamen variis in regionibus ea vigent, quae FRANCISCVS ZYPAEVS in notitia iuris Belgici Lib. II. pag. 63. excus. Antuerpiae 1665. protulit his verbis: „Quamquam omnes sentiant, principem supremum sibi ius dicere posse, „non tamen id in vsu vnquam apud „nos fuit. Sed principes nostri extra „iudicium, et iustitiam a iudicibus „constitutis administrandam nemi„nem male excipiunt; in neminem „vi atque imperio, sed lege atque „iudicio agunt.„

bus. Sane Romanorum leges adstipulantur illi sententiae, aeque ac iuris canonici sanctiones, *c. 15. causa 3. qu. 5. Clement. 2. de sententia et re iudicata, cap. 10. X. de foro competenti*, nisi priuilegium a principe summo irrogatum sit, quo totum collegium incommodis recusationum plane releuatur; vel delegatio cum clausula *remota recusatione* concessa. *m*) Exemplum patet in promptuque est summi iudicii Tholosani, a CAROLO IX. isto priuilegio ornati. Camerale autem iudicium augustissimum, recusatum interdum esse omne, nemo est, qui nesciat. *n*) Quae reiectio iudicum Cameralium, non semper legibus refragatur: quum singuli collegae istius curiae supremae sustineant nonnunquam recusationem. *o*) Si igitur assessorum omnium fides in suspicionem adducitur; patet, non posse collegium totum resistere recusationi, id quod cum iuris communis principiis conuenit, quae in camera vigent, nisi leges

m) Non ignoramus quidem, verba: *remota recusatione*, explicari a multis ita, vt significent recusationem friuolam; sed inuita et recusantia violentius transferre videntur, nisi principio fallaci. Sententiam communem tradidit AVGVSTINVS BARBOSA in remissionibus Doctorum de Dictionibus et Clausulis in vtroque iure contentis, Clausula VII. Num. VII. pag. 190. edit. Romae 1621. Conf. INNOCENTIVS IV. PONTIFEX MAXIMVS *super libros V. Decretalium*; ad Cap. 6. X. de foro competenti, fol. 196. b. excus. 1570. Francofurti ad Moenum.

n) IO. STRAVCHIVS in Diss. inscripta: de Recusatione Iudicii Cameralis §. XIII. seq. quae locum XIII. occupat in Dissertationibus Iuris Publici Exotericis: *De Controuersiis quibusdam illustribus, superiori seculo scriptis publice agitatis*, edit. Ienae 1665. pag. 369. seq. nec non IO. SLEIDANVS Lib. XV. pag. 417. *Commentariorum* de Statu Religionis & Reipublicae Carolo V. Caesare, publicat. Argentorati 1621. et qui de aliis curiis supremis recusatis exposuit, NICOLAVS BOERIVS in Decisionibus Burdegalensibus, Decis. CCLXIX. pag. 676 typis exscript. Francofurti 1574.

o) ORDINAT. CAMERAL. Part. I. Tit. XIII. §. XIII. RECESS. IMPER. SPIR. ann. MDXXXI. §. XXXI. *Item ordnen wir so ein Assessor*, cet.

leges particulares, vel consuetudines, efficiant contrarium. Qua propter omnes fere docent, si caput iudicii aduersatur litiganti, vel assessor, contra cuius voluntatem hiscere audet nemo, posse totum collegium recusari. *p*) Constat etiam, in caussa Wigandiana, *q*) ob hanc rationem, omne iudicium camerale fuisse recusatum. *r*)

§. XIII.

DE CAVSSIS QVIBVS EXCEPTIO IVDICIS SVSPECTI IVNGITVR.

Tanto fauore recusationem muniunt leges, vt exceptio suspecti iudicis, tam iudiciis ordinariis, quam summariis se misceat. Caussae hinc, siue ciuiliter, *s*) siue criminaliter *t*) peragantur; non raro solent hac turbari exceptione, siue spirituales sint, siue temporales, siue mixtae. Auditur etiam exceptio

p) v. *Clement. Pastoralis, de re iudicata*, et PETRVS GREGORIVS THOLOSANVS Lib. XLIX. Cap. III. N. XXIV. pag. 810. Syntagm. Iuris Vniuersi edit. Francofurti ad Moenum 1591. et exceptiones apud SIMONEM A GROENEWEGEN in Tractatu de legibus abrogatis et inusitatis in Hollandia vicinisque regionibus, ad *L. 16. C. de iudiciis*, pag. 462. edit. Lugduni Batauorum 1649.

q) Quam productam reperimus *in der Europaeischen Staats - Canzeley* Tom. VI. Cap. X. pag. 644. seq. nec non pag. 695. edit. 1702.

r) Silentio praeterire liceat plura exempla; conf. tamen *Europaeische Staats-Canzeley* Tom. LXXXII. cap. VIII. pag. 329. seq. excus. 1743. in qua legimus *die geäusserten Beschwerungen des Herrn Bischoffs zu Bamberg vnd Würtzburg Hochfürstliche Gnaden, gegen den Herren Cammer-Richter Grafen von Ingelheim.*

s) *L. 16. L. vlt. C. de iudiciis, Nou. 53. cap. 3.* et *4. Nou. 96. cap. 2.* et *cap. 24. X. de appellationibus.*

t) Id docent WILHELMVS van HOLTHE in diss. de recusatione iudicis suspecti, cap. III. §. IV. pag. 7. seq. edit. Harderouici 1701. et IO. KLEINIVS in Diss. de iudice suspecto, cap. II. n. 137.

ceptio iſta in curiis feudalibus, *u*) quamuis tam in his, quam in illis, ſi periculum eſt in mora, v. c. ſi ex inſtrumento guarentigiato, vel ex re iudicata, agitur, poſthabeatur merito, vt et plerumque in reconuentione, nec non ob cauſſas ſimiles. Ante tempora quidem IVSTINIANI, vix vllum vere ac proprie ſic dictae recuſationis magiſtratus exemplum occurrit: quamuis remedio appellationis, ante aeuum IVSTINIANI, ad omnes res abuterentur Romani. Namque id e munere iudicis intelligi licet antiquo; nimirum non ipſi olim iudicabant magiſtratus; ſed dabant iudices: *x*) quamuis interdum penes magiſtratus ipſos et cognoſcendi et iudicandi fuerit poteſtas. *y*) Fruſtra igitur operam conterebant, iſtis temporibus confugientes ad recuſationem, videlicet laborem hunc fractum et repudiatum ſentiebant ab inuito infeſtoque iudice; vti elucet ex *L. 6. ʃ. 1. D. de officio proconſulis.* Attamen fuiſſe inter magiſtratus iſtos, viros humaniſſimos, in morem praetorum, de quibus in *L. 17. D. de iurisdictione*, ſermo eſt, iurisdictionem aliis mandantes, in cauſſis, quae ſuſpicionem importabant, ego non negauerim.

§. XIV.

QVANDO ET QVOMODO EXCEPTIO IVDICIS SVSPECTI PROFERENDA SIT?

Ante litis conteſtationem, probandam eſſe exceptionem iudicis ſuſpecti, *L. 16. C. de iudiciis*, *L. f. C. de exceptionibus*,

u) Vti indicat WILHELMVS LVDWELL in ſynopſ. iuris feudalis cap. f. pag. 590.

x) *L. 8.* et *L. 9. D. de officio praeſidis.*

y) Diſcimus hoc ex PLINII Lib. V. Epiſt. XXI. pag. 338. ſeq. excuſ. Lugd. Bat. et Roterodami 1669. CICERONIS Oratione pro A. LICINIO ARCHIA POETA Cap. II. pag 273. edit. Hano-

bus, *seu praescriptionibus*, *cap. 20. X. de sent. et re iudicata*, z) condocent. Attamen aliquando, demum post L. C. si caussa suspicionis innotuerit, *a*) vel suspicio post L. C. exorta et nata fuerit, *b*) nihil prohibet, quominus adhibeatur post L. C. Idem iuris est, si post L. C. suspiciones demum ita augentur, vt probatione euincere eas possit pars recusans; vel si suppetunt similes caussae. *c*) Quum vero, quae in scena sunt, iuris communis praeceptiones alias, nunc ego praeteream ac relinquam; de modo proponendi exceptionem illam, et libello refutatorio, *d*) iudici recusato offerendo, vel superiori eius, *e*) nihil attinet dicere. Obseruamus tamen, iudicem superiorem,

Hanouiae 1630. SCHVLTINGIO P. II. c. I. pag. 42.

z) Testatur id IACOBVS CVIACIVS Obseruationum Lib. IX. Cap. XXIII. Operum ipsius coniunctim Lutetiae Parisiorum 1658. excusorum, Tom. III. col. 253. Ante omnes autem alias exceptiones, hanc opponendam esse, obseruant MYNSINGERVS Cent. IV. Obseru. LIX. edit. 1697. FRIDERICVS HILTROPIVS in Processu iudiciario Part. II Tit. XIII N. III. seq. pag. 360. impress. Coloniae Agrippinae 1705. et auctor voti II. producti ab ADRIANO GYLMANNO Supplicat. Cam. Imper. Tom. I. Part. II. Tit. VIII. Num. VII. pag. 113. euulgat. Francofurti ad Moenum anno 1630.

a) *Cap. 4. X. de exceptionibus*, arg. *L. 32. §. 14. D. de receptis qui arbitrium receperunt.*

b) *Cap. 20. X. de sententia et re iudicata, cap. 4. X. de exceptionibus, L. 32. §. 14. D. de receptis, qui arbitrium receperunt, L. 11. §. 8. D. de interrogationibus in iure faciendis.*

c) Hae prostant in MARANTAE specul. aur. Part. VI. pag. 396. edit. 1606 et WIRTHII comment. excit. §. XXII pag. 26. seq. et MYNSINGERI singularium obseruationum Cent. IV. Obs LIX pag. 267. qui auctor haec addit: *Quod ita demum recipiendum esse censuerunt domini in Camera, si notorie et euidenter constet iudici, eam de nouo superuenisse, alias non.*

d) *L. 16. et L. fin. C. de iudiciis* Conf. Lib. XLIX. Syntagmatis Iuris Vniuersi PETRI GREGORII THOLOSANI pag. 810. edit. 1591.

e) NICOLAVS RODRIGVEZ FERMOSINVS Tractatibus duobus de iudiciis et foro competenti, Quaest. II. pag. 535. seq et Quaest. XXIX. pag. 566. seq. edit. Lugduni 1656.

rem, secundum ius nouum, substituere non suspectos iudices, vel alios, vel commissarios inferiori ei adiungere, vt caussam rite discingant dirimantque. Iure quidem Romano, intra triduum, *f*) a recusantibus eligendi erant arbitri, coram quibus lis disceptabatur et peragebatur principalis: secundum ius canonicum autem, post oblatam iudici recusationem, per eundem coguntur litigantes plerumque *g*) optare arbitros, apud quos caussae recusationis perpendantur et probentur; *h*) quibus non probatis iudex recusatus officio suo fungitur. *i*) Sed praetereo consulto haec et alia, quae, pro instituti ratione, non habemus exponenda; quum suspicionis caussam hodienum proxime superior iudex cognoscat et perscrutetur. *k*) Denique animaduersione dignae sunt quorundam iudiciorum leges, interdicentes assessoribus, ne sententiam ferant in caussis, quae suspicionem grauem importare videntur; quanquam

 a liti-

f) Recusandum iudicem esse, a citatione seu vocatione coram eo facta, intra viginti dies, significat auth. *et consequenter, C. de sententiis et interlocutionibus omnium iudicum*, et *auth. offeratur, C. de litis contestatione.*

g) Sed vid. CODICIS FABRIANI Lib. III. Tit. IV. Definit. VIII. pag. 176. excus. Geneuae 1659.

h) L. 16. et *fin. C. de iudiciis*, et ad illas IOANNES BRVNNEMANNVS Commentarii in XII. Libros Codicis pag. 234. seq. edit. 1679. vid. etiam DAVID MEVIVS Part. I. Decis. CXCIII. Decisionum impress. Francofurti 1698. pag. 74. et IOANNES KLEIN in disp. excit. Cap. V. n. 4.

i) Vid. *cap. 41.* et *cap. 61. X. de appellationibus*, *cap. 10. X. de foro competenti*, *cap. 39. X. de officicio et potestate iudicis delegati*, et CHRISTINAEVS Vol. V. Decis. Curiae Belgicae pag. 274. excus. 1661. nec non SIGISMVNDI SCACCIAE Liber. I. de iudiciis caussarum ciuilium, criminalium et haereticalium, Cap. CI. Num. XXVIII. pag. 414. impress. Venetiis 1648.

k) Declarauit hoc OSVALDVS HILLIGERVS in Donelli enucleati, Lib. XVII. Cap. XXV. pag. 227. Part. II. excus. Ienae 1613. et SAMVEL STRYKIVS in disp. de suspicione, cap. VI. N. XLI. pag. 57. typis renouat. Lipsiae 1698.

a litigantibus non sint recusati. Cuiusmodi exempla in ORDINAT. TRIBVN. REG. WISMAR. P. I. Tit. V. §. X. occurrunt; en verba: *Da ein Beysitzer, oder ander Gerichts-Verwandter einer Parthey mit Sipschaft, oder sonsten dergestalt, dass er in Rechten recusirt werden moechte, verwand, oder er stünde mit einer Parthey in oeffentlicher Feindschaft, oder haette vorher, ehe es zum Gericht gekommen, in vorwesen der Sachen patrociniret, consultiret, oder sonst gedienet, soll er sich solcher Sachen gaentzlich aeusern vnd entschlagen, vnd ohn Ermahnen, iedoch mit Vermeldung der Vrsache, aus dem Rath von solcher Handlung sich von ihm selber absondern, sich auch darinnen, so lange er Beysitzer ist, gar enthalten, so liebe einem ieden ist vnser schweres Einsehen*, cet. Vid. etiam ORDINATIO CAMERALIS Part. I. Tit. XIII. §. 13. *l) Item, ordnen wir, so ein Beysitzer einer Parthey mit Sipschaft, Schwaegerschaft, oder sonst dergestalt, (dass er de iure moechte recusiret werden) verwandt, oder sonst in denselben Sachen einem Theil aduocirt, consulirt, oder in andere Wege gedienet, so soll er solches dem Cammer-Richter vnd Beysitzern anzeigen; vnd sich darauf derselben Sachen gaentzlich entschlagen, vnd ob einer oder mehr, von den Assessoren, solches vmgehen würde, moegen die Procuratores die Verwandnuss dem Cammer-Richter zum füglichsten, vnd in geheim anzeigen, der alsdann gebührliches Einsehens thun soll;* cet. Conf. §. §. seq. huius ordinationis et Part. I. Tit. XXII. §. IX. et CAMMER-GERICHTS-REFORMATION, Spirae confecta ann. MDXXXI. §. XX. XXI. seq. nec non *Concept der Cammer-Gerichts-Ordnung*, P. I. Tit. XIX. §. V. seq. et §. VIII. *m)* Hinc etiam laudibus iudices illustrandi sunt, qui, quamuis exceptione iudicis suspecti non sint

l) edit nostrae pag. 1033.

m) CORPORIS IVRIS CAMERALIS pag. 579. seq. quod prodiit Francofurti ad Moenum 1724.

ſint reiecti, in eiusmodi tamen negotiis non decernunt, vt ſuſpicionem ex animis litigantium deleant omnem. *n*)

§. XV.

RECVSATIONIS EFFECTVS.

Supra oſtendimus, facta recuſatione, cauſſam a iudice ſuperiore eſſe diiudicandam, nec reuolui principale negotium ad iudicem recuſatum. *o*) Non dubitamus, quin leges hae ſapienter definitae ſint; eo magis, quod recuſantes partes de iudice recuſato ſperent aut exſpectent non multa. Aegre enim plerumque exceptionem iſtam ferre iudices adſolent; quamuis vacua ſit a contumelia recuſatio, nec iniuriam faciat, quatenus leges litigantibus eam concedunt, *p*) et debita exponitur reuerentia aduerſus iudicem inferiorem. Si quis vero iudicum recuſetur, ſecundum mores noſtros, reliqui aſſeſſores iudicii expendunt recuſationis cauſſam, dirimuntque. *q*) Si autem plurimi recuſationi ſubiiciuntur; tunc vel iudex ſuperior recuſationem ſub examen reuocat; vel princeps iis adiun-

n) *L. 16. D. de Officio praeſidis, L. 10. D. de iuriſdictione.*

o) Huc ſpectant *cap. 4.* et *cap. 61. X. de appellationibus.* Conf. tamen lectura et commentarii PHILIPPI DE FRANCHIS ad *cap. cum ſpeciali,* fol. 139. excuſ. Francofurti ad Moenum 1576. et KNICHEN Comment. de Saxonico non prouocandi iure et priuilegio. Opuſc. pag. 286. edit. 1613. IOANNES BAPTISTA BAIARDVS in additionibus et annotationibus ad IVLII CLARI Practicam Criminalem, Quaeſt. XLIII. N. IX. pag. 193. edit. 1598.

p) *L. 13. §. D. de iniuriis.*

q) Conf. tamen LANCELOTTVS Part. II. Cap. VIII. pag 182. de attentatis, edit. 1685. qui etiam quaerenti, an geſta per iudicem poſt recuſationem et illa pendente, ſint valida vel ipſo iure nulla? reſpondet, Part. II. Cap. VI. pag. 182. ſeq.

adiungit non ſuſpectos; cauſſa per delegationem tradita. *r*) Denique cauſſis recuſationis haud probatis legitime, vt cauſſa remittatur ad recuſatum iudicem, *s*) et intempeſtiue atque inſubide recuſantis temeritas meritas debitasque poenas perſoluat, conſequens eſt. *t*)

§. XVI.

DICENDORVM SVMMA.

Priuati iuris adhuc explanatis praeceptionibus, addere liceat noſtram de recuſatione Statuum Imperii ſententiam, ex publici iuris fontibus hauſtam genuinis. Quum vero hi ex legibus ſcriptis, et earum analogia, pariter atque ex conſuetudine conſtent; ſingula expendere argumenta, ac dubia, quae aduerſari iis videntur, praecipua refellere, tum publici, tum priuati iuris placitis conuenienter congruenterque, animus eſt.

§. XVII.

r) Nonnihil de his exſtat in PETRI GVDELINI Comment. de iure nouiſſimo Lib. IV. Cap. II. pag. 144. ſeq. excuſ. Antuerpiae 1644. MYNSINGERI ſingularium Obſeruationum Cent. II. Obſ. LII. pag. 106. Add. GROENEWEGEN de legibus abrogatis, ad *L. 16. C. de iudiciis*, pag. 462. edit. Lugd. Bat. 1649.

s) *cap. 41. X. de appellationibus.*

t) Vid. RVTGERVS RVLANDVS de Commiſſariis & Commiſſionibus Camerae Imperialis Part. I. Lib. II. Cap. XV. pag. 98. edit. Francofurti ad Moenum 1724. et qui vtriusque iuris differentias enodat, GAILLIVS Practicarum obſeruationum Lib. I. Obſ. XXXIII. pag. 65. edit. 1690. Add. CODEX FABRIANVS difinitionum forenſium et rerum iudicatarum, in ſacro Sabaudiae ſenatu tractatarum, Lib. III. Tit. I. Definit. XXXIV. pag. 165. impreſſ. Geneuae 1659. et OSWALDVS HILLIGERVS in Notatis ad DONELLVM enucleatum, Lib. XVII. Cap. XXV. pag. 232. lit. n. excuſ. Ienae 1613.

§. XVII.

QVAERITVR, AN LEGIBVS IMPERII FVNDAMENTALIBVS IISQVE SCRIPTIS, VOTVM ALICVIVS STATVS IN CAVSIS IVSTITIAE ET PROPRIIS SVSPENDATVR, NEC NE?

ID NEGATVR I.

VOTVM, *u*) de quo ſermo nobis eſt, generatim nuncupatur actus, quo Status Imperii ſententiam ſuam de re, vel controuerſia, in deliberationem propoſita, in comitiis declarat. Diuidi illud in conſultatiuum et deciſiuum, conſtat inter omnes: conſultatiuum nempe, per modum conſilii capi, nec ad concludenda et facienda maiora in collegio, in quo emittitur, concurrere, nemo non intelligit; *x*) indeque pateſcit, voto deciſiuo longe maiorem vim ineſſe, et nobis de hoc inprimis h. l. eſſe diſpiciendum; quamuis Status Imperii, praeter vota deciſiua, quibus pollent in cauſſis multis, in quibusdam negotiis gaudeant voto conſultatiuo: *y*) v. c. quando Imperator dirimere quidem ſolus rem poteſt, ſed tamen promit, regularum prudentiae habens rationem, vel Statuum omnium, vel quorundam conſultationes. *z*) Quod igitur ad leges Imperii funda-

u) Iam idem nobis eſt *votum*, ac aliis *ſuffragium*.

x) Diſtinctio haec poſita eſt in iure, quod quis habet, diuerſo. Qui enim pleno iure rem ſuffragio dirimit, is VOTVM DECISIVVM fert. Qui autem minus pleno aut imperfecto iure diſcingit eam, CONSVLTATIVVM VOTVM adhibet. Vid CHRISTIANI WILDVOGELII diſſertatio de voto informatiuo, §. VII. pag. 7. edit. Ienae 1710.

y) Conſulatur PHILIPPI ANDREAE BVRGOLDENSIS Notitiae Rerum Imperii Romano-Germanici Pars III. Diſcurſ. II. pag. 14. aucta et recuſa cura WARMVNDI VON FRIEDBERG, Freiſtadii 1669.

z) Conſentit nobis MICHAELIS GRASSI Diſſertatio de officio ſenatoris

fundamentales, easque ſcriptas, attinet; pronunciamus, haud vllam earum obſtrepere Statui cuidam, votum ſuum in cauſſa iuſtitiae proferenti in comitiis; ſiue res votis dirimenda attingat Statum hunc ipſum tanquam propria, ſiue tanquam aliena. *a*) Hoc quoque non recedere a legibus noſtris, inde adparet; quia Status omnes totius Reipublicae Germanicae ſalus habet ſolicitos, et in comitiis vniuerſalibus, ſub auſpiciis Imperatoris auguſtiſſimi, curam eius agunt Status, atque ius ſuffragandi ad eſſentiam Status ſpectat; *b*) nec reſtringenda eſt facultas conſultandi et ſtatuendi, niſi in iis cauſſis, quibus natura Imperii id praeſcribit. Formula illa: *die gemeine Staende des Reichs*, quam in REC. IMP. anni MDXLVIII. Auguſtae Vindel. ſanciti §. LVII. LVIII. et in permultis aliis receſſibus, oculis percipimus, idem denotat, quod verbis: *die geſamte Staende des Reichs*, alibi exponitur. Signis hinc luce omni clarioribus monſtratur, nullius praeſentis in comitiis Status votum excipi. Quapropter ad omnes etiam Status, iure hodierno,

ris circa votum, Theſ. IV. pag. 6. impreſſ. Tubingae 1721. Addatur IOANNIS THEODORI SCHEFFER Diſſert. de inſigni praeeminentia Principum Imperii maiorum, prae Principibus et Statibus aliorum Europae regnorum, §. XX. pag. 24. recuſ. Tubingae 1743. Antiquiſſimum autem votorum vſum penes Germanos fuiſſe, LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ad an. MLXXVI. tradit. Conf. CHRONICI GOTTWICENSIS Lib. II. §. X. pag. 290. typis exſcripti monaſterii Tegernſeenſis 1732.

a) Voce proſequimur comitia vniuerſalia; (*die Reichstaege vnd gemeine Reichs-Verſammlungen*) attamen comitia particularia, veluti conuentus deputatorum, viſitatorum camerae, circulorum congregationes, et plures, quorum cauſſae vel ordinariae ſunt, vel extraordinariae, facile ex iis etiam poſſunt diiudicari. Praeterea, deinceps paſſim, animi noſtri ſenſa ad comitia particularia conuertenda erunt.

b) PAX OSNABR. Art. VIII. §. II. PAX MONAST. (Art. IX.) §. LXIII. Non tamen negamus, ſub ſe comprehendere illam Statuum eſſentiam plures proprietates, alibi exponendas.

erno, dantur litterae, quibus in comitia inuitantur, *c*) et ORDIN. REGIM. anno MD. sancita, in Tit. XLV. *von des Reichs-Regiments-Ordnung*, edicit: *vnd ob iemand von den Reichs-Staenden zu solcher Rechnung nicht kommen, sondern ausbleiben würde, so sollen die Staende, so erscheinen, nicht desto minder mit der Rechnung fortfahren.* Docet quoque REC. IMP. Augustae Vindelicorum an. MDXLVIII. promulgatus, §. LVI. libertatem illam ferendi votum, efficere notam Status characteristicam: quemadmodum publici iuris Dd. bene multi, ad exemplum VITRIARII, vocant Comitia: Conuentus ciuium Imperii, vel propter publicam Imperii, vel propter propriam vtilitatem institutos; *d*) quae notio incompleta esset maxime, si, in caussis propriis, nemo Statuum posset suum mittere votum. Personales certe exceptiones, quas inter exceptio iudicis suspecti refertur, hic minus ferendae sunt. Crebra enim animaduersione perspectum est, omnes, sine respectu personali, admittendos esse ad votum in comitiis, siue sit virile votum, siue curiatum. *e*) Igitur omnes et singuli vocantur, comitiorum haben-

c) In REC. IMP. Ratisbon. anno MDLXVII. §. III. verba legimus: *Weil wir aber Churfürsten, Fürsten vnd Staende des H. Reichs - - - einem ieden insonderheit*, cet.

d) VITRIARII Institutionum Iuris Publici, nouis notis a Iᴄ. FRIDERICO PFEFFINGERO illustratarum Tom. IV. Lib. III. Tit. XXI. n. 2. p. 280. edit. Gothae 1731.

e) Delibari multa possunt ex BURCARDI GOTTHELFII STRUVII Corp. Iuris Publici Cap. XVI. §. V. pag. 577. edit. Ienae 1738. Exceptiones tamen perpaucae subinde oriuntur, e. c. sede Moguntina, vel Treuirensi, vel Coloniensi vacante, capitula in comitiis electoralibus non admittuntur ad electionem Regis Romanorum; sed haec et alia, in iure speciali posita, tam in comitiis vniuersalibus, quam particularibus, exempla, quaestioni, de qua iam disputamus, non refragantur. Conf. Acta Publica, quae haec illustrant, inserta AHASVERI FRITSCHII Additionibus ad Ius Publicum IOANNIS LIMNAEI, pag. 309. seq. excus. Argento-

habendorum cauſſa, Status. Qua de re locuples quidam teſtis haec perhibet: *f) zu einen Reichstag müſſen nothwendig beſchrieben werden alle vnd iede die den Nahmen eines Reichs-Stands führen.* Nullibi autem legibus a comitiis ſobmouentur ii Status, de quorum cauſſa diſceptatur in conuentibus his Imperii vniuerſalibus. Penes Statuum tutores et curatores ipſos, ius voti et conſeſſus eſſe, an non eſt hoc omnibus lucidum atque manifeſtum? Sane ſubſcriptiones multorum Receſſuum Imperii, aliorumque actorum publicorum, id declarant luculenter. Ita Receſſui an. MDCLIV. confecto, nomen ſuum ſubnotauit ADOLPH FRIEDERICH *Hertzog zu Mecklenburg in Vormundſchaft* GVSTAPH ADOLPHEN, *auch Hertzogen zu Mecklenburg, Fürſten zu Wenden, Schwerin vnd Ratzeburg,* cet. In REC. IMP. Ratisbon. an. MDCIII. compoſito, occurrit ſubſcriptio: MARIEN *gebohrner von Lützenburg, weyland* PHILIPS EMANVELS *von Lothringen, Hertzogin zu Mercur, vnd Marggrafen zu Nomeny ſeligen, nachgelaſſener Wittib, in tragender Vormundſchaft ihrer eintzigen Tochter Prinzeſſin* FRANCISCAE *zu Lothringen, Hertzogin zu Mercur vnd Marggraefin zu Nomeny,* cet. In nouiſſimo autem Receſſu verba ita ſe habent: *von wegen* MARIEN ANNEN *in Obern- vnd Niedern-Bayern, auch der Obern-Pfaltz Hertzogin, Pfaltz-Graefin bey Rhein, Churfürſtin,* cet. *verwittibten vnd bevollmaechtigten Regentin in Vormundſchaft ihres Sohnes* FERDINANDI MARIAE, *Hertzogen vnd Churfürſten in Bayern. g)* Hinc etiam patiuntur Status, ſede vacan-

gentorati 1680. nec non SELECT. IVR. PVBL. NOVISSIM. Tom. IV. Cap. X. pag. 307. ſeq. impreſſ. Francofurti et Lipſiae 1742.

f) Des H. Roemiſchen Reichs Teutſcher Nation Grundfeſte, aus dem VIII. Articul des Oſnabrükſchen Friedenſchluſſes vorgeſtellet, durch EITEL FRIEDERICH VON HERDEN, edit. Francofurti ad Moenum 1683. p. 32.

g) Plura eiusdem Receſſus exempla praetermitto tacitus, atque obſeruo,

vacante, capitula interesse comitiis; *b*) et archiepiscopos, episcopos atque praelatos reliquos, quamuis a Pontifice Romano non sint infulati, nec confirmati, secundum mores hodiernos, iure eodem pollere. *i*) Pronunciant igitur doctores, comitiorum ius spectare ad fructus territorii: *k*) indeque colligunt,

 ante

seruo, AMALIAM ELISABETHAM, Hassiae Landgrauiam, et tutricem filii WILHELMI minorennis, omissam inuitationem esse conquestam. Vid. *Copia Schreibens an Ihre Kayserliche Maiestaet von der verwittibten Frau Landgraefin zu Hessen abgangen, wegen praeterir- vnd nicht Beschreibung derselben auf den Reichstag; datum Cassel. den 10. 20. August. 1640.* apud LONDORPIVM Actorum Publicorum Tom. IV. Lib. IV. Cap. LIII. Sess. IX. §. VII. pag. 902. Idem ius viget in conuentibus circulorum, de quo PETRVS MVLLERVS in schediasm. de Conuentibus circulorum in S. R. I. Cap. XIV. N. 13. pag. 133. excus. Ienae 1700. haec habet: „Si quis, qui „Status est, aut se talem esse allegat, „ad conuentum (circularem) non sit „vocatus; mittere illuc mandatarium, ac qua de caussa fuerit omissa „intimatio sciscitare solet, atque rogare, ne simile quid inposterum „fiat, sua interim iura debite deducit; et si haecce non attendantur „ac admittantur, protestationem in „scriptis exhibet, atque vt ad acta „ponatur, decenter petit. Sic factum est in an. 1652. mens. Octobr. „Luneburgi per Bremenses et Hamburgenses „ cet.

b) INSTRVM. PACIS Art. V. §. 21.

i) Non vltimum hic promeretur locum GERLACVS BVXTORFFIVS in dissert. ad Cap. I. AVREAE BVLLAE §. XVIII. lit. b. pag. 266. seq. Collectionis inscriptae: *Repraesentatio Reipublicae Germanicae*, et editae Noribergae 1657. nec non exemplum OVIDOBALDI archiepiscopi Salisburgensis, qui recessui nouissimo subscripsit, vt electus archiepiscopus.

k) Ex parte huc respicit INNOCENTIVS in *cap. 3. in literis, X. de restitutione spoliatoris*, fol. 228. *Commentarii super Decretales*, edit. 1570. et FELINVS SANDEVS ad *cap. 14. X. de maioritate et obedientia*, Tom. I. col. 1352. Commentariorum in V. libros Decretalium, excus. Basileae 1567. HERMANNVS CONRINGIVS in notis et animaduersionibus ad IACOBVM LAMPADIVM de Republica Romano-Germanica Part. III. Cap. III. §. VIII. operum CONRINGII Tom. II. pag. 100. excus. 1730. Praecipue

ante petitam intra annum inuestituram, a principibus secularibus maiorennibus exercendum illud esse; quoniam vasallo obueniant, quamuis renouatio inuestiturae nondum sit petita. Hinc MDLXVII. PHILIPPI Landgrauii filios, WILHELMVM, LVDOVICVM, PHILIPPVM iuniorem, GEORGIVM, et anno MDXCVIII. IOACHIMVM FRIDERICVM, Marchionem Brandenburgensem, et FRIDERICVM IV. Electorem Palatinum, ratione Simmern; anno MDCIII. CAROLVM, Ducem Megapolitanum; quamuis nondum inuestitos, comitiis interfuisse, et tam sedendi, quam suffragandi ius exercuisse, ex actis publicis perspicitur. *l*) Quamuis interdum haec res venerit in contentionem, hodienum tamen successores, simul ac hereditario aut legali modo alio dignationem acceperunt, statim voto gaudent ac sessione. *m*) Ceterum quae de qualitate Status, in ipso territorio quasi posita atque infixa, disputata a nobis sunt, vti cadunt in Ducatus, ita ratione Dynastiarum allodialium

cipue vero confer. illustris FRIDERICI ESAIAE PVFENDORFII opus, cui publice applaudatur dignissimum, inscriptum: Obseruationes iuris vniuersi, Obseruat. IV. pag. 5. edit. Francofurti et Lipsiae 1744.

l) Produxerunt ea BVXTORFFIVS ad AVREAE BVLLAE Cap. VII. §. LXXXV. lit. H. pag. 347. edit. 1657. LIMNAEVS Lib. IX. Cap. I. n. LII. Iuris Publici Imp. Rom. German. edit. Argentorati 1657. MARTINVS RVMELINVS ad AVREAM BVLLAM Diss. VI. Corol. II. pag. 154. excus. Tubingae 1702.

m) Inprimis vero illa res trahebatur in disceptationem ann. MDCVIII. quum Dux Wurtembergensis IO. FRIDERICVS confirmasset defuncti patris FRIDERICI legatos, in comitiis tunc agentes; Imperatoris enim commissarius, FERDINANDVS Austriae Archidux, admittere eos recusabat, ob inuestituram nondum a Caesare institutam. Acta publica, in caussa hac illustri, tum in comitiis, tum in conuentu Statuum Euangelicorum, publicata, collegit illustris et laude nostra maior, CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDERVS, et inseruit Amoenitat. Iuris Publici S. I. R. Germanici, obseruat.

lium *n*) limitibus nonnullis circumſcripta fuere. Dynaſtae enim, ex quorum ordine creabantur Comites, olim quidem dynaſtias ſuas poſſidebant iure libero, nec ſeſſione et voto in comitiis erant praediti; dum vero comites crearentur, inueſtiebantur imperii iuribus, et tanquam comites ad comitia vocabantur, ita, vt ſeſſio et votum iuri comitatus inſidere videretur. *o*) Hinc plura comitum et dynaſtarum territoria allodialia eſſe, obſeruamus, quamuis ratione officii ab Imperio teneantur. *p*) Haec et infinita alia, conſeruationem voti in

 cauſſis

uat. VI. pag. 123. excuſ. Ienae 1743. Vid. etiam interpretes C. VII. AVREAE BVLLAE et inprimis IO. P. LVDEWIGS *vollſtaendige Erlaeuterung der güldenen Bulle* Part. I. pag. 694. quae prodiit Francofurti 1716.

n) Ex REC. IMP. anno MDCLIV. §. CXCVII. et ex CAPITVLAT. FRANCISCI I. Art. I. §. 5. colligimus, fieri aliquem poſſe Statum Imperii, ſolis bonis allodialibus, hoc eſt, reſpectu horum admitti ad ius ſeſſionis et ſuffragii.

o) In illuſtris IO. GEORGII ESTORS *auserleſenen kleinen Schriften* Part. XI. pag. 545. ſeq. edit. Gieſſae 1738. multa praeclare hanc in rem congeſta vide ſis. Conf. etiam celeberrimi FRIDERICI CAROLI BVRI *ausführliche Erlaeuterung des in Teutſchland üblichen Lehn-Rechts*, P. I. pag. 420. typis exſcript. Gieſſae 1738. qui haec protulit: *Die Graffſchaft Wartenberg - - - hat, vnerachtet ſie allodial, Sitz vnd Stimme auf dem Reichs-Tag erlanget. Wiewohl - - dieſes dabey zu mercken, daſs die Grafen das ius ſuffragii auf Reichs- vnd Creyſſ-Taegen an ſich von dem Kayſer vnd Reiche zu Leben tragen.*

p) Huc faciunt IO. GVILIELMVS ITTERVS de feudis Imperii Cap. VIII. §. XXXI. pag. 420. ſeq. edit. Francofurti et Lipſiae 1730. et BVRCARD. GOTTHELFF. STRVVIVS de allodiis Imperii Cap. IV. §. XV. pag. 488. impreſſ. 1734. AHASVERVS FRITSCHIVS, Exercitationum variarum Iuris Publici Part. III. Exercit. IV. Theſ. XV. pag. 262. impreſſ. Rudolſtadii 1670. et Part. III. Exercitat. I. §. XIII. pag. 80. ſeq. Sed conf. etiam exceptiones quaſdam, productas ab illuſtri IOANNE IACOBO MOSERO Parte VIII. *des Teutſchen Staats-Rechts*, Lib. III. Cap. III. p. 497. excuſ. Lipſiae et Ebersdorffii 1743.

Add.

caussis propriis ne nutu quidem infirmare conantur, quum potius legibus expressis commendetur votorum ingens multitudo; haec enim in REC. IMP. ann. MDLXX. §. CLXIII. litteris consignata sunt: *damit dann denselben ihre gebührliche Session vnd Stimm im Reichstag eingegeben, vnd also das Reich an seinen Gliedern, Stimmen vnd Anlagen gestaerkt würde, seynd wir erbietig*, cet. *q)* Fingamus, in caussis iustitiae, exceptione personali posse declinari votum principis cuiusdam in comitiis; en cur permultis regionibus ius reale, vel degenerans in illud, eripiendum sit? Putaresne vnquam accidere posse, vt, ambiguae exceptionis gratia, excluderentur vota territoriorum, in quae non cadunt eiusmodi recusationes, de quibus antea disseruimus? Nonne solent plura vota vnius principis, in vna eademque caussa confecta, inter se conuenire? *r)* Nega-

Add. eiusdem viri laudatissimi *Einleitung zu dem Reichs-Hof-Raths-Process*, Part. I. Cap. II §. XLIII. pag. 113. euulgat. Francofurti et Lipsiae 1734. nec non *Vortrag, welcher von seiner Koeniglichen Majestaet in Preussen Bevollmaechtigten dem hochansehnlichen Fraenckischen Crayss-Conuent 1713. den 4. Octob. abgestattet worden, Dero Succession vnd Befugnis auf die Reichs-Grafschaft Limburg betreffend*, apud FABRVM in der *Europaeischen Staats-Canzeley* Tom. XXIII. Cap. XVI. Num. V. pag. 695. seq. excus. 1714. et responsio viduae Comitis de Limburg; quae Num. VI. eiusdem Capitis XVI. legitur, pag. 711. seq.

q) Verborum horum sensus, erui optime potest ex litteris Principum nonullorum Imperii, productis in appendice *des* EUROPAEISCHEN HEROLDS pag. 1542. seq. qui liber Francofurti et Lipsiae 1688. prodiit. Conf. etiam *Memorial der alt Fürstl. Haeuser, die Introduction der neuen Fürsten betreffend*, an MDCLIII. confect. quod extat scriptum in act. Comitial. Ratisbon. publ. edit. a beato IO. GOTTFRIED VON MEIERN Tom. I. Lib. II. pag. 248. excus. Lipsiae 1738. et c. l. p. 1139.

r) Antiquis temporibus, nemo quisquam gaudebat suffragiis pluribus, sed vno voto tantum praeditus erat quilibet Statuum. Conf. LVDEWIGS Programma *vom Streit über die neuen Stimmen auf den Reichs-Tag*. edit. Halae 1709. et *die gründliche*

Negari non poteſt, quin penes aliquem Statum vota plura ſint, quamuis reliqui Status, multitudinem iſtam, tanquam ſuſpectam et ſtudio partium inſeruientem, perhorreſcere vellent. Proin adparet, iudicium in propria cauſſa, ſpeciatim iuſtitiae, ſeu votum in comitiis, firmans cauſſam propriam, non eſſe iniuſtum. Denique exceptio perſonalis negotio huic non eſt conſentanea, quoniam Status comparent in comitiis, non ſolum in modum conſiliariorum, ſed vt archontes reipublicae; *s*) his autem opponendam haud eſſe iſtam exceptionem, vel ex primis iuris publici vniuerſalis principiis cognoſcimus, et ex iis, quae ſupra adſcripſimus §. XI.

§. XVIII.
RATIONES ADLATAE FIRMANTVR.

Corroboratur ſententia noſtra modo agendi cum Statibus, in comitiis vſitato. Etenim in ſenatu Electorali, vota viritim feruntur, rogante et dirigente Electore Moguntino: penes quem etiam comitiorum vniuerſalium directorium eſt; *t*) qui poſtremo interrogatus ab Electore Saxoniae, ſuam dicit ſen-

liche Nachricht vom Burggrafthum Magdeburg, nec non *eines Patrioten vnmaſsgebliche Gedancken über die neuen Vota.* Add. libellus inſcriptus: *Vrſachen warum die von des Koenigs Auguſti Maieſtaet, als Churfürſten zu Sachſen, auf die Land- Marg- vnd Burggrafſchaten Thüringen, Meiſſen* etc. *im Reichs-Fürſten-Rath geſuchte Vota, weder von dem Fürſtlichen Collegio insgeſamt admittirt, noch von dem Fürſtlichen Hauſe Sachſen Erneſtin. Linien inſonders darein gewilliget werden moege* etc. apud FABRVM in *der Europaeiſchen Staats-Canzeley* Tom. XVI. Cap. II. pag. 130. ſeq. excuſ. 1711.

s) AVREAE BVLLAE Cap. XII.

t) Laudandus hic eſt ill. IO. MAXIMILIANI VON GVNDERRODE liber, inſcriptus: *Abhandelung des Teutſchen Staats-Rechts* Lib. VI. Cap. I. §. XXV. pag. 977. edit. Gieſſae 1743.

ſententiam. *u*) In collegio Principum, *x*) tum Principes eccleſiaſtici, tum ſeculares, equidem viritim, Praelati vero Principibus non adſcripti, Comites et Barones, per curias edunt vota; ea lege, vt Praelati omnes duobus, Sueuico et Rhenenſi; Comites et Barones coniunctim ſuffragiis quatuor ſe expediant. *y*) In curia tertia, ciuitatum Imperialium vota a ſingulis emittuntur; quanquam ſcamnis duobus, Rhenenſi nempe et Sueuico, inſideant, ita, vt director *z*) alternatim ciuitatum legatos interpellet. In ſenatum Principum venientes, Vicemareſchallus commonefacit, vt quisque in iure ſuffragii ſui et loci defendatur, et occupet ſeſſionem debitam, et vt abſint nullo iure dicendi ſententiam et ſeſſus pollentes, iubet. *a*) Minime vero abitum imperat partium ſtudio agitatis, nec iis, de quorum cauſſa quaeſtio inſtituitur. Compertum enim habemus, anno MDCXL. die VIII. XVIII. Septembr. hunc morem eſſe obſeruatum: *Do dann in der Fürſtenſtube die anweſende*

u) Modum agendi in comitiis adumbrauit in Corpore Iuris Publici MVLIZIVS pag. 624. edit. 1700. vnde qui cupit, petat plura. Conf. etiam HERMANNI CONRINGII diſſertatio de Comitiis Imperii Romano-Germanici, habita atque impreſſa Helmſtadii 1666. Huc ſpectant quoque *die Vertraege zwiſchen Chur-Mayntz vnd Chur-Sachſen, die Vmfrage betreffend,* quae extant *im* EVROPAEISCHEN HEROLD pag. 1551. ſeq.

x) De origine trium curiarum, ſiue collegiorum, conſulatur PHILIPPI ANDREAE BVRGOLDENSIS notitiae rerum Imperii Romano-Germanici, ſiue Diſcurſuum ad Pacificationem Oſnabrugo Monaſterienſem P. II. Diſc. XIX. membr. II. pag. 171. edit. Freiſtadii 1669. inprimis vero *die Europaeiſche Staats-Canzeley,* Tom. XVI. Cap. II. §. XII. pag. 127. ſeq. excuſ. 1711.

y) De directorio hujus claſſis, vid. auctor *der Grundfeſte* Parte II. Cap. V.

z) Plerumque directorium penes illam ciuitatem eſſe, in qua habentur comitia, liquet.

a) In abſentia Vicemareſchalli, Directores, in collegio Principum, vnum poſt alium, ad dicendum ſententiam, ordine euocare, nemo eſt, qui neſciat.

de Fürsten, Praelaten, Grafen vnd Herrn, vnd der abwesenden Raethe vnd Abgesandten zusammen kommen, vnd ehe sich dieselben gesetzt, ist von Herrn Reichs-Erb-Marschalck der Vortrag geschehen, welcher die Staende Ihrer Keys. Maiestaet Proposition erinnert, vnd dass dero ietziges Erscheinen vnd Zusammenkunft vff gestrige Ansage Ihr Keys. Mayt. zu gnaedigstem Gefallen geschehen, hierbenebenst auch angedeutet, wie es braeuchlich, dass 1. vor allen Dingen die Staende nach der Ordnung, wie sie ihre Sessiones einnehmen, abgelesen wurden, so anietzo auch beschehen solte; Wolte er erinnert haben, dass sich keiner an diesem Ort nicht finden liesse, vnd hierein begebe, so nicht herein gehoerete, vnd einen ieden vor Schaden warnen, dann weiln ihm hierinnen die Execution zu thun gebührete, würde er solche anzustellen wissen. b) Constat quoque, vti narrat auctor *des Discours vom gegenwaertigen Reichstag zu Regensburg im Iahr 1696. c) dass die Raths-Ansage auf so viel kleine Zettel als Abgesandte zugegen seyn, geschrieben werde, vnd dieselbe einen ieden des Tages vorher in sein Quartier gebracht werde.* Non vero legimus, aliquem legatorum excludendum esse, si caussa perpendenda attingat legati ipsius Principem. Pari modo, in descriptione comitiorum, inserta Lib. VII. Cap. CXXIV. pag. 1015. *der Chronic der freyen Reichs-Statt Speyer*, quam CHRISTOPHORO LEHMANNO debemus, N. V. sub finem, haec exponuntur: *d) Auff dass auch die Staendt*

b) Protocollum desienigen, was auf dem Reichstag zu Regenspurg in dem hochlöbl. Fürsten-Rath consultiret vnd beschlossen worden, auch sonsten darinnen vnd in pleno vorgangen; extat in LONDORPII Act. Public. Tom. IV. Lib. IV. Cap. XLIV. §. V. pag. 867.

c) Apud IO. SCHILTERVM Institutionum Iuris Publici Romano-Germanici Tom. II. Tit. XIX. pag. 105. excus. Argentorati 1696.

d) Edit. Francofurti ad Moenum 1612.

Staendt vnd Raeth so zum Reichstag kommen, so viel leichter anzutreffen, pflegt des Reichs Erbmarschalck bey der Mayntzischen Cantzley zuvor vnd ehe die Raeht angehen, ein Verzeichnus deren Staendt vnd Gesandten, welche sich bey dero angezeigt haben, vnd ihre Gewalt übergeben, zufordern, mit Vermeldung, wo sie zur Herberg zufinden, damit keiner vergessen oder ausgelassen werde, *vnd auf solche Verzeichnus wirdt durch seinen Diener von Hauss zu Hauss der Ansagzettel getragen vnd den Staenden oder Gesandten also die Raths-Stundt angezeiget.* Quod ipsum firmatur actis comitialibus recentioribus. *e*) Denique vero officii

e) Descripta haec etiam reperimus in libro ferente titulum: *Neuestes teutsches Reichs-Tags-Theatrum* edit. 1733. pag. 28. quo haec traduntur: „nach geschehener schriftlichen „Communicirung der Proposition, „laesset Chur-Mayntz zu Rath ansa„gen, welches vermittelst eines ohn„gefehr in folgenden Formalien lau„tenden Zettuls geschiehet: *Der „Reichs-Erb-Marschall soll den anwe„senden Churfürsten, Fürsten vnd „Staenden, vnd der abwesenden Rae„then, Botschaften vnd Gesandten, auf „Morgen vm 8. Vhr auf dem Rath„hause zu erscheinen, ansagen. Signa„tum* etc.„ *L. S. Churf. Mayntz. Cantzley.* „Dieser Zettul wird, wann „Chur-Sachsen in Person bey dem „Reichstage gegenwaertig, aus der „Chur-Mayntzischen Cantzeley an „den Chur-Saechsischen Cantzler, „oder einen anderen Ministrum die„ses Chur-Hauses, vnd von diesem „weiter an den Erb-Marschall, mit „der Ordre die Ansage zu thun, ge„schicket. Wann aber Ihre Chur„fürstliche Durchl. zu Sachsen nicht „selbst anwesend seynd, so ergehet „die schriftliche Ordre aus der Chur„Mayntzischen Cantzley, immediate „an den Erb-Marschall, immassen sich „solchergestalt beyde Chur-Fürsten „von Mayntz vnd Sachsen, so wohl „wegen eines als andern Falls, im „Iahre 1562. verglichen. Ist der „Reichs-Erb-Marschall selbst nicht „zugegen, wie dermahlen, so schicket „Chur-Mayntz den Zettul an den „Chur-Saechsischen Comitial-Ge„sandten, welcher alsdann das Erb„Marschall-Amt in gewisser Masse „versiehet, vnd dieser laesset densel„ben hinwiederum, dem Erb-Mar„schall-Amts-Verweser, zu weiterer „Verfügung, einhaendigen.

„Aus vorangeführten Zettul macht „der Erb-Marschall die Raths„Ansa-

officii ratio Statuum omnium requirit, vt comitiis vniuerſalibus praeſto ſint, niſi priuilegiis in libertatem extrahantur; *f*) vel iuſtae aliae ſubſint cauſſae ſimilesque; quas inter, ſecundum ius ſcriptum, nunquam refertur ſtudium partium.

 §. XIX.

„Anſage, in folgenden kurtzen Formalibus:

„ *Morgen vm 8. Vhr zu Rath.* vnd „laeſſet ſolche durch ſeine Cantzeliſten, deren einer der Evangeliſchen, der andere der Catholiſchen „Religion zugethan iſt, auf ſo viele „Zettul, als Staende oder Geſandten „bey dem Reichstage befindlich, herum tragen, doch mit dem haltenden Vnterſcheid, daſs denen Churfürſtl. ſaemtlichen, vnd Fürſtl. Directorial - Geſandten Zettul von „Quart, denen vbrigen Fürſtlichen „aber, nur von Octav-Blaettern, vnd „dem Staedtiſchen Directorio einer „in Quarto vnd einer in Octauo gebracht werden. Dergleichen Herumtragung der Zettul geſchiehet „nachhero bey allen Rathstaegen, „doch nicht in ſo generalen Terminis als zum erſtenmahl, ſondern es „wird darinn das Obiectum deliberandi exprimirt.

f) Auſtriae Archiducibus, priuilegia hujus generis irrogata eſſe, probe ſcimus. Conf. *Kayſers* CAROLI V. Priuilegia, FERDINANDO *Koenige in Vngarn vnd Boehmen* etc. *verliehen, wobey alle vnd jede ſonderlich von denen Kayſern Heinrich IV. Heinrich V. Friedrich II. mit Inſerirung Friedrich I. Rudolphen, Albrechten, Heinrichen, Ludewig, Carl IV. Wenceslao, Sigismundo, Friedrich III. dem Land vnd Haus Oeſterreich gereichte Freyheiten v. ſ. w. confirmiret, erneuert, erlaeutert, verbeſſert vnd beſtetiget werden,* quod diploma extat in LVNIGII Corpore Iuris Feudalis Germanici Tom. I. col. 721. ſeq. edit. Francofurti ad Moenum 1727. col. autem 724. de Auſtriacis haec habentur: *Er iſt auch nicht ſchuldig auf die Reichstage zu kommen, oder zu erſcheinen, denn mit guten Willen.* De Abbatis S. Maximini hac in re reſtricto priuilegio, vid. diploma HENRICI II. Imperatoris, datum in Triburia anno MXXIII. quod legimus Parte III. Num. XX. pag. 19. ſeq. libri titulum ferentis: Defenſio Abbatiae Imperialis Maximini, per NICOLAVM ZYLLESIVM, typis excuſ. 1638. Treuiris, qua reſpondetur libello contra illam Abbatiam ab auctore anonymo 1633. Treuiris edito. De aliis alibi.

§. XIX.

ARGVMENTI PRIMI ADDITAMENTVM.

Si quis Statuum ſegregatur a ſeſſione et voto, id poenae longe grauiſſimae prae ſe fert ſpeciem; qua coercendum ſtatuunt leges Statum aliquem, v. c. ius ſtandae monetae in fraudem malitiamque conuertentem; *g*) V. CAPITVLATIO CAROLI VI. Artic. IX. CAPITVLATIO CAROLI VII. Art. IX. et FRANCISCI I. Art. IX. vel ſi Status aliquis proſcribitur ab Imperatore et Imperio; vel auocatoriis litteris non praeſtat obedientiam; vel ſimiles ſuppetunt cauſſae; *b*) vel ex violatione pacis religioſae, vel profanae, ortae, cet. In contentionem quidem olim vocata eſt quaeſtio, an Imperator queat auctoritate propria emouere Statum aliquem comitiis, vel iure ſuffragii: *i*) ſed compoſita eſt lis, et in Capitulatione LEO-

g) In Capit. FRANCISCI I. Artic. IX. §. 9. ſancita ſunt haec: *wie wir dann auch gegen dieienige, ſo obgedachter maſſen das ihnen zukommende Müntz-Regale gegen die Reichs-Conſtitutiones miſsbrauchet, oder durch andere miſsbrauchen laſſen, nebſt der Privation gedachten ihres Regalis auch mit Suſpenſion a Seſſione et Voto (iedoch auf Art vnd Weiſſe, wie in dem erſten Articul dieſer Capitulation enthalten) verfahren, vnd ſolchen ſuſpendirten Stand gleichfals anders nicht, als auf einem gemeinen Reichs-Tag nach gegebener Satisfaction, reſtituiren laſſen ſollen vnd wollen.* Mitiorem poenam, nimirum ſuſpenſionem libertatis monetandi, vel priuationem, olim fuiſſe iniunctam Statibus, in crimen illud incurrentibus, ſignificant RECESSVS IMPERII Auguſtan. ann. MD. §. V. CAPITVLATIO MATTHIAE Art. XXXIV. FERDINANDI II. Art. XXXIII. FERDINANDI III. Artic. XXXVII. LEOPOLDI Artic. XXXIV. IOSEPHI Art. XXXIII.

b) De quibus mentionem fecit perilluſtris LVDOVICVS BERNHARDVS liber Baro DE ZECH in Diſſ. de proſcriptione Statuum Imp. R. G. ad illuſtrat. Art. XX. Capit. Carolinae, excuſ. Lipſiae 1735. §. XVII. pag. 33.

i) Mores antiquos deſcripſit hac in re auctor Chronici Gottwicenſis Lib. I. §. X. pag. 290. excuſ. 1732. et HER-

LEOPOLDI, Art. III. IOSEPHI Art. III. CAROLI VI. Art. XX. aeque ac *im Proiect einer beſtaendigen Wahl-Capitulation*, lectitamus Articulo I. *auch einen ieden bey ſeinen Stand vnd Weſen, auch allen vnd ieden Staenden des Reichs ihre freye Stimme vnd Sitz auf Reichstaegen laſſen, vnd ohne der Churfürſten, Fürſten vnd Staende vorgehende Bewilligung keinen Stand des Reichs, der ſeſſionem et votum in denen Reichs-Collegiis hergebracht, daruon ſuſpendiren vnd ausſchlieſſen. k)* Itaque fractam eſſe mirum in modum poteſtatem, olim ab Imperatoribus interdum vſurpatam, excludendi, vel procul habendi a comitiis nonnullos Status, quorum vota, tanquam ſuae voluntati aduerſa, extimeſcebat horrebatque Caeſar. Qua propter in comitiis Norimbergenſibus, anno MCCCCXCI. conſcriptis, declarabant Status praeſentes: *ſo hinfüro Tege im Reich in des Reichs Sachen ſolten gehalten werden, were vnfruchtber, wo alle des Reichs Stende nicht darzu erfordert vnd Relation ſolcher Erforderunge fürbracht würde, wollen die Koenigl. Maieſt. auch der Keyſerl. Anwalt im beſten vnd aus Nothdurft anſehen.* Vid. *Regiſtratur in puncto der von denen Reichs-Staenden verwilligte Hülfe; actum Nuremberg auf ſanct Peters vnd Pauls Abend. l)* Hodienum autem,

 voto-

HERMANNVS CONRINGIVS in diſſ. de iudiciis Reipublicae Germanicae, habita Helmſtadii 1647. Operum ipſius coniunctim edit. 1730. Tom. II. pag. 867. ſeq. IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS de ſingularibus quibusdam et antiquis in Germania iuribus, Cap. V. pag 147. ſeq. excuſ. Francofurt. et Lipſiae 1671.

k) Add. Art. IV. *des* PROIECTS *einer* BESTAENDIGEN WAHL-CAPITVLATION. Sed tamen die XXIX. Aprilis an. MDCCVI. normam iſtam non eſſe obſeruatam, perſpicimus ex *concluſo collegii Electoralis in cauſſa priuationis et Banni contra Electorales, Colonienſem et Bauarum.* Vid. FABRI *Staats-Cantzley* Part. XI. Cap. XI. pag. 608. ſeq. ed. 1707. et Part. XII. Cap. XI. pag. 810. ſeq. excuſ. 1708.

l) Documentum illud typis excuſum eſt in IO. IOACHIMI MVLLERI *Reichs-*

votorum liberam poteſtatem, *m*) ὁσίᾳ Statuum efficere, nec reſtringendam, niſi quatenus leges de illa diminuunt, antea oſtendimus. *n*) De quo iure iam tempore ſuo NICOLAVS MYLERVS AB EHRENBACH de *Principibus et Statibus Imp. Rom. German. o)* ſcribit: „ Haec Imperii Germanici comitia „ inſignem arguunt Germanorum Procerum libertatem, qua „ cuilibet Ordinum Imperii relicta ſunt vota. Vnde politicus „ quidam comitia nominat: conuentus gentium liberarum, in „ ipſa ſumma poteſtate inter ſe concurrentium. „ Ex actis etiam comitialibus pluribus id ipſum elucet, ſpeciatim ex Ratisbonenſibus; quum anno MDCLIII. die XXVII. Apr. in congreſſu extraordinario haec contigerint: *Es iſt von dem Lautereckiſchen, Saechſiſchen, Anſpachiſchen vnd anderen Abgeſandten, den Paderborniſchen vnd Fuldiſchen verwieſen worden, daſs dieſelben ſich geſtern vnternommen, ihre vota zu reſtringiren, da ſie doch dieſelbe nicht recht eingenommen, ſich auch ſolches keinesweges gebührete, im Reich nicht Herkommens, ſondern ein ieder ſein liberum votum haette: vber das deſſen von ihren Principalen keinen Befehl gehabt, vnd dieſelbe ſich dieſerwegen bey dem Saechſiſchen vnd Anſpachiſchen hoechlich haetten entſchuldigen laſſen.* Vid. ACTA COMITIALIA RATISBONENSIA PVBLICA, edita a bea-

Reichstags-Theatro, *in der Vten Vorſtellung* Cap. XLIX. pag. 194. edit. Ienae 171?.

m) Conf. Capitulationis inuictiſſimi FRANCISCI I. Artic. I. §. 3. et ill. IO. IACOBI MOSERI *Beylagen vnd Anmerckungen zur Wahl-Capitulation Ihro Roemiſch-Kayſerlichen Maieſtaet* CARLS *des VII.* Part. II. pag. 12. ſeq. quae prodierunt Francofurti ad Moenum 1742.

n) Ne in conuentibus quidem circularibus, Status alicuius votum eſſe ſuſpendendum, oſtendit PETRVS MVLLERVS de Conuentibus Circulorum in ſacro Romano Imperio, Cap. XIV. §. XIII. pag. 133. excuſ. Ienae 1700.

o) Part. I. Cap. XV. pag. 121. edit. Tubingae 1685.

a beato IOANNE GODOFREDO DE MEIERN Tom. I. pag. III. edit. Lipsiae 1738. Sed facile est ad intelligendum, otiosam esse libertatem, et, ad exemplum iudicum inferiorum, limitibus arctissimis circumscriptam, si quilibet Statuum in *sua caussa*, (quum vocabulum *sua*, complectatur notionem, permultas res, de quibus deinceps, sub se comprehendentem,) voti esset expers. Corroboratur denique sententia nostra vel inde, quod ius voti ne amittitur quidem, quamuis a Statu quodam per ingens temporis spatium sit intermissum, vel neglectum. Actibus enim, relictis liberae nostrae potestati, longinqua temporum haud obsistunt interualla, atque hinc nihil est impedimento, quo minus post diuturnam annorum seriem a nobis restaurentur. *p*)

§. XX.
ARGVMENTVM SECVNDVM.

Caue dubites, quin sit in vna eademque persona illustri varius et multiplex respectus moralis. Fingamus igitur, personae ratione votum aliquod esse perhorrescendum; nonne ob alias res, nimirum in coniunctione cum bono publico, habere

p) His reclamare videntur leges Romanorum de priuilegiorum amissione, per non vsum producta; verum temere adplicari istas sanctiones ad iura suffragiorum, patescit: quoniam ius suffragandi in comitiis, non positum est in priuilegio, sed in iure territoriorum, ceu superius significauimus, et rationes plures refragantur caussae aduersae patronis, de quibus alibi. Speciatim vero inprouida iuris Romani ad caussam hanc publicam adplicatio, cum institutis Germanorum minus conuenit; vti infra ostendendum erit. Praeterea constat inter omnes, iure proprio in Status cadere libertatem suffragandi, id quod vel ex ipsa forma reipublicae nostrae elucet, et ex parte cognoscitur ex iure votorum, Statibus ante inuestituram competentium; quod sane fieri non posset, si votorum ratio ex priuilegio Caesaris penderet.

bere id poterit plus candoris integritatisque? *q*) quum dignitate magna conſpicui, prae reliquis, fide ſua ſint commendabiles, ſecundum *L. 17. C. de dignitatibus.* Quis itaque in iſta colliſione modum ponere debet? Leges ſilent, nec obſeruantia, de qua infra fuſius, illam dirimunt; proin libertatem naturalem ſeruandam eſſe, cenſemus. Fingamus Status cuiusdam votum in ſuſpicionem incurrere; quis in comitiis id repudiare iure poterit? Votorum pluralitas nequit ius ſingulorum demere, *r*) nec exceptio iſtius furfuris. Leges ciuiles euoluenti, pateſcit, iudicem ſuperiorem in cauſſa ſimili decernere: *s*) quippe qui vel commiſſarios conſtituit; vel cauſſam auocat; vel ſuſpecto iudici adiungit alium, aliosue. Sed temere ad Status Imperii, leges iſtas accommodari, inter omnes, niſi admodum erroribus abreptos, conuenit. In quas tandem turbas incidere anceps iſta diſquiſitio debet in comitiis? nempe in eas, quae longe grauiſſimae ſunt, et plura mala includunt, quam votum, cui inſidet ipſa ſuſpicio. Exiſtimamus igitur, ſuffragium, quamuis ſecundum partium ſtudium emiſſum ſit, valere; ſiquidem, legibus conuenienter, votis relinquenda res eſt controuerſa. Standum iis puto, quum comitia non habeant ſuperiorem; ſed omnia reciderent in libertatem naturalem, periculoſamque, ſi ea ciuilis iuris exceptionibus, hominum priuatorum cauſſa conceſſis, vellemus tollere atque infringere. In locum difficilis vel potius immortalis litis *t*) eius generis, commodiori forſan modo, eſſet ius belli

ſubro-

q) arg. *L. 5. D. quod cuiusc. vniuerſ. nom.*

r) Adpulerunt animum ad haec THEODORVS REINKINGK de Regimine Seculari et Eccleſiaſtico Lib. I. Claſſ. V. Cap. VIII. n. LXX. ſeq. pag. 650. edit. Francofurti ad Moenum 1659. LIMNAEVS Lib. IX. Cap. I. n. CLXXXIV. Tom. III. Iuris Publici I. R. G. edit. Argentorati 1657.

s) *L. 18. C. de iudiciis.*

t) Lento gradu negotia in delibe-

ratio-

ſubrogandum. Quum vero violenta haec remedia repugnent ſaluti Germanorum, reſpuimus merito, adlatas temere recuſationes. Ceterum, ſi iuris priuati minutias rigide ſectari velis in comitiis, eundum porro erit per alium ſaltum arctiorem impeditioremque: nimirum longe plures, iure pari, admittendae erunt exceptiones; vti patet ex iis, quae de recuſatione et iuramento perhorreſcentiae diſputauimus. Forſan enim ne vllus quidem Statuum inuenitur, cui non, cum ſpecie veri quadam, exprobrari poſſet qualiscunque recuſationis cauſſa; praeſertim ſi vagam iſtam de cauſſa propria notionem, nimirum illam, ex qua quis commodum ſperat, vel incommodum metuit, ſecundum *L. 1. ʃ. 11. D. quando adpellandum ſit*, adplicare velis: quippe quae vel anceps, vel obſcura, manebit ſemper; ſiue cum aliis dixeris, *u*) in *L. vn. C. ne quis in ſua cauſſa*, tan-

rationem venire, et nimis protelari in comitiis noſtris, ingenue fatentur ipſi Status Imperii, quum tamen exceptio ſuſpecti iudicis adhuc in iis non ſit recepta. Facile igitur noſci poteſt et percipi, indeciſa manere in comitiis debere omnia, ſi exceptiones iſtius farinae in conuentibus Procerum admitterentur. Actis publicis firmatur id ipſum; proin remitto lectorem ad litteras Bauariae Electoris, die III. Octobr. ann. MDCLXX. conſcriptas, et ad reſponſionem Electoris Brandenburgenſis, datam die XXV. Octobr. ann. MDCLXX. quas produxit FRIEDRICH LEVTHOLFF VON FRANCKENBERG in appendice *des Europaeiſchen Herolds* pag. 1659. ſeq. excuſ. Francofurti et Lipſiae 1688. Vid. ibidem pag. 1571. ſeq. *das Kayſerliche Comiſſions-Decret* et documenta quae illud exceperunt. Comitia etiam bene multa, quorum effectus labore indignus fuit, id declarant, de quibus commentati ſunt LONDORPIVS, LEHMANNVS, PFANNERVS, CARAFFA atque innumeri alii. Conf. IO. GOTTFRIED VON MEIERN Acta Ratisbonenſia Publica Tom. I. Lib. I. §. I. pag. 4. ſeq. impreſſ. Lipſiae (Goettingae) 1738.

u) Quam ſententiam tenet GEORGIVS CHRISTOPH. WOELCKER in diſp. de iudice in propria cauſſa, edit. 1709.

tantum de iis negotiis agi, quae vel proprio, vel priuato iure ad nos immediate pertinent, excludere autem illas, quae per consequentias et mediate tantum commodis nostris vel fauent, vel officiunt; siue alios limites constitueris. Sed haec pensi non habeo, quum plane non spectent ad comitia, et earum exceptionum oppressa sit mentio in legibus Germanorum publicis.

§. XXI.
RATIO TERTIA.

Quum Principem inter et iudicem, multum intersit; quia iudex leges tantum custodit, et ad facinora adplicat; Princeps autem leges rogat, imponit, extendit, restringit, antiquat, dissoluit, restituit: idcirco arbitramur, angustam iudicum potestatem audacter et inconsulte adsignari Statibus nostris, seu Imperantibus Reipublicae. Quumque praesumtiones, magistratuum fidem muniant, *L. 137. §. 2. D. de V. O. c. 6. X. de renuntiatione, x)* magis magisque eam, colligimus, esse plane eximiam in Principibus et Statibus Imperii. *y)* Quamuis sententia Principis recedat a iure communi, tenacissimi tamen iuris ciuilis defensores coniecturam capiunt, illam esse iustam. Euoluantur IACOBVS MENOCHIVS de Praesumtionibus Tom. I. Lib. II. Praesumt. X. pag. 146. seq. typis exscript. Geneuae 1685. MATTHAEVS WESENBECIVS P. I. *Conf. Iur.* Conf. XLVIII. XLIII. col. 1167. et seq. typis impress. Basileae 1576.

x) ALCIATI Operum Tom. IV. pag. 731. seq. publicat. Basileae 1558.

y) Legisse iuuabit LVDOLPHVM SCHRADERVM Consiliorum siue Responsorum iuris Volum. II. Ienae excusorum 1609. Conf. XXIII. Num. XCVI. pag. 107. PETRVM ANTONIVM DE PETRA de iure quaesito non tollendo per Principem, *Quaest. VIII. Princ. de praesumtione iustae caussae in facto Principis,* N. II. pag. 603. edit. Francofurti ad Moenum 1600.

1576. SAMVEL STRYKIVS de praesumtione pro magistratu, §. VII. pag. 7. edit. 1698. IOSEPHVS MASCARDVS Vol. I. Conclusionum Probationum omnium Concl. CCLXXVI. pag. 298. excus. Francofurti ad Moenum 1684. Cur igitur ob suspicionem submouendi Status sint a iure suffragii, antequam vota sua emiserint, nego ego quidem, posse id nosci et percipi. z) Non prouocabo ad *L. 3. C. de crimine sacrilegii*, in qua haec edicuntur: „Sacrilegii instar est, dubitare, an iis dignus sit, „quem elegerit Imperator, „ nec me conuertam ad *L. 4. ff. 1. D. familiae erciscundae*, in quibus iudices viri boni vocantur. Omnino autem indecora mihi videtur illa diuinatio, vel praesumtio, quae partium studium adfingit Statibus Imperii, seu animum impotentem, prauum, effrenatum, repugnantemque saluti Germanorum; quum tamen, vi iuramenti, et aliorum

H 2 iuris

z) HENRICVS A ROSENTHAL non ambigit, quin ita de fide illa differat: „ac facio, quod cum vasallo „litigans dominus non teneatur iu„ramentum calumniae subire. Et „hoc maxime obtineret in DOMINIS, „REGNVM VEL ALIAM DIGNITA„TEM REGALEM habentibus, vtpote „quorum maior spectata esse et ha„beri soleat fidei integritas. Mihi „vel inde maxime videtur stabiliri, „quod placuit frequentius pares cu„riae iudices ad hanc iurisiurandi „religionem non esse obstrictos, sed „saltem sub fidelitatis debito coniu„ratos iudicare.„ Iuramentum autem fidelitatis Statui cuidam remitti posse, colligimus ex II. F. 3. et II. F. 24. §. 1. et ex priuilegiis multorum Statuum. Vid. PHILIPPI KNIPSHILD Tractatus politico-historico-iuridicus de iuribus et priuilegiis ciuitatum imperialium, Lib. II. Cap. I. §. LXIX. pag. 181. seq. excus. Argentorati 1740. IO. PETRVS DE LVDEWIG Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum Tom. X. Num. 49. pag. 261. ed. Halae Salicae 1733. ill. CAROLVS GVILIELMVS GAERTNERVS de S. R. I. Electorum inprimis Saxoniae feudis et officiis Bambergensibus §. XIV. pag. 31. ed. 1726. et ill. atque eximii Icti CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI Obseruatio de feudo iniurato, vulgo HAND-LEHEN, quae locum VIII. occupat, pag. 43. seq. Amoenitatum iuris feudalis, excus. Ienae 1741.

iuris vinculorum, quibus ab Imperio obstringuntur Status, diligentissima cura complecti debeant rem publicam in comitiis omnem, et in indictione comitiorum, iurisiurandi illius, quo tenentur, afferatur recordatio. *a*) Praeterea progressus recusationum infinitus est admittendus, si Romani vel Canonici iuris laxas habenas hic inaequabili adplicare cupis temperamento. Quasi caput et culmen in iure principis est, potestas sibi ius dicendi in caussa plane propria. Quid enim? eadem facultas cadere nequit in Status in comitiis praesentes, votumque in caussa propria proferentes? Vnum certe votum, alterumue, in comitiis in tantum periculum neminem arcessit, in quantum ex regis, qui solus omni regno praeest, iudicio, in propria caussa lato, adducimur: quum hoc prorsus non possit interuerti, dum stat pro ratione voluntas; votum autem in conuentibus generalibus Imperii, et periculum coniunctum, a capite propulsatur, Statuum aliorum suffragiis; siue sint eiusdem collegii, siue aliorum; siue dissensu Imperatoris. *b*) Infringi

a) Enucleantur haec in Additionibus ad LIMNAEI Lib. IX. Cap. I. Iuris Publici Imperii Rom. Germ. pag. 403. edit. *1666*.

b) De forma comitiorum differere multa, non est animus; quum scriptores, qui generatim de comitiis fuerunt commentati, fuse illum exponant; obseruamus tamen, deliberari in senatibus tribus. Primus horum, nimirum electoralis, quid sibi visum sit, classi principum significat; quae si adstipulatur eidem sententiae, statim etiam ad classem ciuitatum defertur negotium, et quid de eo vtrique collegio placuerit, declaratur. Sin in diuersa abeunt, hinc inde replicationum et duplicationum serra tam diu agitatur, donec vel consensus vnanimis omnium classium oriatur, vel saltem duarum inter eas. Quod Statuum placitum vbi innotuit legitima relatione Imperatori, is vel consensum praebet, vel renuit. Si consentiat legitime, componi legem Imperii, constat inter omnes. Si vero Imperator vni saltem collegio assensum praebet, vel a Statuum concluso prorsus discrepat, tunc res redit ad replicationes, duplicationes, triplicationes, cet.

fringi id quoque poteſt, ſi maiora vota feruntur in rebus, quae pluralitati votorum non permittuntur. *c*) Plerumque quidem in comitiis vota maiora vincunt, ita, vt pars minor diſſenſione

H 3 ſua

cet. donec vel alterutra pars calculum addit alteri; vel, ſi pateat, diſſenſum eſſe perpetuum, res manet indeciſa. Quum vero varias hic traducantur publici iuris doctores ſententias, remitto lectores ad ERICI MAVRITII Diſſert. de Receſſibus Imperii, BERNHARDVM BERTRAMVM de Comitiis §. LXXII. et §. LXXVII. qui libellus Diſputationum Politico-Iuridicarum Baſileenſium Vol. V. num. 18. inſertus eſt; CHRISTIANVM GASTELIVM de Statu Publico Europae nouiſſimo, Part. VII. Cap. XXXVII. pag. 1348. edit. Norimbergae 1675. Repudiandum tamen eorum errorem cenſemus, qui, ex plenitudine poteſtatis ſuae Imperatorem cauſſas eiusmodi dirimere, autumant. Etenim id ipſum repugnat formulae, quae Receſſibus ſaepenumero adhiberi ſolet: *Wir* (Imperator) *haben vns mit denen Staenden vnd ſie hinwiederum mit vns ſich vereiniget vnd verglichen, mit guten Wiſſen, Willen vnd Rath*, cet. Conf. REC. IMP. Ratisbonae ann. MDCLIV. publicatus §. CXCIX. Denique de pluralitate votorum, ex conſenſu duorum collegiorum exorta, legatur REC. IMP. ann. MDXII. Auguſtae Treuirorum et Coloniae Agrippinae promulgatus, Part I. §. VII. nec non directorii Electoralis an. MDCLIV. die XX. XXX. Ianuar. data declaratio. Qua de re vide actorum *des* EVROPAEISCHEN HEROLDS Part. I. pag. 831. excuſ. Lipſiae 1705. et IO. GEORGIVM KVLPISIVM de Placitis Ordinum Imperii §. XIV. pag. 21. ſeq. edit. Argentorati 1686. Quamuis vero anceps ſit controuerſia, num inter tria Statuum collegia ius partis maioris habeat locum, et placitum collegiorum duorum, ab Imperatore comprobatum, legis vniuerſalis induat naturam; obſeruauimus tamen, in cauſſa *des Herrn Biſchoffs vnd Stiffts zu Münſter, contra die Erbmaenner*, Collegii Principum et Ciuitatum imperialium ſententiam, a qua abhorrebat Electorale Collegium, a Caeſare firmatam, atque ita rem eſſe deciſam. Conf. EVROPAEISCHE STAATS-CANZLEY Tom. XIII. Cap. VIII. Num. XIV. ſeq. pag. 372. ſeq. ed. 1709. Tom. XV. Num. III. pag. 306. ſeq. excuſ. 1710.

c) Locum hic occupat: *Eroerterung der Frage, ob die Recurs-Sachen, vi §. LII. Artic. V. Inſtrumenti Pacis Weſtphalicae, der Pluralitati Votorum ſchlechterdings vnterworffen, oder nicht?* quae extat in Tom. IV. SELECTORVM IVRIS PVBLICI NOVISSIMORVM Cap. IV. pag 93. ſeq.

ſua concluſum partis maioris conuellere nequeat. Hinc in REC. IMP. anno MDXII. Auguſtae Treuirorum et Coloniae Agrippinae confecti, Part. I. §. VII. ſancita ſunt ſequentia: *Vnd was dieſelbe ſo erſchienen ſeynd, oder der mehrer Theil aus ihnen, auf die Pflicht derhalben aufgericht, obberührter maſſen endlich berathſchlagen vnd beſchlieſſen werden, dem ſoll von allen Staenden gefolgt, nachkommen vnd vollſtrecket werden, ohn alle Widerred vnd Weigerung.* Add. ORDINAT. REGIMENTI ann. MDXXI. edita, §. XII. qua haec praefinita ſunt: *Vnd ſo die Sachen alſo treffentlich waeren, die keinen Verzug leiden, moechten Stadthalter vnd Regiment, auch Churfürſten vnd Fürſten in der Sach procediren, vnd dem, ſo durch den mehrern Theil beſchloſſen wird, Folge thun;* cet. et REC. IMP. an. MDLXXVI. §. XCVIII. in quo habentur verba: *darüber votiren, vnd beſchlieslich ex aequo et bono was da billig ſeyn ſoll, decidiren vnd erkennen wolte, alsdann ſoll das alles in geſamtem gemeinem Rath, auch in Beyſeyn vnſerer Kayſerl. Commiſſarien verrichtet, decidiret, vnd beym mehreren gelaſſen werden.* Igitur ingens in diſcrimen videmur vocari conuenientia ſuffragiorum, Statuum illorum, qui vtilitates ex cauſſa percipiunt diiudicanda: Sed legibus dudum prouiſum fuit, quum in cauſſis grauiſſimis bene multis, pluralitas votorum nihil efficiat, iuxta INSTRVMENTI PACIS Art. V. Nam inter alia Art. V. §. 52. et Art. V. §. 9. haec praeſcribuntur: „ In cauſſis religionis omnibusque aliis negotiis, vbi „ Status tanquam vnum corpus conſiderari nequeunt, vt etiam „ Catholicis et Auguſtanae Confeſſionis Statibus in duas par„ tes euntibus, ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non „ attenta votorum pluralitate. cet. „ *d*) Non religionis cauſſas

d) Ad haec verba CONRINGIVS Operum Tom. II. excuſ. Brunsuigae 1730. pag. 813. in Diſſert. de Comitiis Imperii Germanici §. LV. in commenta-

fas solum loco illo indicari, verum etiam alias plures, tum acta pacis Westphalicae, *e*) tum verba pacis ipsa, et forma reipublicae nostrae, aeque ac consuetudo perpetua, dilucide condocent

mentatur: „Huius legis summa „aequitas vel ex eo clarescit, quod „numerus maior tantummodo locum habere possit in negotiis societatis, et illis, quae ab arbitrio humano dependent; a quo censu cum „plane diuersa sit saltim religionis „ratio, mirum non est, a regula maioris numeri causas religionis excludi. Sicuti nimirum omne gratiae diuinae negotium, nemini hominum in mentem venire potest, „nisi Deo gratiosum hoc suum arbitrium reuelante, ita nec de religioso cultu, qui huic debetur, quicquam societas humana potest constituere, et per consequens nec maior eius numerus, si quis forte fuerit.„ Conf. REC. IMP. Augustan. ann. MDXXX. §. VII. *Es haben aber der Churfürst von Sachsen*, cet. REC. IMP. RATISBON. anno MDXXXII. tit. X. *Geistliche vnd weltliche Beschwerung.* Huc spectat etiam Responsum, insertum FRIDERICI HORTLEDERS *von Handlungen vnd Ausschreiben - - - Rechtmaessigkeit, Anfang, Fort- vnd endlichen Ausgang des Teutschen Krieges* Tom. II. Lib. I. Cap. VII. pag. 7. seq. edit. Francofurti ad Moenum 1618. Add. REC. IMP. Augustan. ann. MDLV. §. XV.

e) Conf. ACTORVM PACIS WESTPHALICAE editorum a beato IOANNE GODOFREDO A MEIERN Tom. III. n. 47. pag. 167. pag. 256. n. 5. pag. 339. n. 21. seq. pag. 433. Tom. IV. pag. 28. pag. 98. n. 21. pag. 150. n. 21. pag. 202. n. 20. et passim. Inprimis etiam euoluantur Acta Publica, in lucem emissa a IOANNE LVDOVICO PRASCHIO, et subiuncta commentationi ipsius de iure maioris partis, typis exscriptae Augustae Vindelicorum 1666. Add. QVERELAE PROTESTANTIVM, eaedem fere, quae in comitiis ann. MDLXV. MDLXXVI. MDLXXXII. et MDCXLI. auditae sunt, et extant in ADAMI ADAMI episcopi Hieropolitani, Relatione Historica de Pacificatione Osnabrugo Monasteriensi, Cap. VIII. §. V. Num. VII. pag. 144. excus. Lipsiae (Goettingae) 1737. Vid. etiam Mantissa I. ad specimen V. Meditat. ad INSTRVMENTVM PACIS Caesareo-Suecicum, pag. 695. seq. impress. 1711. Inprimis vero conf. historiam §. in caussis religionis, 52. Articuli V. Instr. Pac. quae producta est *in der Europaeischen* STAATS-CANZELEY Tom. XXXVIII. Cap. X. lit. N. pag. 331. seq. impress. 1722.

docent. *f*) Hinc etiam quilibet perſpicit, non omnes cauſſas, per recurſum ſubiectas comitiis, maioribus votis dirimi, ſed a multis pluralitatem votorum remoueri. *g*)

§. XXII.

RATIO QVARTA.

Conſanguinitatis atque affinitatis nexus, in ſe conſideratus, aequitatem haud reiicit. Si igitur, illo vinculo cauſſae cuidam iunctus Status incurrit in iniuſtitiam, non coactus rerum neceſſitudine contrahit culpam, nec tanquam conſanguineus,

f) Ex fontibus iis hauſerunt auctor libelli inſcripti: SACRA LIBERTATIS ANCHORA, *hoc eſt, analyſis §. in cauſis religionis 52. Articuli quinti Inſtrumenti Pacis Weſtphalicae, vbi agitur de pluralitate votorum, in quibus cauſſis non ſit attendenda: ſpeciatim de iure eundi in partes, nec non de iuribus ſingulorum*, quorundam legatorum Euangelicorum praeſcitu impreſſi Ratisbonae 1720. et inſerti *der* EVROPAEISCHEN STAATS-CANTZLEY Tom. XXXVIII. Cap. X. Lit. N. pag. 314. ſeq. ed. 1722. et ERNESTVS ABRAHAMVS AB OSTERHAVSEN in Diſſ. de iure ſingulorum a maiori ſuffragiorum comitialium parte excepto, emiſſ. in lucem Wittenbergae 1728. Praecipue etiam legatur *die* REICHS-FAMA Part. IV. 77. ſeq. excuſ. Francofurti et Lipſiae 1720. et *Votum Commune ſaemtlicher Euangeliſchen Staende des Fürſtlichen Collegii, abgelegt den II. Septembris MDCCXII. betreffend das ſich reſeruirte Recht eundi in partes, bey dem zu adjouſtirenden Concluſo in der SchweizeriſchenDifferentz-Sache*, productum in *der* EVROPAEISCHEN STAATS-CANTZLEY Tom. XXVI. Cap. V. pag. 400. ſeq. ed. 1716. Conf. etiam *Vorſtellung pro ſola Informatione des Kayſerlichen Herrn Principal-Commiſſarii Cardinals von Sachſen u. ſ. w. von dem Euangeliſchen Corpore zu Regenſpurg, wegen des in der Stadt Coelniſchen Moderations-Sache abgelegten, das ius eundi in partes betreffenden voti communis übergeben*, quod extat in Tom. XXIX. *der* EVROPAEISCHEN STAATS-CANTZLEY Cap. IX. Num. VIII. pag. 672. excuſ. 1717. Ceterum obſeruamus, in comitiis particularibus eadem vigere placita, quae delibauit auctor *des gründlichen Berichts*, Cap. XI. n. XXXIII.

g) Vid. SELCT. IVRIS PVBLICI NOVISSIM. Pars IV. Cap. IV. pag. 93. ſeq. ed. 1742.

neus, vel affinis, vi ſuae eſſentiae; ſed cernimus, ex animi peruerſitate, vel infirmitate, aliisque fontibus, manare iſta facinora; vel, vt in ſcholis loquimur, ſaltem per accidens ex conſanguinitate progigni. Quum vero praeſumtiones iuris, hanc labem non adſpergant Principibus et Statibus; conſequens eſt, vt in comitiis neque conſanguinei, neque affines ſegregandi ſint a iure dicendae ſententiae. Quin etiam inde colligimus, tam in ſua, quam ſuorum cauſſa, cuiuslibet Status libertatem ſuffragandi ſeruandam eſſe incolumem. Contrariam tueri audentibus ſententiam, pronunciandum eſt; melioris eſſe conditionis eum Statum, qui plane ſanguinis nexu iunctus non eſt conſtatibus; quum huius votum ſemper ſaluum maneat, conſanguineorum autem vota plerumque ſint ſuſpendenda. Cuiusmodi duram legem ceruicibus ſuis haud impoſuiſſe Principes antiquiſſimos, ſcio; nec laturos eſſe vnquam, propenſe non temere credo. In Romanorum ſenatu, ipſos ſenatores, in criminum atrociſſimorum iudiciis, conſanguineos et affines gradu proximos ſuos, vel damnaſſe, vel crimine liberaſſe, nemo eſt, qui neſciat. Iudicio aliquid ſtatuendi, ius ſaluum integrumque ſeruabatur cuilibet in cauſſis propriis. Hinc a L. CAESARE in M. ANTONIVM, ſuae ſororis filium, ſententia ferebatur, teſte CICERONE Epiſt. ad familiares Lib. X. Epiſt. XXVIII. *b*) et in M. ANTONIVM *Philippica* VIII. Cap. I. *i*) Idem Caeſar damnantibus ſororis virum addebat calculum. *k*) Qua ratione ſe contulerunt Romani ad principiorum auctoritatem, ſupra expoſitorum; quibus, Principibus reipublicae, non aduerſari exceptiones iudicis ſuſpecti, decla-

b) edit. Hanouiae 1610. pag. 247.

i) pag 329. Orationum M. T. CICERONIS excuſ. Hanouiae 1630.

k) Philippica VIII. c. I. pag. 329.

declarauimus. Forſan putarunt, gentium rectores, viros, munerum, dignitatum et virtutum ſanctitate conſpicuos admirabili, vehementer de republica laborare, huiusque rationem ducere maxime; non vero affectibus perrumpi, nec abripi partium ſtudio; proin eorum iudicia votaque, in ipſis cauſſis agnatorum, cognatorum, affinium, amicorum, inimicorum, duci aequitate, iuſtitiae adhaereſcere, nec vnquam ab ea recedere. Non falſo eos opinio tenuit: communem ſalutem amicis praeſtantiorem habendam eſſe, et in illuſtri et in numeroſo virorum ſapientiſſimorum, grauiſſimorum, nobilitate, prudentia, amplitudine, experientia, rerum geſtarum dexteritate et gloria praeditorum mirifica, vix vnum alterumue, veſano perturbationum animi impetu agitatum, poſſe, vel velle velificari cauſſis ſuorum, ſeu propriis, et iuſtitiae ſimul exitium parare. *l*) Quod ſi vero eos iſta interdum fefellerit opinio, ſtatim tamen coerceri refrenarique ſocii vnius audaciam, diſſenſu magnae multitudinis collegarum, ſupra laudem poſitorum, ſenſerunt; adeoque operae non fuit, ſuſpendi vota conſanguineorum amicorumue. Praeterea abhorrebant tanti principes ab exceptione iudicis ſuſpecti, vel ſaltem exceptio haec in ſenatu Romano prorſus inconueniens fuiſſet: quum trahendo in longum iudicio, eiusmodi recuſationibus, moleſtiae pertimeſcendae fuiſſent innumerabiles. Tu te tibi ipſe, lector optime, pone haec exempla ob oculos, et compara cum Statibus Imperii! Si norma iſta, de conſanguineis recuſandis, in comitiis vſuri eſſent Status, atque excluſuri vota agnatorum, et cognatorum, in cauſſis iuſtitiae per recurſum ſubiectis conuentui Imperii; cedo mihi vnum modum, gradus conſanguinitatis

l) Huc ſpectat quaeſtio, quam attigit A. GELLIVS Noct. Attic. Lib. I. Cap. III. pag. 7. ſeq. edit. 1592. an contra ius, contraue morem faciendum pro amico ſit?

nitatis et affinitatis definiendi in comitiis, determinandique; Dd. permulti, ſpeciatim canonum interpretes, exceptionem iudicis ſuſpecti ſe ad gradum ſeptimum porrigere atque explicare, adſeuerant. Alii, progrediendum eſſe, autumant, vſque ad gradum decimum conſanguinitatis; *m*) quoniam in gradibus his conſtituti, ab inteſtato ſuccedunt in defuncti bona. *n*) Alii, gradus quatuor *o*) tantum eſſe obſeruandos; alii, tres, ſecundum computandi rationem a Pontifice Romano praeceptam, tam in conſanguinitate, quam in affinitate, numerant. Alii denique in immenſum ſerpunt, et cognatos plane omnes arcendos a iudiciis eſſe, tradunt, prouocantes ad *Nou. 118. c. 3.* quoniam in hac lege, cognati vel remotiſſimi ſucceſſionis legitimae dicuntur capaces. Quae ſententia quum animos plurium occupet; facile animaduertimus, tam fallacem, et naturae pariter atque experientiae repugnantem normam, ad proceres Imperii perperam adcommodari: quia in collegio Principum, omnes fere Status, vel propinqua, vel remota conſanguinitate, vel affinitate, ſibi inuicem iuncti ſunt, et ita nullus horum Statuum, in cauſſa alterius, recurſu ad comitia inſtituto, poteſt ſuffragium ferre. Quumque reliquae ſententiae, hac in re etiam, ratione Statuum inexplicabiles ſint, non demiramur permultos Dd. fatentes ingenue, recuſationes ex conſanguinitate et affinitate ducendas, vnice poſitas eſſe in arbitrio iudicis ſuperioris, maxime quod in hac amor, ex conſanguinitate effloreſcens, non ſit coniunctus cum ſuccedendi ab inteſtato ratione, legibus poſitiuis determinata. Conſtat etiam,

I 2 plures

m) Gloſſ. in *cap. 36. X. de appellationibus.*

n) §. *vlt. I. de ſucceſſione cognatorum.*

o) Ad animum haec reuocauit CLAVDE LE BRVN in libro inſcripto: *le procez civil et criminel*, Lib. I. §. XVI. et XVII. pag. 46. edit. 1666. Rhotomag.

plures ſcrupulos inſidere iſti doctrinae, ac plerumque de amicitia et inimicitia poſſe ambigi. Nemini vitrae offenſionem hic licet, leges ciuiles curate expendenti: quum in his formulae certae atque aequabiles non occurrant; quomodo autem in comitiis, in adplicatione ad Status, dubitationes eximendae ſint, plane non inuenio. Proin omnis vis argumenti, nobis oppoſiti, ſe reducit ad hanc falſam enunciationem: a poſſe ad eſſe, valet conſequentia. Ita enim coarguuntur rationes, ſi quis ex iudicis conſanguinitate colligit, huius iudicium corrumpi, vel debere reddi iniuſtum. Ceterum errare non poſſe, et nunquam affectibus indulgere, nunquam cuiquam contigit, et maius eſt, quam vt conuenire in humanam fragilitatem, vel rempublicam, queat; igitur nec Germaniae id exprobrandum eſt, ſi quis Statuum,in voto ſuo offendit, vel peccandi neceſſitudinem non poteſt niſi cum homine exuere. *p*)

§. XXIII.

SVBIVNGITVR RATIO V.

Statuum omnium iura, quatenus ex notione Status conflantur atque efficiuntur, inter ſe conueniant, neceſſe eſt. Reiicimus

p) Hac ratione, aliqua ex parte excuſanda nobis videntur illa IOANNIS GEORGII KEYSSLERI verba: *Verſchiedene Fürſtliche Geſandten ſind inſtruiret, ſich nach den Oeſterreichiſchen Votis zu richten, vnd hat ein gewiſſer Geſandter einsmals aus Einfalt in oeffentlicher Raths-Verſammlung declariret, daß ſeine Ordre dahin gienge. Zu Anfang dieſes Iahrhunderts vnd des Spaniſchen Succeſſions-Krieges, meldete Oeſterreich einsmals in ſeinem* Voto, (*worinn es die Waffen mit allem Eifer wider das Haus Bourbon zu wenden rieth*), *es wolle dreiſſig tauſend Mann an den Rhein ſtellen; als hernach die Reihe an einem ſichern Biſchoefflichen Geſandten kam, ſagte er:* in omnibus wie Oeſterreich: *worauf der damahlige Chur-Brandenburgiſche Geſandte, Herr von Iena, antwortete: Nun ſo haben wir ſchon ſechzig tauſend Mann beyſammen.* Vid. *Fortſetzung neueſter Reiſen durch Teutſchland,*

cimus igitur ratiocinium sequens: Status hic est prudentior, vel votum huius est a partium studio remotius, quam alterius votum; Ergo est dignius, seu maioris ponderis, suffragio alterius. Vel: Ergo votum praepostero, siue inertissimo consilio, latum, est excludendum inhibendumque. Profecto illa graduum differentia, quamuis infinitis inter se interuallis distent virtutes Statuum, nullam producit voti suspicionem, nec tantum, idque essentiale discrimen, quantum fingere nonnulli videntur. Hanc ob rem forsan DOMINICVS ARVMAEVS „ non credibile est, inquit, quemquam ex ordine eo, qui ob „ singularem vitae probitatem, et variarum rerum vsum ex- „ plorata eorum fide et grauitate ad comitialis loci magnitu- „ dinem adhibentur, aliter votum suum pro sapientia ac luce „ dignitatis suae daturum esse, quam Imperii, cui iuramen- „ to omnes obstricti sunt, salus, expostulat, vt in non dissimili „ loquitur Aurel. Charisius *L. 1. ff. de offic. praefect. praetor.* „ sciunt omnes, nec quisquam eorum dissimulat, quod nullus „ locus sit, vbi minus loci esse debeat dissimulationi, quam in „ conuentu tot principum, nec odiosior vlla ignauia, aut pusil- „ lanimitas, quam cogitationes suas fallere, et aliter loqui ac „ sentias, vilibus quippe animabus seruisque mendacium, libe- „ ris vero hominibus verum esse proprium, ait Pet. Matth. „ Lib. I. varior. 1. n. 6. in histor. Henrici IV. Regis Gall. „ *q*) Omnium erit perturbatio in iudiciis ipsis inferioribus, si non ita res agatur, quo pacto oporteat illi doctrinae conuenien-

 ter.

land, Boehmen, Vngarn, die Schweitz, Italien vnd Lothringen, im XCV. Brief, pag. 1262. seq. excus. Hanouerae 1741.

q) Leges illa in ARVMAEI Commentario iuridico-historico-politico **de Comitiis Romano-Germanici Imperii** pag. 653. edit. Ienae 1630. Vid. etiam IO. BODINVS de Republica Lib. VI. Cap. IV. pag. 705. edit. Parisiis 1586. PLINIVS Lib. II. Epist. XII. pag 109 excus. Lipsiae 1711.

ter. r) Si quis enim, vota potius ibi ponderanda, quam numeranda esse, ediceret; omnia redirent ad contentiones, quoniam quilibet suam, sanis votis, sententiam solet adnumerare. s) Quam longissime igitur remouendas esse eiusmodi distinctiones a comitiis, quae secus se habent, inde colligimus.

§. XXIV.

EX IVRE CIVILI INTELLIGENTIA REI HVIVS REPETITVR.

Iudicem secundum leges, non vero prout affectuum impetus ferunt, ius dicere, et oportet, et opus est. Vid. Tit. *Inst. de officio iudicis.* t) Id quoque officium iudicem quemlibet impleturum esse, augurantur vel praesumunt leges ciuiles, testibus ANDREA ALCIATO in Tractatu de Praesumtionibus, reg. III. praesumpt. IX. et praesumpt. X. u) et SAMVELE STRYKIO in diss. de *Praesumtione pro magistratu*, Cap. I. §. VIII. et IX. Quidquid igitur perpetrauit iudex, pro muneris sui ratione, vel vt iudex, id non ducimus in eorum numero, quae in

r) Naturam rei huius penitus inspexisse videtur auctor *des grundlichen Berichts des H. Reichs Stadt Friedberg Stand, Regalien, Priuilegien betreffend*, punct. 11. add. Continuatio thesauri practici Besoldiani, pag. 448. edit. 1740. Conf. *L.* 17. *§.* 6. *D. de receptis qui arbitrium receperunt.* tot. tit. *X. de his quae fiunt a maiori parte capituli.*

s) Olim quidem, in Comitiis ponderata esse vota, nec numerata, ostendit IO. PETRVS LVDEWIG in Programmate *von Streit über neue Stimmen auf dem Reichs-Tag*, excus. Halae 1709. Sed plane morem istum non congruere, cum hodierna Imperii forma, expediti iuris est.

t) Dispexit de his ANDREAS BOVWENS in libro inscripto: iuris iustitiaeque vsus et abusus exemplis et documentis ex omni aeuo demonstrati, impress. Leodii 1654. inprimis Cap. V. pag. 66. seq.

u) Operum ALCIATI coniunctim Basileae 1558. emissorum in lucem Tom. IV. pag. 731. seq.

In modum amici, vel consanguinei effecit. Saepe vni e nobis iniunguntur diuersa munera, seu prouinciae multiplices, et morales relationes varii generis; itaque demiror, cur ad Status Imperii haec adplicanda esse, negent alii. *x*) Nae ego et dignitate et fide putem proceres Germaniae vincere iudicem, quum caussae suspicionis vix in Status modo vllo cadant, quibus iudices non raro esse subiectos, constat. Grauiter igitur THEOPHILVS in Paraphr. §. 7. *I. de Iure Naturali Gentium et Ciuili*, pronuntiat: *y*) „Veteres quum Remp. Romanam con-
„ stituerent et eam bonis legibus fundari vellent, id summo
„ opere curauerunt, ne quid in constituendo iure admittere-
„ tur, quod merito reprehendi posset. Id autem maxime vi-
„ dentur esse consecuti, quum Principum decreta et edicta
„ leges esse voluerunt: magistratuum vero non item. Satis
„ enim sciebant, magistratum multis obnoxium esse suspicio-
„ nibus, vtrum amicitiae aliquid tribuens, aut donis corru-
„ ptus, aut odio incensus ita pronunciasset. Quae in Princi-
„ pem non cadunt. Neque enim auro is inescatur, (qui non
„ tantum fortunarum nostrarum, sed etiam corporum ipso-
„ rum dominus est.) Neque ob amicitiam iura transgredi-
„ tur; quoniam princeps ei, quem diligit, aliter prodesse pot-
„ est, vnde et certiorem gratiam et veriorem gloriam adse-
„ quatur. Neque etiam odio cuiusquam aliquid facit: Nec enim

x) Adstipulamur CHRISTOPH. IOAN. CONRADO ENGELBRECHT in libro de Seruitutibus Iuris Publici Sect. II. Membr. I. §. VI. pag. 59. recus. Lipsiae 1739. cum praefatione ill. CHRISTIAN. GOTTLIEB BVDERI, et IOANNI NICOLAO HERTIO in Dissert. de superioritate territoriali §. VIII. insert. pag. 135 Commentationum atque Opusc. Vol. I. Tom. II. coniunctim editorum a viro celeberrimo IO. IACOBO HOMBERGK, Francofurti ad Moenum 1737.

y) Vsi sumus interpretatione IACOBI CVRTII, quam CAROLVS ANNIBAL FABROTVS emendauit, pag. 23. seq. excus. Parisiis 1657.

„ enim odit princeps quemquam eorum, qui ſunt in ipſius „ Republica: aut ſi quis inuentus fuerit, is protinus inter mor- „ tuos connumerabitur; „ cet. Diris deuouendi ſunt iudices dorophagi et argyranchi; attamen permulti inter priuatos homines, turpi hac macula adſperſi occurrunt, ob rei familiaris inopiam et reliquias fortunarum ambuſtas; cet. Quae vero vel plane non inueniuntur in Statibus Imperii, qui gloria, poteſtate, honore, aliisque virtutibus florent; vel tamen neque ſecundum leges ſcriptas, neque ſecundum mores hodiernos, poſſunt Statui cuidam, voti ſuſpendendi cauſſa, opponi. Vt ſuperiora omittam; hoc certe, quod magna animaduerſione dignum videtur, non tacebo: nimirum votorum ſeruandam eſſe libertatem in comitiis, vt forma reipublicae noſtrae integra maneat atque incolumis, quanquam partium ſtudium omne euitari nequeat. (§. XXII.)

§. XXV.

RATIO SEXTA.

In comitiis agendum eſſe de negotiis Statuum, hoc diſcimus ex REC. IMP. Ratisbonae anno MDXLI. promulgato, et ex bene multis aliis Imperii legibus, nec non ex litteris die X. Aug. ann. MDCXIII. datis ab Electoribus et Statibus Euangelicis ad Caeſarem, in quibus haec comprehenduntur: *daß der Reichstag ausgeſchrieben zu dem Ende fürnemlich, daß dabey des H. Reichs gemeine Sachen vnd Nothdurft berathſchlaget, vnd Fried vnd Recht in demſelben Reich erhalten, zugleich auch die gemeine Beſchwerden deren Ihro Keyſ. Majeſtaet auch von anderen Staenden übergeben werden, eroertert werden moechten. z)* Quum igitur quilibet Statuum, in eiusmodi cauſſis, compos ſit voti, et

z) apud ARVMAEVM c. l. pag. 485.

et in INSTRVMENTO PACIS Art. VIII. §. 2. praefinitum fit: „GAVDEANT SINE CONTRADICTIONE IVRE SVFFRAGII, IN OMNIBVS DELIBERATIONIBVS SVPER NEGOTIIS IMPERII:" id magnum fatis effe argumentum, dico, cur Statuum ius iftud faluum, nec exceptionibus infringendum, elicitis ex doctrina de iudicibus, confiteamur. *a*) Sane in pacis tabulis illis, de recufatione Status, et fufpenfione voti, ob amicitiam, vel inimicitiam, vel confanguinitatem, vel affinitatem, vel propriam cauffam, veftigium nullum inuenitur; *b*) nec

a) GABRIEL SCHWEDERVS in introductione in ius publicum, partis fpecialis Sect. I. Cap. XXX. §. XVI. pag. 532. excuf. Tubingae 1701. protulit fequentia: „Cum omnes ergo „vota fua in fingulis collegiis ordi-„ne expofuerunt, quod faciunt aper-„to capite, et ftantes, MVLTA SVA „LIBERTATE, et ceterorum filen-„tio;„ cet.

b) Libertatem iftam fuffragiorum muniendam putarunt Electores et Status Imperii, quamuis maxime ingrata vifa fuerit quibusdam, ifta libertas, et incidens in licentiam. Ea propter NICOLAVS HIERON. GVNDLINGIVS *im Difcours über* HENRICI DE COCCEII Iuris Publici Prudentiam, Cap. XXIII. Sect. I. pag. 704. excuf. Francofurti et Lipfiae 1735. tradit haec: „Wo nun aber die Land-„Staende zufammen kommen, da „mufs der Burgfriede feyn, eine fe-„curitas, vnd wer die violiret, der „wird acerrime geftraffet. In palatio „praetorio, curia, fecuritas publica „effe debet, cet. - - - vnd wer „hier nur den Degen zucket, der „wird fehr fcharff geftraffet; des-„gleichen auch auf oeffentlichen „Reichs-Tage, vnd peccirte daher „CARL LVDEWIG fehr, wie er dem „Baron (legendum D.) Oexel das „Dinten-Fafs ins Geficht fchmiff." Addere GVNDLINGIVS potuiffet acta publica, quae illa verba firmant illuftrant, et poenas indicant, fumendas de iis, qui fuffragandi libertatem vi reprimere adnituntur. Breuitatis cauffa remittimus lectores ad monimenta a LONDORPIO collecta Tom. VIII. Actorum Publicorum Continuat. Lib. VIII. Cap. CCXXI. pag. 332. feq. impreff. Francofurti ad Moenum 1670. Cap. CCXXII. feq. pag. 335. Cap. CCXLVI. pag. 368. et paffim, nec non THEATR. EVROP. Tom. VIII. ad an. MDCLVIII. pag. 400. feq. edit. 1693.

nec hoc facile potuit praescribi, propterea, quod ex *L. 1. ff. 11. D. quando appellandum sit*, liquet, eam esse propriam caussam, *cuius emolumentum*, *vel damnum*, *ad aliquem suo nomine pertinet*; quae lex ita explicatur, vt siue summatim, siue particulatim, afficiat caussa iudicem, *c*) siue directe, siue indirecte, *d*) iudex a sententia ferenda excludatur; hae vero regulae prorsus abhorrent a reliquis institutis, et legibus Germanorum publicis, in conuentibus Imperii consuetudine tritis diuturna. Sic *cap. 36. X. de appellationibus*, et *L. vlt. C. de adsessoribus*, repellunt iudicem, qui antea functus est munere aduocati; vel si caussa ei fuit, vel est similis, vocata in iudicium. Vid. *cap. 18. X. de iudiciis*. Sed nihil est, quod has et supra excitatas leges, vel *L. vn. C. ne quis in sua caussa*, ad Status Imperii adplices, atque improbam falsi cognitoris personam Statibus imponas. Quis sine temeritate tam exiguis finibus potestatem circumdabit vota in comitiis emittendi? Si illam notionem caussae propriae vagam tibi sumis; inde sequitur, in comitiis pluralitate votorum, vel ne tantulum quidem, vel minime multa negotia posse dirimi. Si valere in omnes partes debet exceptio haecce, semper forsan in comitiis hoc obganniendum est: Votum tuum acquiescat, quoniam caussa, de qua disceptatur, iustitiae, vel directe, vel indirecte, ad te porrigitur pertinetque. Ita enim rerum ordo postulat, vt caussa iustitiae huius illiusue Status, ob recursum admissum in comitiis, saepe incidat in caussas aliorum Statuum, et pergat ac perueniat ad egregium publicum Statuum cunctorum; id quod ex iis patet, quae de recursu tradidimus. Quum igitur iam iam a nobis euictum sit, in negotiis eiusmodi, Status omnes vota sua dare adhuc insueuisse, vel saltem, ista ob impedimenta, nemi-

nem

c) *L. 17. D. de iudiciis.* *d*) *L. 2. §. fin. D. quando appellandum sit.*

nem vnum iure suffragii esse euersum; consentaneum est, doctrinam iuris ciuilis de iudicio in propria caussa non ferendo, nec quicquam non modo tantum, sed ne tantulum quidem ad rem facere, si de caussis Statuum est quaestio. *e*) Formula comitiorum tralatitia: Quod vniuersos tangit, ab omnibus approbandum est; plane est explodenda eiiciendaque, si istas opiniones tueri non dubitas. Pedibus etiam in sententiam eorum ire debes, qui, Statum aliquem posse excludere reliquos a votis, dum illud teneatur, vt asseueret, vel probet, Status hos commodis propriis suis velificari. Sed adhuc tam frigidae, friuolae atque iniquae exceptiones, in comitiis auditae non sunt; itaque pro nihilo putamus fontes, vnde hauriuntur. Iudicem in variis caussis ius sibi dicere, per leges licet ciuiles. Poenali iudicio iurisdictionem suam defendendi, penes eum est potestas; v. *L. vn. D. si quis ius dicenti non obtemperauerit;* hinc iudex punit ministros suos, iuxta *L. 6. §. 1. D. de poenis*, permultaque alia decernit, quae ad officium spectant; arg. *L. 1. §. 11. quando appellandum sit*; nec tanquam suspectus recusandus est, si dignitatem suam defensitat; *f*) vectigalia, gabellas, aliosque fructus iurisdictionis colligit; v. c. hereditates aufert indignis, cet. Conf. 2. *F. 56.* et *Tit. D. de his quae vt indignis auferuntur*, et *Tit. C. de his quibus vt indignis hereditates auferuntur.* Pari modo, iudicem in notoriis casibus iudicem in propria sua caussa fieri posse, perplures

K 2 pro-

e) Hinc FVRSTENERIVS (LEIBNITIVS) de suprematu Principum Imperii, Cap. XX. pag. 94. edit. 1677. pronuntiat: „Magni Principes, etsi „non nisi vnius alteriusque suffragii ius habere videantur, tamen „facile vicinos minoresque et affinitatibus illigatos, aut beneficiis at„que studiis obnoxios in partes tra„hunt.„

f) *L. 13 §. 1. D. de iniuriis et famosis libellis.*

pronuntiant. *g*) Ex his percipimus et comprehendimus, multis partibus muneris ſui deeſſe iudicem, intermittentem administrationem iurisdictionis, in negotiis, quae ſpeciem propriae cauſſae prae ſe ferunt, vel re vera efficiunt iudicis proprias cauſſas. *h*) Conf. Tit. *D. ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit*, *L. 13. ſ. 2. de iniuriis et famoſis libellis.* Admittit etiam *L. vn. C. ne quis in ſua cauſſa*, plures reſtrictiones alias. Sunt quidem qui ad iurisdictionem voluntariam ſolam has ſpectare, condocent, indeque efficiunt concluſionem, actus voluntariae iurisdictionis, in propriis negotiis, apud ſe poſſe expedire omnes iudicem, *i*) niſi alterius partis praeiudicium adferant. Conf. *L. 2. D. de officio praetorum*, *L. 2. D. de officio praeſidis*, *L. vn. ſ. 2. D. de officio conſulis*, *L. 3. L. 4. D. de adoptionibus et emancipationibus.* Sed et contentioſae iurisdictioni ſaepe praeeſſe iudicem in cauſſa propria, ſupra tradita oſtendunt, et leges aliae, pariter atque arg. *L. 13. ſ. 4. D. de re militari*, et *L. 77. D. de iudiciis et vbi quisque agere;* quamuis Dd. plures mirifice deſudent atque elaborent in conciliatione cit. *L. 77.*

g) Perluſtrentur ROLANDI A VALLE Conſilia ſiue Reſponſa Vol. II. Conſil. XLVIII. num. II. ſeq. pag. 162. ſeq. edit. Francofurti ad Moenum 1584. AYMONIS CRAVETTAE Conſiliorum P. II. Conſ. CCXXXIII. col. 722. ed. Francof. ad Moen. 1605. BERNARDI GRAEVAEI (alias GREVEN) *Pract. Camer. Imperial.* Lib. I. Concluſ. XXXIX. num. XV. ſeq. pag. 100. excuſ. Francofurti 1611. GABRIEL ALVAREZ DE VELASCO *Iudex perfectus*, Rubrica IX. Annotat. VIII. pag. 116. N. VI. edit. Lugduni 1662.

h) Ill. HENRICI COCCEII diſputationem de iudice in propria cauſſa, Theſ. VII. illaudatam hic dimittere, piaculum forte fuerit. Conf. IOANNIS PETRI SVRDI Conſilium CCLXXXVI. pag. 939. Vol. I. conſiliorum ipſius coniunctim excuſorum Francofurti ad Moenum 1629.

i) Vid. GEORGII OBRECHTI Tractatus de Iurisdictione et Imperio, Cap. XII. Num. XV. pag. 97. excuſ. Mulhuſii 1602. REINKINGK de Regimine Seculari et Eccleſiaſtico Lib. II. Claſſ. II. Cap. XVII. N. XI. pag. 982. edit. 1659.

L. 77. *D.* et *L.* 10. *D. de iurisdictione*, illum in finem instituenda, vt opinionem suam, de iudice in propria caussa plane non admittendo, stabiliant et firment. *k*) Vindictae propriae iura, et reliqua negotia, in quibus tam iudex, quam alii homines priuati, quamuis caussa sit propria, sententiam ferre possunt, in apertum hoc loco vt referantur omnia, nihil postulo. Exempla tamen haec non videntur praetereunda: Vim vi repellere licet, secundum *L. 3. D. de I. et I.* et *L. 45. §. 4. D. ad Legem Aquiliam, L. 4. C. ad Legem Corneliam de sicariis.* Adstipulatur CONSTITVTIO CRIMIN. CAROLI V. Art. CL. §. *Item, so einer zu Rettung eines andern Leib, Leben oder Gut, jemand erschlaegt.* cet. Ex his, inquam, liquido constat, nos posse ius certo modo dicere, et in caussis nostris, et in caussis cognatorum, vel amicorum, inprimis si periculum est in mora, vel, si in possessione turbamur. Add. *L. 8. §. fin. D. quod metus caussa*, et *c. 5. caus. 23. qu. 3. l)* In hanc formam iurisdictio patrimonialis, in Germania maxime vsitata, comparata est; qua facultas permittitur iudici, in propriis iudiciis conueniendi subditos, et quidem tam in caussis voluntariae, quam contentiosae iurisdictionis omnibus. Confirmatam eam apud Saxones inuenimus in ORDINATIONE PROCESSVS IVDICIARII confecta a IOANNE GEORGIO I. Tit. II. §. III. *Ob wir auch wohl geschehen lassen koennen;* cet. *m*) apud Magdeburgenses, in ORDINAT. IVDIG. ELECTORAL. an. MDCLXXXVI.

k) Interpretes *L. 6. D. de receptis qui arbitrium receperunt*, *L. 3. 4. C. de patria potestate*, et *L. 3. D: de his quae in testamento delentur*, quorum vel nomina commemorare longum est, euoluantur.

l) In commentatione nostra, de iustis repressaliarum limitibus, tum a Gentibus, tum a Statibus S. I. R. G. obseruandis, excusa 1746. plura produntur §. XXIII. pag. 33. et passim.

m) Ex edit. LVDOVICI GVNTHERI MARTINI pag. 167. excus. Goslariae. 1694.

Cap. I. §. VII. in verb. *Gestalt auch denen von Adel vnd Raethen;* cet. nec non in Marchia Brandenburgica, cuius legem exposuit MARTINI ad ORDINAT. IVD. SAXON. pag. 169. *n*) Solenne etiam id suum seruasse seruareque Germanos iam propemodum, vel plane potius, perhibent testes locupletissimi IOANNES SCHILTERVS Exercit. VI. §. XVI. pag. 133. seq. Tom. I. operis inscripti: Praxis Iuris Romani in foro Germanico, *o*) GOTTFR. LVD. MENCKENIVS in disp. de iure conueniendi subditos in proprio iudicio, *p*) IO. GOTTL. HEINECCIVS in disp. de origine atque indole iurisdictionis patrimonialis, *q*) IOANNES WILHELMVS GOEBELIVS de iure et iudicio rusticorum fori Germanici. *r*) Vtramque vero hic facit paginam perillustris DAVIDIS GEORGII STRVBEN, solidiori iurisprudentiae ad exemplum vsque et immortalem nominis gloriam deditissimi, elegantissima commentatio de iure villicorum, Cap. VII. pag. 274. seq. et passim. *s*) Etiamsi haec iudicia per appellationes possunt infringi; certe non repugnant sententiae nostrae, qua pronuntiauimus, Germanorum

n) Commentarii Forensis in Ordin. Proc. Iud. Sax. recusi 1694.

o) edit. Francofurti ad Moenum 1733.

p) publicat. 1717.

q) §. V. pag. 11. editionis Halensis, quae 1716. prodiit, HEINECCIVS, „hoc non tantum, inquit, in iis lo„cis contingit, vbi rustici seruilis „conditionis habentur, quos homi„nes proprios, *eigene Leute*, vel *Leib„eigene* adpellitamus, sed et in alios „rusticos, quos ceteroquin liberos „ac ingenuos ferunt; „ cet. Non alienum forsan erit hoc loco notare, quod vox *mancipiorum*, seculo potissimum ad finem vergente XII. desierit; etenim in chartis et diplomatibus vocabulum *propriorum hominum*, loco *mancipiorum*, postea inualuit, quemadmodum etiam durissimae seruitutis vincula magna ex parte fuerunt soluta. Vid. CHRONICON GOTVVICENSE Tom. I. Lib. II. pag. 126. excus. typis monasterii Tegernseensis. 1732.

r) excus. Helmstadii 1723.

s) edit. Hildesiae 1735.

rum aeque ac Romanorum leges, saepenumero, in caussa propria ius dicendi largiri iudicibus potestatem. Quid enim? ius simile Statibus Imperii R. G. permitti non potest? Qui fit, vt, in caussis propriis, a votis excludantur Status ab interpretibus, admittantur inferioris sortis omnes quicunque iudices esse potuerunt, ad ius dicendum in caussa propria? Profecto leges ciuiles muniunt Statuum istam libertatem, atque illustrant. Ita enim ex *L. 3. D. de his quae in testamento delentur*, *L. 41. D. de heredibus instituendis*, et ex *§. vlt. I. quibus modis testamenta infirmentur*, arguimus, nihil prohibere, quo minus Principes in caussa propria decernant: hoc etiam fieri et oportere et opus interdum esse, vt modo ne sit infinitus iudiciorum ordo, et lites ad immortalitatem adspirent. Quam ob caussam quoque in *L. 38. D. de adoptionibus*, *L. 31. D. de ritu nuptiarum*, declaratur, formam iustitiae a Principe immutari posse, et FRANCISCVS DVARENVS ad *L. 57. D. de re iudicata*, vtitur, ad hoc argumentum aliqua ex parte facientibus, verbis: „Non potest facere Princeps, vt recte iudicet impubes, vel „imperitus homo; sed potest probabilis caussa interdum mo„uere Principem, vt tales patiatur magistratus gerere, perin„de ac si digni essent. Malum quidem hoc est per se, sed „potest vtile esse interdum Reip. maioris alicuius incommodi „vitandi gratia. Iaso Thessalus dicebat, in paruis rebus vio„landam esse interdum iustitiam, *t*) vt in maximis melius „conseruari posse.„ *u*) Facile illis rationibus tanquam a stirpe reuellitur sententia aduersariorum, qui Status infectos partibus, ac praecipue in rebus, ad caussam propriam spectantibus,

t) Quamuis iudicium, in caussa propria latum, non semper incurrat in iniustitiam; id quod passim probauimus.

u) Vid. ZIEGLERI Dicastice, Concluf. III. §. XII. pag. 64. edit. 1702.

tibus, amittere ius ſuffragii, putant. *x*) Multum momenti et ponderis in iuſtis arctisque recuſationum limitibus ſitum eſt, ad ſeruandum iuſtitiam. Ipſo iure ciuili modus hac in re ponitur, ne creſcant in immenſum exceptiones ſuſpecti iudicis; vti antea oſtendimus: quum adeo iudex inferior, in officio ſuo a litigante laeſus, poſſit in hunc animaduertere: quoniam potius auctoritatem iudicii poenis eiusmodi defendere videtur, quam ſibi ius dicere, id quod diſcimus ex *cap. 1. de poenis, in 6.* Qua de re rationes grauiſſimas iuris patrii, et leges, per indicem qui deſiderat, percurrat oculo et animo librum auro contra cariorem illuſtris FRIDERICI ESAIAE PVFENDORFII de Iurisdictione Germanica P. I. Cap. IV. §. XVI. ſeq. pag. 67. ſeq. *y*) Quid eſt, quam ob rem Statuum noſtrorum recuſationes a Dd. permultis augeantur quotidie? Status ſane longe maiori poteſtate, quam iudices ſupremi, pollent. Statuum, inquam, auctoritas fidesque apud omnes plurimum valet; *z*) Statibus, tanquam fontibus iuſtitiae, habemus

x) Plura exempla id illuſtrant; ita in iudiciis criminalibus requiruntur quidem probationes, luce meridiana clariores ac plenae; ſed tamen rei interdum capitali poena adficiuntur, quum vix ſemiplena aduerſetur ipſis probatio; ſi nimirum ex mora, vel inquiſitione diuturna, ingens oritur periculum. In rerum Scoticarum hiſtoria exemplum maxime memorabile hic praebet DAVIDIS RIZII extremum ſupplicium, deſcriptum a GEORGIO BVCHANANO rerum Scoticarum Lib. XVII. pag. 613. ſeq. edit. Francofurti 1584. qui etiam c. l. inde a pag. 603. vſque ad pag. 619. denarrat vitam et facinora RIZII. In *Hiſtoire de la Republique de Veniſe par* BAPT. NANI concinnata, Tom. II. pag. 102. ſeq. excuſ. Coloniae 1682. acerba fata ANTONII FOSCARINI euincunt id ipſum. Taceo plura.

y) excuſ. Lemgouiae 1740.

z) Hinc Status immunes ſunt a iuramento calumniae; vid. RECESS. IMPER. ann. MDCLIV. §. XLIII et eorum aſſeueratio *bey Fürſtlichen Ehren*, ſeu *bey Fürſtlichen Glauben und Treuen*, vim iurisiurandi plerumque obtinere ſolet. Exceptiones tamen obſer-

bemus venerationem, et exceptio ſuſpecti iudicis tantum abeſt ab officio Statuum, vt nihil officio magis poſſit eſſe contrarium. Ceterum Imperatorem et Ordines Germaniae non recuſandos eſſe in comitiis, vel inde patet, quia Imperator et Imperium in nullius ſuperioris ſunt poteſtate, cui cauſſa, facta recuſatione, ſubiici poſſet. Quumque nimia appellandi et recuſandi libertas paret mala varia, et deprimat obſcuretque iudices; nemo non intelligit, poteſtatem ſummam Imperii Romano-Germanici adduci in anguſtum, et omnia in comitiis coniicit in perturbationes adpellationibus, vel exceptionibus iudicis ſuſpecti, valentibus ad perniciem. Ego vero, ne doctrinam dubiam de recuſationibus quidem accipiendam temere, putarem, in iudiciis; ne dum adplicare cum exitio reipublicae vellem. Tu tibi, fac, lector, vt perſuadeas, fallaci niti fundamento rem hanc in theſi, vti in ſcholis loquimur, ratione iudicum inferiorum conſideratam, nec reduci poſſe ad certas, fixas atque euidentes enuntiationes; (§. V.) proin in hypotheſi ad Status Imperii Romano Germanici minime omnium pertinere. Vel inde hoc cognoſcimus, quia, vti obſeruauimus ſupra, Principes in cauſſis propriis ius dicere queunt; quod oſtendunt etiam §. *fin. I. de vulgari ſubſtitutione*, et leges aliae, antea a nobis excitatae. *a*)

§. XXVI.

obſeruauit vir celeberrimus, IO. CAROLVS KOENIGIVS, in diſſert. de iuramento appellationis, ad §. CXVIII. Receſſ. Imper. de anno MDCLIV. Conf. inprimis commentationis huius Cap. II. §. XLIX. pag. 27. ſeq. impreſſ. Marburgi 1745. Fuerunt etiam olim, apud Germanos, nobilium promiſſa, vicaria ſacramenta, teſte NICOLAO HIERONYMO GVNDLINGIO in Iur. Naturae ac Gentium Cap. XIX. §. X. pag. 205. typis renouat. Halae Magdeburgicae 1728.

a) Non alienum erit, hoc loco notare, quod iuris ciuilis fictio, qua pater et filius pro vna habentur perſona, in multis, ac praecipue in publicis cauſſis, plane ſit ponenda extra

§. XXVI.

DVBIA REFELLVNTVR.

Non quod nobis, idem aliis placet. Abhorrentes videlicet a nostra sententia doctores, in comitiis opponendam subinde putant Statibus, suspecti iudicis exceptionem; dum animo imbiberunt opinionem de comitiis, non diuersas esse comitiorum et iudiciorum rationes, atque hinc plane in comitiis peragi negotia, iuris Canonici et Romani praeceptionibus conuenienter. Verum extrahere iis illum errorem, hunc in modum liceat: Si comitia nihil aliud sunt, quam iudicium aliquod, vti illi arbitrantur; sequitur, vt tantum iuxta leges praescriptas dirimere debeant caussas Imperator et Status, nec quicquam posthac non modo tantum, sed ne tantulum quidem in legibus et consuetudinibus conuellere, vel antiquare; *arg. L. 8. C. ad legem Iuliam de vi publica vel priuata*, nec aequitatis caussa ab iis transuersum, vt aiunt, digitum discedere. Sed quis est tam ignarus rerum omnium, vt Statibus Imperii adfingat tam tenuem potestatem, aut potius nihil; quum tamen Status, coniunctim cum Imperatore, mirum quiddam valeant, leges sanciant, parent, iisque rempublicam temperent; vel etiam leges frangant, commutent, repudient; vel erepta repetant, reddant, restituant. Vt hi potentes sunt, sic contra iudices nunquam a legibus deflectere, sed ob interpretationem legis dubiam, legislatorem rogare tenentur, vt explicet, aut planius exprimat eam, et patefaciat.

II.

oculos, testibus *L. 5.* et *L. 6. D. quod cuiuscunque vniuersit.* Add. *L. 9. D. de bis qui sui, vel alieni iuris sunt, L. 39. D. de obligationibus et actionibus, §. vlt. I. de noxalibus actionibus, L. 58. D. de regulis iuris.* Igitur maxime haec ad Status Imperii erunt adcommodanda, pariter ac reliquae iuris ciuilis exceptiones.

II. Si maxime putes, comitia esse iudicium aliquod; tamen fallis, quoniam, secundum ordinem iudiciorum, quilibet iudicii assessor plerumque tantum vnum votum emittit in qualibet caussa; nos vero probe scimus, posse Statum vnum permultis suffragiis in comitiis pollere. (§. XVII.) Inde igitur arguimus, hac in re etiam repugnare comitia indoli iudiciorum. Admigrant adhuc explicatis differentiae plures:

III. In iudiciis vnam solam iuris et aequi caussam expendi, in comitiis autem Imperii vniuersalibus infinita fere alia negotia, praeter iustitiae particulas, praesertim eminentes grauissimasque, sub examen reuocari, nemo est, qui nesciat; quemadmodum id ex iis quasi pellucet, quae de recursu ad comitia, in limine commentationis huius, adumbrata sunt. (§. II.)

IV. Ad recusationes iustas in iudiciis spectant imperitia, *b*) bruta seueritas, crudelitas et sordes iudicum; varia quoque iuris remedia illis morbis comparata sunt: quum vero nec haec medicina, nec illae exceptiones, in comitiis ad sanandum appositae sint, sed iis leges repugnent; animaduertimus facile, a natura iudicii, comitia longe abhorrere. Nam, secundum leges Imperii, de iudicibus iniustis poenae sumendae, ac modi reprimendi istorum impetus, nusquam adparent, nec adplicantur in consessibus Statuum. In RECESSV IMPER. *Ratisb.* anno MDCLIV. promulgato, §. CIX. et passim, poenae iniustorum iudicum occurrunt: verum in Status repertae non sunt animaduersiones, vota affectibus inflammata emittentes; quemadmodum etiam reliquae comitiorum pro-

b) Tacenda non est illustris HENRICI COCCEII disputatio cultissima de *iudice ius ignorante*, occasione *L. fin. D. de extraordinariis cognitionibus, pr. Inst. de obligationibus quae quasi ex delicto nascuntur,* conscripta, Class. II. §. XVI. pag. 30. edit. 1703.

prietates plane aduerſantur iudiciorum eſſentiae, propterea, quod minus congruunt comitia cum moribus eorum; ſiquidem

V. in comitiis per modum conuentionis, et omnino non ſecundum inſtituta iudiciorum, in quibus voluntas magiſtratus, ſeu lex, eſt pro ratione, peraguntur negotia; id quod ex omnibus fere receſſibus Imperii colligitur, in quibus plerumque formulam obſeruamus: *Haben wir vns vereinigt, verglichen, vnd deßhalben mit vnd gegen einander Contracts weiſe verpflichtet. c)*

VI. Si eſſent comitia ſupremum iudicium imperii, tamen ſequeretur, iudicium Caeſaris aulicum et Cameram Imperialem, ferre nomen ſummorum tribunalium, a re alienum. Hoc vero nomen, quum legibus publicis impoſitum ſit iudiciis illis, principium iſtud a veritate longe auerſum eſſe, oportet.

VII. Iudicium integrum aliquod perhorreſcere poſſunt litigantes; (§. XII.) quum vero comitia perhorreſcendi nemini ſit poteſtas, inde fluit prono alueo, tantam eſſe inter comitia et iudicia, quanta maxima eſſe poteſt, morum diſtantiam. Fingamus enim, Statum aliquem effari votum praeter aequum et bonum, et ab aliis probari luculenter, remotum illud eſſe a iuſtitia omni; ego tamen exiſtimo, valere votum a iure diſſentiens, nec exceptione ſuſpecti iudicis id eſſe conuellendum: quum multum interſit, vtrum principum ſummorum vota minuantur, an iudicum ſententiae reiiciantur corriganturque. Alterum fieri profecto poteſt, alterum certe non poteſt; per leges enim Germanorum publicas, recuſationum, vel ſimilium remediorum vſum, non licere in comitiis, conſtat. Id pateſcit

c) Conf. LIMNAEVS l. c. Lib. IX. Cap. I. §. CLXXIV. et INSTR. PACIS Art. VIII. §. *Gaudeant.*

patescit quoque ex agendi ratione, quae in comitiis dudum venit in consuetudinem, et redit ad conuentiones pactaue; nam in haec negotia non cadere exceptionem suspecti iudicis, vsquequaque hoc nobis liquet.

VIII. Acta comitialia nobis indicant, in comitiis nullam processus iudiciarii formam admitti; *d*) doctrinas de contumacia, terminis, fatalibus, remediis iuris, et agendi rationem, quam suprema vel inferiora Imperii iudicia asciscunt, atque sectantur, posthaberi in comitiis; vti ipse recursus ad comitia per modum simplicis querelae instituitur.

IX. Ipsi Status subinde monstrarunt, comitia non in numero iudiciorum esse ponenda. Ita enim scimus, Imperatoris Commissarium anno MDCVIII. litteras, indicantes comitia habenda, vocauisse citationem; sed repudiasse Palatinum hanc loquendi rationem, hunc in modum: Citationem in IVDICIIS, non vero in COMITIIS, locum inuenire; litteras hinc illas nuncupandas esse *Beschreibung*. *e*) Ex quibus demum omnibus efficitur, aliud, quam par est, eos iudicare, qui Statuum suffragia labefactare exceptionibus, ad iudicia spectantibus, non nolunt; vel suffragia, per modum iudicii pronuntiata, non distinguunt ab iis, quae in arbitrio et libertate posita sunt; quum tamen discrimen istud in legibus ipsis Quiritium occurrat, et VLPIANVS in *L. 5. D. quod cuiuscunque vniuersitatis*

L 3

d) In voto D. referentis H. quod produxit ADRIANVS GYLMANNVS Symphorematis Supplicationum pro Processibus, super omnibus ac singulis Imperii Romani constitutionibus, in supremo Camerae Imperialis auditorio impetrandis, Tom. I. P. I. Tit. IV. pag. 313. excus. Francofurti ad Moenum 1630. Num. VIII. haec legimus: *Processum et iudicium ordinarium comitia non facile admittunt, et inconueniens est expectare*, cet.

e) Non inutiliter legeris haec in AHASVERI FRITSCHII Elect. Iuris Publici Romano-Germanici Cap. XIV. edit. Ienae 1674.

tatis nomine, his vtatur verbis: *Illud notandum Pomponius ait, quod et patris suffragium filio proderit, et filii, patri.* Add. *L. 6.* eiusd. Tit.

§. XXVII.
ARGVMENTVM VIII.

Prater adlata argumenta, facere huc videtur potestas, quam Electores S. I. R. G. consecuti sunt, sibi ipsi suffragandi, et voto hoc adspirandi ad diadema Imperii. Ita SIGISMVNDVS Elector Brandenburgicus, se suo adiuuit voto, (si IOANNI DVBRAVIO fides est adhibenda,) *me*, inquiens, *ego noui, alios non itidem, an aeque mecum imperio orbis digni sint, praesertim in tanto rerum motu, qui Italia quoque schismate ibi durante plurimum laborat. f)* RVPERTVS Palatinus voti sui etiam

f) DVBRAVIVS verba illa produxit Lib. XXIII. Historiae Bohemicae pag. 195. edit. Hanouiae 1602. DVBRAVIO adstipulantur IOANNES IACOBVS FVGGERVS *im Spiegel der Ehren des hoechstloeblichen Kayser- vnd Koeniglichen Ertzhauses Oesterreich* Lib. IV. Cap. III. pag. 411. ad ann. MCCCCXI. excus. Norimbergae 1668. Sed SIGISMVNDVM ipsum non interfuisse electioni, perhibent GOBELINVS PERSONA Cosmodromii aetate VI. Cap. XC. pag. 289. euulgat. Francofurti 1599. MAGNI CHRON. BELGICI auctor pag 356. impress. Francofurti ad Moenum 1654. Add. MELCHIORIS GOLDASTI Heiminsfeldii, Commentarii de *Regni Bohemiae incorporatarumque prouinciarum iuribus* ac priuilegiis, Lib. III. Cap. IV. N. VII. et not. adiect. publicat. Francof. ad Moenum 1719. cura atque studio beati IO. HERMAN. SCHMINCKII. Nobis adridet sententia media, existimantibus, legatum SIGISMVNDI commendasse, mirum in modum, domini sui virtutes reliquis Electoribus, et dominum elegisse suum, indeque fabulam istam traxisse originem. Describit autem electionem illam GEBHARDVS FLORIANVS in Continuatione seu Part. II. *der Chronic des H. R. Frey- vnd Wahl-Stadt Francfurt am Mayn*, pag. 166. ed. 1664. his verbis: *Vnd nach viel reden vnd thedingen, die sich davon albie*

etiam hac in re compos fuit factos. MAXIMILIANVS II. RVDOLPHVS II. MATTHIAS, FERDINANDVS II. FERDINANDVS III. FERDINANDVS IV. LEOPOLDVS I. IOSEPHVS I. CAROLVS VI. et CAROLVS VII. ſe quoque ipſos elegerunt. *g*) Hoc ſeiunctum et remotum non eſt a legibus, quamuis iureiurando excludantur vota, *pacto*, *ſtipendio*, *precio*, *vel promiſſo*, determinata; vti patet ex iuramento Electorum, quod legimus AVREAE BVLLAE Cap. II. §. III. collato cum §. X. eiusdem Capitis, quod ita ſe habet: „In caſu „ denique quo tres Principes Electores praeſentes, ſeu abſentium nuncii, quartum ex ſe ſeu ipſorum conſortio, videlicet Principem Electorem praeſentem vel abſentem in Regem „ Romanorum eligerent, vocem illius electi, ſi praeſens affuerit, aut nunciorum ipſius, ſi eum abeſſe contingeret, ple- „ num

albie vnter vns vnd den andern vorgenannten Churfürſten etwann ſelbe vnd dick durch vnſere treffliche Freunde verlauffen hant, han wir Werner Ertzbiſchoff zu Trier vnd. wir Ludwig Pfaltzgrav beym Ryne, mit Zufall vnſer Burggrav Friderichs, als maechtigen Botten vnſers Herrn des Koenigs von Vngarn, als eines Marggrauen zu Brandenburg vnd Churfürſten, Stimme vnd Willen vnd alſo mit dem mehrer Theil der Churen vnd Stimmen die auf dieſe Zeit hie ſind, in dem Nahmen vnd zu dem Lob des allmaechtigen Gottes vnd dem H. R. Reich zu Troſt, mit redlicher Ordnung vnd Geſchickte, denſelben vnſern Herrn, Koenig, Sigismund von Vngarn zu Roemiſchem Koenig zukünftigen Kayſer auf vnſer Eyd, die wir darüber gethan hant, heut zwiſchen neune vnd zehen Horen vormittage eintraechtiglich gewaehlet vnd gekohren, dieſelbe Wahl vnd Chur auch in den Rechten Krafft vnd Macht haben ſoll, cet. Praeterea non ignoramus, Sigismundum bis eſſe electum, atque hinc in vno electionis actu Sigismundum ſe ipſum eligere potuiſſe. Conf. NICOLAI HIERON. GVNDLINGII *Diſcours über* HENRICI DE COCCEII Iuris Publici Prudentiam Cap. VIII. §. II. pag. 303. excuſ. Francofurti et Lipſiae 1735.

g) De his ſtrictim egit CAROLVS OTTO THYLLIVS in Diſſert. de votorum pluralitate et paritate, edit. Heidelbergae 1726. §. XI.

„ num vigorem habere et eligentium augere numerum, par„ temquem maiorem decernimus constituere, ad instar cete„ rorum Principum Electorum. „ *h*) Quum igitur votum hac in caussa multo grauissima, haud impediatur legibus; quamuis consulat propriis vtilitatibus *i*) Electoris, vel se, vel consanguineum suum elegentis; *k*) adparet facile, suffragia in

h) *Das Herkommen erklaeret diese Sache von allen Faellen, es mag ein Churfürst bereits ein oder mehrere Stimmen, oder noch gar keine, verstehet sich von den weltlichen Churstimmen, haben, so kan er sich selbsten wehlen;* sunt verba IACOBI CAROLI SPENERI Part. IV. Iuris Publici, Lib. IV. Cap. II. §. XXIV. pag. 561. nota d. excuſ. Francofurti et Lipsiae 1725. Praeterea probe scimus, iuramentum, quo hodienum adstringuntur Electores, aliqua ex parte differre a formula sacramenti in Aurea Bulla exposita; de qua vid. IACOBI BRVNNEMANNI differt. de Aureae Bullae mutatione §. XXII. pag. 23. edit. Halae Magdeburgicae 1700.

i) Electorem fratrem suum eligere posse, perspicimus ex electione HENRICI VII. Conf. Index Chronologicus historiae Treuirensis, adiunctus antiquitatibus et annalibus Treuirensibus CHRISTOPHORI BROWERI et IACOBI MASENII ad an. MCCCVIII. pag. 27. ed. Leodii 1670. et CONR. VECERIVS pag. 66. apud beatum SIMONEM FRIDERICVM HAHNIVM, (seu potius apud continuatorem celeberrimum Historiae Imperii ab illustri HAHNIO concinnatae) Parte V. *der vollstaendigen Einleitung zu der Teutschen Staats- Reichs- und Kayser-Historie* Cap. VI. §. II. not. d. pag. 229. excuſ. Halae et Lipsiae 1742. Istum in modum WENCESLAVS, tam a patre Rege Bohemorum, quam a fratre, vt Electore Brandenburgensi, electus est. Vid. G. G. LEIBNITIVS Cod. Iur. Gent. Diplom. Mant. P. II. pag. 263. seq. N. L. (dd) seq. excuſ. Hannouerae 1693.

k) In electione Praelatorum idem esse aliquo modo iuris, discimus ex litteris ab episcopo Paderbornensi die XXIV. Augusti an. MDCCVI. datis ad Imperatorem; en verba: „Da doch „ ein ieder particulier Capitular, wenn „ er schon iemanden sein Votum vnd „ alle Assistenz zugesagt haette, den„ noch auf den Fall, da er selbst zu „ einer Ertz- oder Bischoeflichen „ Würde per maiora gelangen koente, „ an dergleichen Zusage weiters „ nicht

in caussa propria ineuntibus non reclamare leges. Itaque, analogiae iuris conuenienter, inde elicimus argumentum, quo votum, in comitiis vniuersalibus in caussa iustitiae latum, firmatur stabiliturque.

§. XXVIII.

ARGUMENTUM IX. ET X.

Quantum ego sapio, qui fortassis in omni re, in hac certe perquam exiguum sapio, Principes appanagiati subiiciuntur iurisdictioni domini superioritate territoriali praediti, si, in huius tractu quodam terrarum, incurrunt in delictum; licet dominus territorialis sit appanagiati frater. *l*) Proin frater in caussa fratris, vel sua, ius interdum dicit. Ad quod certe parum potens esset Status quilibet, si principium istud nobis resistens, legis vniuersalis instar, constringeret *m*) Imperium Ger-

„nicht verbunden, weder dieselbe „einem solchen Capitulari praeiudiciren koenne, massen selbige Reseruation sich allemahl von selbst „verstehet, wie dergleichen Exempla „bey allen Ertz- vnd Stiftern vorhanden vnd Reichskündig seyn, „auch biss dato niemand verdacht „noch verübelt worden; bey welcher wahrer der Sachen Beschaffenheit ich dann, ohne andere Statuta, „Concordata, Capitulationes, Instrumenta pacis allhier anzuziehen, „bey selbigen in allen Faellen vnverruckt vnd bey wohlhergebrachter Possession vnd Obseruantz des „freyen Wahl-Rechts dieses Hoch-Stiffts, gleich allen andern Ertz- „vnd Dom-Stifftern kraeftigst zu „schützen, Ew. Kayserliche Maiestaet allerunterthaenigst anflehe „ - - - Sed hac de re alibi fusius est commentandum.

l) Penes appanagiatos subinde superioritatem territorialem esse, in vulgus sat notum hoc est. Explanauit illud argumentum ITTERUS de feudis Imperii Cap. XIII. §. V. pag. 668. seq. edit. 1730.

m) Nemo est tam luscus, vt non videat, pro diuersitate criminum, differre iudicem Status, vel Princi- pis,

Germanicum, nec contra veritatem niteretur. Ex more isto FRIDERICVS et WILHELMVS, Duces Saxoniae, fratrem suum SIGISMVNDVM effoeminatum coniecerunt in vincula, *n*) et Vinariensis lineae Duces iusserunt an MDCXXVII. custodiae mandari fratrem IOANNEM FRIDERICVM, *o*) qui etiam in carcere fato functus est. *p*) Quid est, quam ob rem putes, Statum non oportere fratris sui caussam voto vel firmare, vel diminuere, illa ad exempla? *q*) quum in comitiis non

pis, delinquentis; qua de re grauiter disputantem lege celeberrimum IOANNEM GEORGIVM CRAMERVM in specimine iuris publici criminalis inaugurali, de delictis et poenis Statuum Imperii Romano-Germanici §. III. pag. 16. seq. edit. Lipsiae 1738. Conf. etiam CAESARINVS FVRSTENERIVS de iure suprematus ac legationis Principum Germaniae Cap. XXIX. pag. 132. seq. excus. 1677.

n) Auctoritate scribo GEORGII FABRICII Saxoniae illustratae Lib. VII. ad ann. MCCCCXVI. pag. 704. euulgat. cura et studio M. IACOBI FABRICII Lipsiae 1606.

o) Legere conuenit IO. SEBASTIAN MVLLERI Annales *des Chur- vnd Fürstlichen Hauses Sachsen* ad ann. MDCXXVI. pag. 328. et ad ann. MDCXXVII. pag. 333. edit. 1700. Vinariae.

p) MVLLERVS c. l. ad annum MDCXXVIII. pag. 335.

q) Significauimus supra, eiusmodi caussas non subiectas esse votorum pluralitati; attamen ex exemplis adlatis duci potest argumentum, faciens ad rem. Ceterum non ignoramus, Principes appanagiatos gaudere iuribus variis, et in multis caussis iure austregarum; id quod dudum obseruatum fuit GEORGIO SCHVBHARDT in dissert. de Austregis §. III. excus. Basileae 1619. IO. WOLFFG. TEXTORI in Disp. III. ad REC. IMP. de an. MDCLIV. §. XLIV. seq. pag. 77. excus. Francofurti ad Moenum 1697. GEORGIO HEINRICO SPRINGSFELDIO in tractatu de Apanagio eiusdemque iure, Cap. XI. N. CXL. seq. pag. 205. recus. Halae 1663. ANTONIO GVNTERO FRITZIO in libro inscripto: synopsis omnium quotquot extant recessuum imperii ab anno MCCCCXLII. ad ann. MDCLIV. edit. 1659. pag. 140. Probe etiam scimus, Caesarem vocari iudicem capitalium caussarum, quibus Principes impliciti sunt, competentem. Hanc vero rem examinare nunc supersedemus, in quam con-

non omnia ſint poſita in vno et vnico voto, vtique autem in illo iudicio capitali, ad domini, ſuperioritate territoriali pollentis, ſententiam redeat res perſaepe ſolam. Praeterea, Status quilibet cauſſam iuſtitiae Conſtatus ſui conſiderandam plerumque habet, non vt fratris ſui vel amici litem, ſed ſic curandam, vt ſi eſſet cauſſa Germaniae communis, quippe in quam ipſe is, qui hodie ſuffragia init, tempore alio poteſt incidere; quam ob rem poſtea etiam ſuſtinere id debet, quod fuit antea in votis, quum cauſſa Status alterius ageretur. Itaque vel hinc naſcitur argumentum pro votis, in cauſſa propria a quolibet Statuum ferendis.

§. XXIX.
REVOCANTVR DISPVTATA AD OBSERVANTIAM IMPERII.

In immenſum creſceret oratio, ſi, repetitis ex veterum memoria exemplis omnibus, integrorum ſeculorum perpetua conſuetudine firmatis, ius ſuffragii, propriis Statuum cauſſis adhibitum, docere vellem, atque illuſtrare factis ſummorum Principum. Igitur taceo infinitam exemplorum multitudinem, vbiuis adpoſitorum, *r*) in lucem producturus acta co-

 mitia-

congeſta multa videſis apud CHRISTOPHORVM LYNCKERVM de libertate Statuum Imperii, Sect. II. §. V. pag. 50. ſeq. excuſ. Ienae 1699. Add. anonymi meditationes ad *Capitulationem* IOSEPHI Art. III. lit. h. pag. 62. ſeq. impreſſ. 1711. et IO. GEORGII CRAMERI Diſſert. cit. de delictis et poenis Statuum. Imperii. Conf. etiam IO. WOLFFG. TEXTORIS Diſput. III. §. 76. ſeq. pag. 89. Diſputationum ad Receſſum Imperii de an. MDCLIV. impreſſarum Francof. ad Moenum 1697. in qua de cauſſis agitur Auſtregis non conuenientibus.

r) Olim inprimis vota conſanguineorum, non ſolum iuſta, ſed et neceſſaria fuiſſe habita in comitiis, tradit illuſtris auctor *der Erörterung der Frage ob die Recurs-Sachen*, vi

§. 91.

mitialia, quae caussae aduersae patronis ratiunculas suggerere videntur. Obseruare statim liceat, nostra aetate, in caussa Zwingenbergensi, per recursum delata ad comitia, quaestionem hanc primum esse motam, *s*) et ob consanguinitatem vota nonnulla impugnata. Verum enim vero recusati Status ostendebant, se non temere agere; respondebant nimirum *t*) *der Hoch- vnd Teutschmeister, Worms vnd Elwangen: Wolte anjetzo gegen die ehemahlig bevorab von anno 1706. her in der Rheinischen Sache vorhandene Praejudicia, mithin gantz vnbefugter Dingen anmassende Vngültigkeit der Sr. Hoch-Fürstlichen Drchlaucht zu Trier in diesem Hochloebl. Reichs-Fürstlichen Collegio von wegen Dero Hohen Teutschen Ritter-Ordens, auch Fürstl. Hoch-vnd Stifftern, Worms vnd Elwangen, zukommenden Votorum, hiemit kraeftigst widersprochen, vnd protestando hoechstgedachter Sr. Chur-Fürstlichen Durchlaucht derenthalben quaeuis competentia omni meliori modo ein für allemahl reseruiret haben.* Quae verba a pluribus confirmata sunt. Igitur protestationi reprotestationem obiecerunt; de quibus generatim, pro natura protestationum, haec dicta sunto: Ex protestatione ius nouum haud comparatur, sed antiquum tantum remedio hoc saluum integrumque seruatur. *u*) Si itaque alio non euincitur argumento, Statibus suffragio, in caussa propria, vel fratris, esse inter-

§. 52. *Artic. 5. Instrumenti Pacis Westphalicae, der Pluralitati votorum schlechterdings vnterworffen oder nicht?* §. IV. pag. 99. Select. Iuris Publici Nouissim. Part. IV.

s) Expenditur caussa Zwingenbergensis in *der* EVROPAEISCHEN STAATS-CANTZLEY Tom. L. Cap. X. pag. 394. seq. edit. 1727. et Tom. LI. Cap. VIII. pag. 198. seq. impress. 1728. Tom. LII. Cap. IX. pag. 253. seq. excus. 1728. et passim in Tomis sequentibus.

t) Extat responsio in *der Reichs-Fama* mens. Nouemb. an. MDCCXXVII. pag. 489. edit. Francof. et Lipsiae 1727.

u) arg. *L. 4. §. 1. D. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.*

interdictum; certe ex generis eius proteſtatione haud colligendum eſt, illicito votum in cauſſa propria emitti modo. Ceteroqui adhibentur proteſtationes, vt iniurias perſequamur, et praeiudicia reprimamus; quum vero is, qui libertatem ſuam retinet in voto ferendo, iure ſuo vtatur, quemadmodum ſupra intendi digitum ad fontes illos; conſequens eſt, vt ex proteſtatione proficiſcatur nulla reſciſſio actus, in quo nec vola nec veſtigium mali exſtat. *x*) Oratione non attingam ſupra adlatas rationes, et vota in cauſſa Reinſteinenſi edita a Statibus in collegio Principum; *y*) quae ſtrictim edocent, proteſtationes illas ad comitia non eſſe adcommodandas. Hoc tamen quicquid eſt, te ſcire volo, iſtiusmodi exceptiones, quamuis ſint in comitiis aliqua ex parte propoſitae, aliter atque opinabantur recuſantes Status, eueniſſe, *z*) nec optatum exitum eſſe conſequutas. *a*) Quum enim v. c. aſſeſſor Camerae Imperialis, PVRKIVS, „paulo irreuerentius Electorem „Moguntinum cum dictis tum ſcriptis habuerat, *b*) cui ille „merito iratus, accuſauerat grauiter hominem in comitiis „laeſae dignitatis ſuae et obliti honoris ſibi debiti, manifeſtum „erat, propriam hic cauſſam Moguntini agi, et ſaltem dicis „cauſſa obiici, in violata eius dignitate omnium Electorum „verti honorem atque adeo cauſſam communem eſſe. Ridebantur haec vel ab illis ipſis, qui cauſſae Moguntini fauebant, „interea obtinuit nihilominus Miniſter eius obtentu Directo-

 „rii,

x) *L. 13. §. 1.* et *§. 6. D. de iniuriis et famoſis libellis.*

y) STAATS-CANTZLEY Tom. LIV. Cap. VIII. pag. 380. impreſſ. 1729.

z) Huc faciunt etiam Acta Pacis Weſtphalicae deſcripta a beato IOANNE GODOFREDO DE MEIERN Tom. I. pag. 598. ſeq. publicat. Hanouerae 1734.

a) De his deinceps fuſius.

b) Verbis vtor Auctoris Meditationum ad Inſtrum. Pacis, Specim. VIII. pag. 1295. excuſ. 1709.

„ rii, vt res omnis ſe praeſide et regente tractaretur. Nam „ et relationem in curia Electorali faciebat, et conquirebat „ ſententias, vel ſuffragia, et ſuam ipſe ſententiam numera- „ bat in vim maioris partis, ſine hac caeteris vtrinque paribus, „ adeoque partibus Moguntinis ad perſcribendum tam triſte „ decretum haud ſuffecturis: quae agendi ratio ſi ad ſtudia „ partium non pertinet, neſcire me fateor, quo alio euidenti- „ ore modo affectus noſtros in gratiam vnius cum alterius „ praeiudicio declarare poſſimus. „ *c*) Ea propter etiam Imperator auguſtiſſimus, in cauſſa Lotichiana, ius dixit, vti in aliis id fieri ſolet litibus, licet epiſcopus Auguſtanus cognatione propinqua cum Caeſare iunctus fuerit; refellebat enim iſtam exceptionem conſilium aulicum verbis hisce: *bey dem Kayſer habe weder Freundſchafft noch Feindſchafft ſtatt*, et die XV. Iun. an. MDCCXIV. decernebatur: *Reſcribatur dem Herren Hertzogen zu Würtenberg, daß derſelbe ohne Abſicht eines vnd des andern bey ihm angebrachten, vnd in deſſen Bericht de dato 8. Maji nuperi vermeldeten Einwendens, die ihm zu Vollſtreckung der Kayſerlichen in Sachen der Lotichiorum vnd Conſorten wieder Augſpurg ergangenen Sententz aufgetragene Execution ſtrecklich zu vollbringen.* Quin etiam die XX. Februar. ann. MDCCXVI. haec ferebatur ſententia: *daß der Herr Hertzog von Würtenberg die Execution in Conformitaet des Reſcripti vom XV. Iulii MDCCXIV. in die vorraehtige, oder da ſelbige nicht erkleckklich, in die jaehrliche pro menſa Epiſcopali, pro rata Domini Epiſcopi eingehende fructus vorzunehmen.* Varium etiam multiplicemque perſonae vnius eiusdemque reſpectum valere in

c) Legatur etiam epiſtola Corporis Euangelicorum, data die XVI. Nou. an. MDCCXX. ad Imperatorem, cuius ſummam exhibet IO. GEORGIVS KEYSSLER *in der Fortſetzung neueſter Reiſen, im LXXXXV. Brief* pag. 1258. edit. Hannouerae 1741.

in comitiis, patefaciunt proemium AVREAE BVLLAE et exempla inuictissimorum Imperatorum, ex stirpe Austriaca oriundorum, quippe qui vota sua emiserunt nomine Archiducum Austriae: quum tamen penes Caesarem, nec in senatu Electorum, nec in Principum ordine, quatenus Imperator est, seu sedet ad gubernacula Imperii, ius sit suffragii. *d*) De hac re plus satis; venio ad alia argumenta, quibus firmantur vota Statuum, in propria caussa exposita. Directores senatuum in comitiis semper munire suis votis proprias caussas solent; teste, harum rerum peritissimo, HENRICO HENNIGES in notis ad Artic. VIII. §. 3. pag. 1295. INSTRVMENTI PACIS Caesareo Suecici. *e*) Tuiti sunt illam consuetudinem, proximae consanguinitatis Principes, qui saepe vno eodemque tempore, tum in Electorum, tum in Principum senatu, non dignitatibus solum floruerunt, sed et votis viguere, quae nunquam exceptionibus istius generis confutata sunt. Leges scriptae non obsistunt fratribus, sed potius repetita ex veterum memoria exempla, pariter atque noua, in ipso senatu Electo-

d) Non abs re improbamus eorum loquendi rationem, qui Imperatori tribuunt semissem comitiorum, et Statibus semissem; de quibus vid. discursus politicus de Regali Postarum Iure Electorum Principumque Imperii, ab ANDREA OCKEL edit. Halae Magdeburgicae 1698. pag. 65. th. XVI. seq. et ELECT. IVR. PVBL. Tom. II. pag. 255. seq. Legibus repugnat illa loquendi ratio, si ita explicetur, quasi accedente ad semissem Caesaris vnius Collegii consensione, illa maior pars fit: defendi tamen potest, si ita explanetur, quod in conficiendis Imperii conclusis ad consensum Statuum in comitiis ex vna parte, accedat consensus Imperatoris ex altera parte, qui tantum efficit, quantum consensus Statuum; quum sit conuentio inter duos. Conf. IO. HENRICI BOECLERI differt. de comitiis vniuersalibus Imp. Rom. Thes. XVI. pag. 19. recus. Ienae 1740. et IACOBI CAROLI SPENERI *Teutsches Ius Publicum* Part. V. Lib. IV. Cap. V. §. II. pag. 127. typis impress. Francofurti et Lipsiae 1726.

e) excus. 1709.

Electorum eos confirmarunt; quorum ingentem numerum collegit MVLLERVS *im Reichstags-Theatro* V. *Vorstell.* Cap. IX. pag. 421. *f*) Nec legibus Germanorum publicis id repugnaret, si quis duobus Electoratibus praeesset, ac tam in comitiis electoralibus, quam in conuentibus Imperii vniuersalibus, hanc ob caussam, votum duplex ferret; scimus etiam, OTTONEM tenuisse Bauariam et Palatinatum, et in SIGISMVNDI potestate Bohemiam *g*) atque Electoratum Brandenburgicum fuisse. *h*)

§. XXX.

DVBIIS EXPEDITIS ARGVMENTA IVNGVNTVR EXEMPLIS COMPROBATA.

Fortasse dixerit quispiam, subinde Status in caussis propriis suffragia haud inire. Eortasse reposuerit quispiam testimonium Imperatoris OTTONIS IV. quod strictim aperit ARNOLDVS, Abbas Lubecensis, in Chron. Slauorum Lib. VII. Cap. XIX. et ostendit, OTTONEM, in curia Herbipolitana, caussam matrimonii, cum PHILIPPI filia contrahendi, commisisse consilio Statuum; sed, participem sociumque consiliorum esse fratrem suum, noluisse. En verba ARNOLDI: c. l. pag. 564. *i*) „ Omnibus igitur ad colloquium locum dantibus

f) edit. Ienae 1713.

g) Vid. *Zufaellige Gedancken über die Frage ob Ihro Maiestaet die Koenigin von Vngarn vnd Boebmen, wegen der Churwürde, so der Cron Boebmen anklebet, in dem Churfürstlichen Collegio, da nun die Erbfolge auf das Weibliche Geschlecht verfallen, Sitz vnd Stimme führen koenne?* §. VII. insert. SELECT. IVR. PVBL. NOVISSIM. Tom. IV. p. 331. impress. 1742.

h) Vota vero olim non numerata, sed ponderata esse in comitiis, indicauimus supra. Add. IO. PETRI LVDEWIGS *vollstaendige Erlaeuterung der güldenen Bulle* Part. II. Tit. XXX. §. 3. pag. 1485. seq. excus. Francofurti 1719.

i) euulgat. cum Chron. HELMOLDI Lubecae 1659.

„ bus Rex ait fratri Henrico Palatino, quia a dextris eius erat:
„ VOLVMVS VT CEDAS, NE QVEM TVA PRAESENTIA
„ DE VLLA SVSPICIONE TERREAT. „ Refert etiam ARNOLDVS, in deliberationem ab OTTONE praecipue adhibitos esse Cardinales, principes sacerdotes, et iuris peritos. Hinc OTTO: „ Rogamus, inquit, omnes vos in Domino Car-
„ dinales, qui de auctoritate siue consilio Domini Apostolici
„ adestis, summos etiam Archiepiscopos, Episcopos, Abbates
„ et alios quos ecclesiasticus ordo diuersis gradibus distin-
„ guit: excellentiam quoque Regum, Ducum, Principum, vt
„ verba nostra attendatis: Deus coeli post multas aduersita-
„ tes cum beneplacito omnium regnum nobis donauit, ita, vt
„ non immerito cum gratiarum actione ei dicere possimus,
„ lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est
„ nobis in caput anguli. A Domino factum est istud, et est
„ mirabile in oculis nostris. Quod cum luce clarius constet
„ omnibus, et optio nobis non desit de illustrissimis foeminis,
„ quas habet orbis Romanus, e quibus sponsam siue coniu-
„ gem eligere possimus, tamen quia tam celebris conuentus
„ pendet de articulo filiae Philippi Ducis Sueuiae, quam no-
„ stram consanguineam nemo dubitat, vestro nos submitti-
„ mus arbitrio siue consilio, vt iuxta salutem animarum vestra-
„ rum sincere deliberetis, omni scrupulo postposito fauoris
„ siue timoris, quid nobis super hoc sit faciendum. Si enim
„ sex millibus annorum victuri essemus, magis omni tempore
„ caelibem eligeremus ducere vitam, quam animae periculo
„ sortiri vxorem. Nemo gloriam, generositatem, diuitias,
„ castra huius virginis attendat, quae omnia saluti animae
„ comparari non possunt. Haec enim omnia nobiscum sunt.
„ Si vero ipsa castra CCCL. distribuantur sororibus, quas haec

„ contingit hereditas, parum eſt quod reſtat. Nunc igitur, „ vt dictum eſt, ſuper hoc deliberetis, vt congruum nobis re„ ſponſum reddatis. „ Ex quibus ſane verbis liquet, quaeſiuiſſe Imperatorem, quid optimum factu ſit, in re, pro ſua natura, ad negotia comitialia hodienum plane non ſpectante: nam nos leges non fugiunt, indicantes, in cauſſis iſtiusmodi matrimonialibus, Imperatorem et Status non eſſe ſubiectos Conſtatuum votis deciſiuis. (§. XXI.) Quamuis igitur OTTO fratris HENRICI PALATINI votum non receperit; ex deliberationibus tamen ſingulatim agitatis illis nunquam efficitur concluſio vniuerſalis, fratres prohibens votis in comitiis, ſi cauſſa iuſtitiae dirimenda eſt, quae pluralitati votorum poteſt permitti. Vt illud porro diluamus, quod obiicitur, exemplum; animaduertimus, non modo id iuris non eſſe, ſed potius ſuperſtitionis, Pontifici Romano poteſtatem tribuentis inſignem; id quod ex INNOCENTII III. litteris, ad OTTONEM IV. datis, cognoſcimus. Etenim OTTO omne hoc negotium ſubmiſerat Papae, atque ita Cardinalibus ſacerdotibusque praecipuis, qui comitiis iſtis intererant auſpiciis praeſulis illius maximi. *k*) Imperatores autem, quos OTTO praeeuntes habuit, multi, *l*) praeclare vſurpatum ius circa ſacra, ad cauſſas matrimoniales ipſi adcommodarunt, nec epiſcopi Romani dominationem tulerunt. Poſtea quidem magna ex parte dedere ſe poteſtati antiſtitis iſtius coacti ſunt

Caeſa-

k) Vid. REGISTRVM INNOCENTII III. DE NEGOTIO IMPERII N. CXLIII. pag. 753 ſeq. et N. CLXIX. pag. 757. N. CLXXVII. pag. 758. ſeq. N. CLXXVIII. pag. 759. N. CLXXXI. CLXXXII. pag. 761. edit. Epiſtolarum INNOCENTII III. geſtorumque eiusdem INNOCENTII, excuſ. Pariſiis 1682. cura STEPHANI BALVZII, Tom. I.

l) CONRINGIVS de Conſtitut. Epiſc. German. §. LIV. ſeq.

Caesares: *m*) sed tamen hodienum comitia Imperii partim nihil contra coniugia Imperatoris et Statuum valent; partim pro libertate horum sunt. *n*) Legibus hinc publicis conuenienter congruenterque, multum interest, vtrum Catholicorum Statuum caussae matrimoniales expendantur, an Augustanae confessioni addictorum coniugia diiudicentur. Euangelici Status, trahi generis huius negotia ad comitia, vel tribunalia Imperii suprema posse, negant. *o*) Catholici autem, in omnia alia discedunt, et Papam atque episcopos in numero

iudi-

m) Fuerunt tamen, post fata etiam OTTONIS, Imperatores nonnulli, iuris istius vindices, teste GOLDASTO Tom. II. Monarchiae S.R.I. pag 1385. ed. Francofurti 1614. quo loco legimus dispensationem *super affinitate consanguinitatis inter Ludouicum Marchionem Brandenburg. et Margaretam Ducissam Karinthiae*, cet. factam *per* LVDOVICVM IV. Rom. Imp. Tacemus monimenta reliqua, a GOLDASTO passim producta, tum in opere inscripto: *Monarchia S. R. I.* tum in *Reichs-Satzungen* Francofurti excusis 1712. et 1713.

n) Conf. Scripta, Responsa et Iudicis, *occasione Colloquii Oettingae habiti* an. MDCLXXXI. die X. Octobr. *super matrimonio* LVDOVICI, *Principis Oettingensis, cum defunctae vxoris sorore.*

o) Vid. CAESARINVS FVRSTENERIVS de iure Suprematus ac legationis Principum Germaniae, edit. 1677. Cap. XIX. pag. 87. et pag. 90. BVRCARD. GOTTH. STRVVIVS iurisprudentiae heroicae Part. II. Cap. VIII. §. XXIV. pag. 441. edit. Ienae 1744. GVILIELMVS HIERONYMVS BRVCKNERVS de iure principis et inprimis Statuum Protestantium circa caussas matrimoniales, §. VIII. seq. pag. 11. seq. typis exscript. Ienae 1714. SAM. STRYKIVS de iure Papali Principum Euangelicorum, Cap. VI. §. V. pag. 60. seq et passim, excus. Halae Magdeburgicae 1694. Sunt tamen quaedam caussae ecclesiasticae, tribunalibus summis Imperii subiectae, vt patet ex INSTR. PAC. Art. V. §. 54. de quibus vero nobis hic sermo non est. Vid HENRICI BODINI disp. de illicita a Principibus Protestantibus prouocatione in caussis ecclesiasticis §. XXII. pag. 29 excus. Halae Magdeburgicae 1699. et *allerunterthaenigster Bericht vnd Vorstellung an Ihro Roemisch Kayserl. Maiestaet von dem Fürstl. Braunschweigischen Consistorio*, cet. qui libellus extat in *der*

EVRO-

iudicum habent. Proin argumenta et praesidia aduersariorum, seu eorum, qui ex adposito exemplo OTTONIS IV. colligere non dubitant, fratris suffragium in caussa fratris, vel consanguineorum reliquorum vota, in negotiis consanguinitate iunctorum omnibus quiescere, seu reiici oportere, subuersa videmus. Praeterea habemus exploratum, Statuum iura in comitiis suffragandi, ita esse nostra aetate communita, vt penes Caesarem solum potestas non sit, votum alicuius reiiciendi; (§. XIX.) quod vero olim saepe contigisse, constat. Non modo non nego, sed etiam semper et meminero et praedicabo, Status quosdam subinde, secundum mores hodiernos, se retrahere a senatu constatuum, si caussa ipsorum propria redit ad votorum pluralitatem. Decus quidem in hac modestia Statuum, qui votis suis se non adiuuant, situm est insigne; inde vero non consequitur, necessitatem esse Statibus nostris, se remouendi semper a negotiis similibus, propriisque omnibus, seu refugiendi a iure suffragii. Ex omissione non semper colligendum, puto, defectum libertatis agendi. Iuri suo vnusquisque renuntiare potest; igitur etiam potestas permissa est Statui, in caussa fratris, vel propria, nullum edendi votum. Si igitur hodienum legatus quidam sponte sua abit, dum caussa domini in comitiis votis componitur; inde tamen non arguendum esse, existimamus, ipsum ius, votum suum in propria caussa explicandi, prorsus suspendi; vel istud leges et consuetudines vetare: etenim supra olisimus neruos argumenti huius; vti acta comitialia docent, alios quidem Status vel

EVROPAEISCHEN STAATS-CANZELEY Tom. XXV. Cap. IV. pag. 181. seq. impress. 1716. Add. litterae Corporis Euangelicorum, eandem ob caussam datae ad Imperatorem augustissimum, productae Tom. XXV. *der* EVROPAEISCHEN STAATS-CANTZELEY pag. 189. seq.

vel vltro facere discessionem; vel a Directorio monitos; *p*) alios autem, quamuis caussa propria occurrat, de conuentu se non subducere, quamuis aduersarii peruelint, vt pedes illi efferant aedibus, in quibus habentur comitia; vel protestationem praesentibus obiiciant. Exemplum non videtur praetereundum Brunsuicensis Ducis HENRICI, cuius sedem et votum vt excluderent Elector Saxoniae et Landgrauius Hassiae, pariter atque plures alii Status, quantum conniti potuerunt, tantum contulere in hanc rem operam; sed renuente Caesare id fecerunt, omnisque labor in cassum cecidit. Audiamus IOANNEM SLEIDANVM: *q*) „Saxo Landgrauius atque socii ad Caesarem oratione controuersa, (legendum „*conuersa*) scis, inquiunt, inuictissime Caesar, quemadmodum „inde ab initio testificati sumus, velle nos in hoc amplissimo „consessu caussam explicare susceptae defensionis aduersus „HENRICVM Brunsuicensem: eiusdem nunc quoque sumus „voluntatis atque consilii; neque dubitamus, quin audita re „tota, caussae vobis apparebunt graues atque iustae, quam „ob rem et ea defensio nobis necessario suscipienda fuerit, et „illi non liceat interesse concilio principum: sed quia videmus illum ingerere se ipsum huic consessui, nobis minime „comprobantibus, quod vnum possumus atque licet, ne videlicet deliberationes publice tradentur, *(tardentur)* aut „impediantur; profitemur, nos illum non habere nec agno-

 „scere

p) Directorum libertatem hac in re esse restrictam, perspicimus ex commentario HENNIGESII ad Instrum. Pacis Art. VIII. pag. 1286. seq. Vid. etiam de Statuum sententia, qui Directoria Ministeria vocant, AHASVERVM FRITSCHIVM in Adnotamentis ad INSTR. PAC. Art. VIII. pag. 501. excus. Argentorati 1690.

q) Commentariorum de Statu Religionis et Reipublicae Carolo V. Caesare, ad an. MDXLIV. pag. 437. excus. Argentorati 1621.

„ ſcere pro Principe Imperii, nec etiam velle ius aliquod no-
„ ſtrum, per ipſius praeſentiam nobis deminui: „ „Brunſui-
„ cenſis ad ea, mox e veſtigio, per Cancellarium, Saxo, inquit,
„ Landgrauius atque ſocii, violato iure diuino et humano,
„ perruptis imperii legibus et fracta fide publica, per vim et
„ ſummam iniuſtitiam, prouincia mea me ſpoliarunt. Quo
„ quidem nomine ipſos ad Camerae tribunal accuſaui, quod
„ cum ita ſit, nec locum in Imperii ſenatu habere poſſunt. „
cet. Addit SLEIDANVS c. l. pag. 438. „Pridie Saxo et
„ Landgrauius Fridericum Palatinum atque Nauium oraue-
„ rant, efficerent per Caeſarem, ne Brunſuicenſis in commu-
„ nem coetum veniret: id autem impetrari non potuit, cum
„ Caeſar illum excludi non poſſe diceret, niſi cauſis primum
„ explicatis. „ *r*) Pari mŏdo legatos Auſtriacos et Burgundicos a deliberationibus, Capitulationis Caeſareae cauſſa inſtitutis, non procul habitos eſſe, condocet, experientia. Haud ita pridem quoque, in comitiis, legatus Auſtriacus, aeque ac legatus Burgundicus, in cauſſa Sanctionis Pragmaticae, vota edidere ſua: quanquam Bauariae Electoris legatus pronuntiaret, negotium illud vere proprium et domeſticum Auſtriacorum, Auſtriacis votis non eſſe firmandum corroborandumque. Vterque legatus nihilo tamen ſecius ius ſuffragandi ſartum et tectum, vt aiunt, ab omnique ſuſpenſione integrum conſeruarunt, Burgundico prouocante ad vnam earum rationum, quas ſuperius attigi, atque oſtendente, Sanctionem Pragmaticam non ad Auſtriacorum ſolum ſpectare commodum; ſed in ea etiam poſitam eſſe ſalutem, tum omnium Ordinum Imperii, tum totius Europae. Cui argumento ſubtexere multa

r) Denarrat accuſationes reliquas SLEIDANVS l. c. pag. 441. et defenſionem Brunſuicenſis, pag. 443. 447.

multa possem, si, antea prolata in medium repetere, cordi mihi esset. Ne cetera persequendo sim longior, summatim tantum exponam, in caussa Palatina anno MDCXXIII. *t*) Status quosdam in hanc vocem erupisse: *Daß es der Billigkeit nicht gemaeß seyn wolte, daß die Kayserliche Maiestaet als Partey in Ihrer vnd Ihres Hauses eigenen Sachen Richter seyn solte.* In voto Brandenburgico, in eadem caussa lato, *t*) legimus: *Ihrer Maiestaet waere auch vm so viel zu rathen gewesen, die Sache vor die Chur-Fürsten zu bringen, weil es vornemlich sie vnd ihr Hauß Oesterreich betroffen, damit sich niemand eines Vebereilens in propria caussa über Ihre Maiestaet beschweren dürffte: Dann die vorangezogene hochbetheuerliche Capitulation mit klaren Worten disponirt, wie es in den Faellen da Ihr Kayserl. Maiestaet wider Churfürsten vnd Staende des Reichs zu sprechen, solle gehalten werden; dessen waeren vnterschiedliche Exempla von vorigen Kaysern, deren hochrühmlichen Vestigiis Ihro Kayserl. Maiestaet ohnzweiffel würden insistiren wollen.* cet. *u*) Quilibet ex horum verborum serie cognoscit, Electorem Serenissimum concoquere non posse procedendi modum, ab Imperatore adhibitum, violentum; atque declarare, Caesarem damnasse Statum quendam Imperii contra capitulationem et obseruantiam. Minime vero pronuntiat Elector, omne votum, in caussa propria latum, reiiciendum esse. Conficitur inde potius, haud regulas iustitiae, sed interdum prudentiae prae-

s) Percensetur id in Tom. II. Actorum Publicorum LONDORPII pag. 717. edit. 1668.

t) Litteris id consignauit LONDORPIVS Actorum Publicorum Tom. II. pag. 702.

u) Vid. illustris VOLRADI VON PLESSEN *Obseruationes über die Vota etlicher Chur- vnd Fürsten auf den letzten Reichs-Tag zu Regensburg in dem Februario an. 1623. in puncto der Chur-Pfaeltzischen Acht, Execution, Priuation vnd Translation*, collectioni Londorpianae insertas.

praeceptiones offendi votis, in caussa propria conceptis; atque hinc virtutem Statuum, qui continent et se reprimunt a votis, propriam caussam decidentibus, laudibus esse cumulandam. Intelligi quoque ex adhuc dictis licet, ob caussas proprias, necessitatem Statibus impositam haud esse, retinendi in suspenso vota. Quum igitur, sequantur viam signatam, et impressam vestigiis laudatissimorum maiorum, proceres, qui hodienum Germaniae praesunt; locum habent illa IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII: *x*) „Quodsi in disqui„sitionem veniat caussa, quae legati alicuius dominum con„cernit, tum is aut sponte, aut a Directorio monitus, disce„dit, praemissa prius breui oratione, caussae suae commenda„tionem continente; „ et verba auctoris DES TEVTSCHEN REICHSTAGS THEATRI *y*) Tom. I. pag. 45. haec: *Komt aber eine Sache vor, dabey des Gesandten Herr interessirt, so pflegt derselbe entweder proprio motu, nach vorgestelleten meritis caussae, oder auf Erinnerung der Directoriorum, so lange als die Consultation darüber waehret, abzutreten.* Non vero semper Status se ex loco mouere, si de caussa agitur propria, probe scimus: quapropter auctor DER GRVNDVESTE DES HEILIGEN ROEMISCHEN REICHS TEVTSCHER NATION, Part. III. Cap. IV. quod titulum fert: *von denen auf Reichstaegen sich ereignenden Maengeln vnd deren Abhelffung*, pag. 235. n. II. scribit: *z*) *Wer bey einer Sache in particulari interessirt, soll abtreten,*

x) in disp. de comitiis vniuersalibus Sacri Romano-Germanici Imperii, edit. Altdorfi 1686.

y) *das ist ausführlicher Bericht von allen demienigen, so auf der noch fürwaehrenden Versammlung der Roem. Kayserl. Maiestaet auch Churfürsten, Fürsten vnd Staende des Heiligen Roemischen Reichs vorgangen,* excus. Norimbergae 1733.

z) edit. 1683.

ten, vnd vorher seiner Sachen Information übergeben, a) et Num. XI. l. c. addit: *auf ein Expediens zu gedenken, wenn mit anderen Materien eine solche particular-Sache ob connexitatem mit einfaellt, vnd dem Interessenten wegen der hauptsache die Abtretung nicht zuzumuthen seyn will, wie nemlich in puncto iustitiae zwischen Oesterreich vnd Bamberg sich zugetragen,* cet. pag. autem 236. n. 14. subiungit sequentia: *auch haetten sich des*

a) Pari modo illustris auctor meditationum ad Instrumentum pacis Caesareo-Suecicum, specimine VII. pag. 914. „der vnmafsgeblichen Erinnerungen, welche circa materiam de defectibus comitiorum „füglich anzubringen, *haec habet* „*Num. XX.* Wann eine Sache vorkommet, da einer oder der andere „in particulari interessiret, sollen „die Interessenten abtreten, vnd „nicht wie bifshero einergegen den „andern mit Verdrufs des gantzen „Collegii in Kampf treten, sondern „ein ieder seiner Sachen Information „zu vorhero übergeben, *et Num.* „*XXI.* Dieweilen sichs aber mehrmahlen zutraegt, dafs mit anderen „Materien eine dergleichen particular-Sache ob connexitatem mit „einfaellet, waere auf ein expediens zu dencken, weilen sichs an „einem nicht fügen will, in des partis praesentia zu votiren, am andern aber ihme die Abtretung wegen der Principal-Sache nicht wohl „zu muthen seyn moechte. „ cetera. De his et permultis haec tradit idem vir summus p. 931. „Sciendum est, „adnotatos fuisse hos comitiorum „defectus a nonnullis Imperii Statibus in conuentu illo, qui medio „fere superioris seculi cursu Francofurti per Deputatos est habitus, „ne forte existimes, priuatum calamum ista scripsisse, resque odio „vel ignorantia in maius exaggeratas. Procul dubio enim merentur „fidem maiorem, quae Status eorumque ministri, in publicis negotiis „versati, et experientia praeteritorum admoniti, publico in congressu attulere, quam si priuatus „aliquis ista protulisset. „ Vid. etiam *Monita an den Hochloeblichen Reichs-Conuent, einige defectus Comitiales betreffend*, Num. VI. VII. VIII. seq. aqud FABRVM in *der* EVROPAEISCHEN STAATS-CANTZLEY Tom. LXXXI. Cap. XIX. pag. 614. excus. 1742. Conf. etiam *der* EVROPAEISCHEN STAATS-CANTZLEY Tom. I. Cap. I. Num. VII. 3. pag. 22. n. 6. seq. edit. 1697.

des votirens zu enthalten, die entweder zu einer Sache nichts geben, als in materia collectarum die eximirte, oder die daraus Nutz oder Schaden zugewarten, e. g. Oesterreich vnd Burgund in materia capitulationis, Catholici in caussa Euangelicorum, et contra. Hinc celeberrimus auctor meditationum ad INSTRVMENT. PACIS Art. VIII. §. 3. pag. 941. „ Senatum, inquit, relinquere „ eos debere, quorum caussa deliberatione illa agitur, ante„ quam ordine sententiae dicuntur, adhuc moris est, sed ante „ discessum, post relationem tamen, conceditur, vt quisque „ de re sua vel iure Ordines docere possit, quo meliori ratio„ ne id poterit praestare. Id quoque obseruatum est, non„ nunquam hic aliquid gratiae dari, siue ratio temporum „ habeatur, siue respectus aliquis personae sit. Dum enim „ aliis discessus imperatur, cum aliis dissimulatur aliquando, vt „ si velint, manere possint, Directoriis nihil monentibus et „ tacentibus etiam ceteris modestiae causa. „ Addit idem paucis interiectis: „ Ipsi Directores . . hac se lege ausu pro„ prio soluunt, et instar priuilegii habent, ne consultationes in „ caussa propria, et quoties de eorum capitibus aguntur, comi„ tia relinquere teneantur. Quin non putet, (legendum „ *pudet*) eos senatui non modo interesse, sed et praesidem „ agere, et relationem incipere, atque rogare sententias, qui„ bus et suas addunt, et in computum maioris partis refe„ runt. „ cet. Nec ex intermissione votorum Statuum quorundam, arguendum putamus, semper hos Status se reprimere oportere a negotiis propriis suis in conuentu Imperii. Supra enim euicimus probatione, (§. XIX.) res liberae potestati Statuum relictas, semper reuiuiscere, nec emori ob neglectum, vel vsum per longinquum temporis spatium posthabitum; eo magis, quum penes Status sit tum ius com-

paren-

parendi in conuentibus Imperii, tum abeundi, vel emanendi. *b*)

§. XXXI.

ENODANTVR, QVAE ADVERSARI VIDENTVR, RATIONES PLVRES, SVMMAQVE MANVS ADIICITVR.

Vt fluctuationem caussae aduersae patronorum sistam, mihi est in animo expendere reliquas, quae res habere videtur, dubitationes. Ad unum omnes pronunciant, leges naturae nos et reuocare et prorsus reprimere a iudicio, in caussa propria lato a nobis; indeque colligunt, Status vota, ob proprium negotium edita, impediri iure diuino. Verum disiiciunt opinionem istam rationes multae. Primum negamus, sententiam omnem, in caussa propria datam, stare contra ius naturae: quia iudiciorum ordo ex statu ciuili fluxit, minime autem ex naturali; ita, vt argumentationes nostrae illa haud infirmentur antilogia. *c*) Tum probauimus supra maxime, ius sibi ipsi aliquem dicere posse, tam legibus, quam pactis institutisque rationalibus conuenienter, nec ex sua natura iudicium in propria caussa fieri iniquum; sed rarenter, et per accidens tantum, male euenire. (§. XXII.) Deinde docuimus, principem, habentem negotium cum suo subiecto, pollere

O 2

b) PHILIPPVS KNIPSCHILD de iuribus et priuilegiis Ciuitatum imperialium Lib. III. Cap. XXIV. n. 16. pag. 141. edit. Argentorati 1740.

c) Dudum id probauit, quem illaudatum hic dimittere non possumus, HVGO GROTIVS de Iure Belli ac Pacis Lib. I. Cap. III. §. I. pag. 85. edit. Francofurti ad Moenum 1696. Vid. etiam GEORGII DE CABEDO Decisionum supremi senatus Regni Lusitaniae P. I. Decis. XII. Num. III. pag. 24. excus. Francofurti 1646.

lere poteſtate ius reddendi. *d*) Poſtremo opinionem, quae multorum animos peruaſit, leges Romanorum de iudicibus adplicantium ad Status noſtros et comitia, antea iugulauimus. (§. XXVI.) Hoc ſublato errore, per ſe corruit exceptio ſuſpecti iudicis in comitiis propoſita, et apertius confirmatur ſententia, quae a nobis fouetur. Status quidem Imperii ſubiectos ſuos ſubinde conſtringunt legibus Romanorum, et transferunt actiones ſuas priuatas, *e*) vel ad formulam illarum, vel ad canones eccleſiae; iidem etiam Status interdum ſumma voluntate eunt ad tribunalia ſuarum ditionum, et diſceptationes inter ſe ac ciues ad ea reiiciunt: id vero, vel ex pacto conuento, *f*) vel ex more inducto; *g*) vel ex animi magni-

d) Vid. ROBERTI MARANTAE Praxis, ſiue de ordine iudiciorum tractatus, qui vulgo ſpeculum aureum nuncupatur, Part. VI. N. XXXIV. pag. 394. edit. Coloniae Agrippinae 1606. SIMON in notis ad GROTIVM de Iure Belli ac Pacis Lib. I. Cap. III. pag. 173. excuſ. Francofurti ad Viadrum 1699.

e) Iuxta aureum illud THEODOSII: *Digna vox eſt maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri; L. 4. C. de legibus.*

f) Vid. CHRISTIANI WILDVOGELII diſputatio de Statibus Prouincialibus, §. XLVII. ſeq. pag. 31. ſeq. Ienae excuſa et defenſa 1711.

g) Id ex modeſtia ſingulari natum ſaepe eſſe inſtitutum, rerum ſcriptores tradunt. Ita eſſe hominem, qui ignoret, arbitror neminem, Imperatores, ſe olim ſponte, variis in cauſſis, Comitis Palatii, ſeu Maioris Domus, iudicio ſubieciſſe. Qua de re multa profert CHRISTIANVS WILDVOGELIVS in Diſput. de cauſſa propria, Th. IV. ſeq. pag. 12. ſeq. typis impreſſa Ienae 1704 et IOANNES SCHILTERVS in codice Iuris Alemannici Feudalis, ad Cap. XLII. §. XXVIII. pag. 230. edit. Argentorati 1728. haec ediſſerit: „recte quidem „origo iuris huius ad conſuetudinem cum A. B. refertur, ſed conſuetudinis origo non male ad ſubmiſſionem liberam Regum et Impp. „Comitis ſui Palatii, vel Maioris domus. Neque exinde ſequitur, Palatinum conſuetudine plus introduxiſſe quam Reges voluerint, atque quod a libera Regum voluntate „profectum, conuertiſſe in neceſſi- „tatem.

magnitudine faciunt; nec inde fluit, necessitatem principes huc vocare, vel non posse non esse subiectos Status legibus ciuilibus omnibus, tam intra comitia, quam extra comitia. Itaque interest scire, ius priuatum asciscere Status, quatenus contra excelsam dignitatem, qua florent proceres Germaniae, non nititur; et discrepans Imperii habitus, consuetudo, res consequentes vel circumstantes, haud repugnant. *b*)

O 3 Statuum

„tatem. Enimuero consuetudo nulla inuita Maiestate Regia introducitur, sed tacito eius consensu atque hic ipso proprio facto: necessitatem itaque non Palatinus imposuit, sed natura consuetudinis ipsa et consensus vtentium, cui denique lex aureae bullae accessit." Magnificum animi temperamentum Imperatoris SIGISMVNDI in simili causa descripsit GERLACVS BVXTORFFIVS ad Cap. V. AVREAE BVLLAE §. LXXXIII. lit. d. pag. 341. Collectionis inscriptae: *Repraesentatio Reipublicae Germanicae*, edit. Noribergae 1657. respondit nimirum SIGISMVNDVS Moguntino Electori anno MCCCCXXVI. in controuersia de inferioris Germaniae prouinciis: „Demnach wir trefflich beladen vnd der Entscheidung nicht wohl moegen auffwarten vnd nemlich auch darum, dass ihns nicht gebühret, nachdem wir auch vermeinen Recht zu denselben Niederlanden zu haben, vnd in vnser eigen Sachen nicht wohl Richter seyn moegen" cet. Hinc aequitatem Principum quorundam eximiam veneramur, qui in caussa propria transmittunt acta ad Ictos exteros, vel suos consiliarios in numero iudicum habent, eumque in finem horum iuramenta relaxant; quem morem exponit IOANNES BRVNNEMANNVS Commentar. in Codicem repetitae praelectionis pag. 238. edit. 1679. et CASPARIS ZIEGLERI de iuribus Maiestatis tractat. Lib. I. Cap. I. §. XXXI. pag. 24. seq. excus. Wittenbergae 1681. Quo spectant quoque varia Austregarum instituta, de quibus mentio facta est ORDINAT. CAMERAL. Part. II. Titt. IV. Attamen secundum ius Romanum, is etiam Princeps μεμψιν effugit, qui sibi ipsi ius dicit; vti patet ex §. XXV. huius commentationis.

b) Legendo percurre plenam bonae frugis dissertationem IO. IACOBI HELFFERICH de iurisprudentia principum ordinumque S. Rom. Germ. edit. Tubingae 1730. praecipue vero

Statuum enim iura in respectu ad eos, qui sub iis viuunt, prope accedunt ad similitudinem potestatis multo maximae. Proin de iis, et superioritatis territorialis actibus, speciatim autem de iure suffragia in comitiis incundi pronunciaturo, ad Romanorum doctrinam de iudiciis confugiendum non esse, patescit. *i*) Infinitis etiam exemplis constat liquido, plane

vero illustris et apprime periti harum rerum scriptoris, LVDOLPHI HVGONIS de Statu Regionum Germaniae, et regimine Principum summae Imperii Reipubl. aemulo, commentationem, recus. Lipsiae 1736. qui Cap. VI. §. XXXVII. animaduersione digna haec protulit: „Vnum „tamen, antequam finiamus, adhuc „monendum est, quod ad ipsam iu„dicandi rationem et iudicis officium „in hoc genere caussarum pertinere „videri potest. Quanquam in con„trouersiis Principum ac Ordinum „Imperii, siue de ipso iure territorii, „siue de re quapiam alia exortis, „diiudicandis leges iuris priuati ad„hibeamus, atque sic caussas ma„gnatum et priuatorum magnam par„tem eodem iure metiamur: non „potest tamen Principibus eodem „semper rigore, ac priuatis, ius dici. „Saepe enim, vt nostrae quidem „Reip. status se habet, vulnus maius „est, quam vt ordinariam medici„nam patiatur. Itaque cum contro„uersia adeo late patet, vt quietem „publicam turbare possit, saepe tem„peramento aliquo iurisdictio miti„ganda est.„ Conf. *die Donawerthische Information* 115. 177. seq.

i) Fructuose commentantis FRIDERICI GREGORII LAVTENSACKII dissertatio de inepta ratione decidendi controuersias iuris publici ex legibus Romanis et iure canonico, recus. Lipsiae 1738. in vsus hic conuerti potest. In numerum scriptorum, qui id probatum dederunt, praecipue incluserim GEORGII HENRICI WILLII dissertationem de hodierna autoritate et reciproca iuris ciuilis et Statuum Imperii potestate, Cap. III. §. IV. seq. recusam atque insertam Syntagmati Dissertationum selectiorum, Ius Publicum Germanicum vniuersale illustrantium, pag. 836. quae cum praefatione elegantissima illustris IO. IACOBI MOSERI Francofurti et Lipsiae 1738. prodierunt, porro IOANNIS PETRI DE LVDEWIG praefationem ad singularia Iuris Publici Germanici Impe-

plane derogantes iuri Romano et canonico, leges a Statibus magna ex parte esse sancitas, et sanciri inposterum posse plures. Denique ex omni iudices recusandi ratione, et ordine, et modis, enucleatis a nobis, intelligi licet, exceptione suspecti iudicis, obiecta Statui in comitiis, nihil neque acerbius, neque iniquius proferri posse.

Imperii, pag. 32. seq. edit. Halae Salicae 1730. nec non *Fürst* CHRISTIANS *von Anhalt Commission vnd Fürtrag an die Roemisch Kayserliche Maiestaet*, exhibitam die XVIII. Iul. an. MDCIX. et insert. LONDORPII Act. Publ. Tom. I. Lib. I. Cap. VII. pag. 655. edit. Francofurti ad Moenum 1668. Add. beati CHRISTOPH. IOAN. CONRADI ENGELBRECHT Prolegom. ad librum de seruitutibus Iuris Publici Thes. I. seq. pag. 2. seq. recus. Lipsiae 1739.

NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Inter eos commilitones, quorum amicitia visa mihi fuit iucundissima, Te iure meritoque, suauissime VHRHAN, puto referendum; siue enim animum aduertam ad felicitatem ingenii Tui, siue ad morum elegantiam atque integritatem, siue ad diligentiam prorsus singularem, qua adhuc in Georgia Augusta fuisti conspicuus, et praeeuntibus tum viris celeberrimis, tum me duce, in adyta Themidis penetrasti; pendeo animi quid prius laudem, quum necesse sit, vt omnia illa Tua faciam magni. Sed vt modestiae Tuae habeam rationem, taceo virtutes Tuas. Libet potius gratulari de acces-

sione

ſione laudum Tuarum, et de defenſione diſſertationis, meis auſpiciis craſtina luce a Te ſuſcipienda. Conatus huius euentum ſecundum Tibi vere auguror; coniicio enim de Te, artibus ingenuis et ſcientia legitima perpolito; de Te, qui haud ita pridem mihi conflictus moderatori publice non repugnaſti ſolum, ſed et in arena eadem tuliſti plauſum. In votis igitur habeo, vt, qui Tibi ex induſtria Tua fructus debentur, eos vberiores et praeſtantiores perpetuo capias, iisque Vir Ampliſſimus, parens Tuus optimus, tecum laetetur perfruaturque. Pergendum eſt in incepto. Domeſticae virtutis Tuae exemplum, quod in illuſtri WAHLIO, cognato Tuo honoratiſſimo, veneraris, Te ducet atque accendet pleno gradu tendentem ad famam nominis immortalem. Vt vero me aliqua ex parte in ſocietatem laudum Tuarum venire patiare, pro lege amicitiae noſtrae rogo, et fauſta exoptataque omnia Tibi apprecor feruidus. Göttingae die XXII. Sept. ann.

CIↃ IↃ CC XLVII.



II. Com-

II.

COMMENTATIO IVRIS PVBLICI

DE

IVSTIS REPRESSALIARVM

LIMITIBVS

TVM A GENTIBVS

TVM A STATIBVS S. I. R. G.

OBSERVANDIS

EX IPSIS LEGIBVS ACTIS PVBLICIS ET DIPLOMATIBVS

ERVTA

IN CATHEDRA DEFENSA RESPONDENTE

C. A. GRVSENBERG

L. L. C. GOTTINGENSI

ET IMPRESSA GOTTINGAE MDCCXLVI. IBIDEMQVE TYPIS
RENOVATA MDCCXLVII.

P

COMMENTATIO IVRIS PVBLICI

DE

IVSTIS REPRESSALIARVM LIMITIBVS TVM A GENTIBVS TVM A STATIBVS S. I. R. G. OBSERVANDIS.

§. I.
INSTITVTI RATIO.

Stringuntur arma contra hostes nostros, suscipiuntur repressaliae, quo haec scribimus, tempore; facere igitur non possumus, quin in hac commentatione exponamus argumentum, quod ad caussas istas aliqua spectare videtur ratione. Repressaliarum nempe limites iustos, a gentibus non generatim solum, sed et a Statibus S. I. R. G. speciatim obseruandos, ex genuinis publici priuatique iuris fontibus eruere, animus est.

§. II.
REPRESSALIARVM DEFINITIO.

Repressalias generatim vocamus, bellum minus solemne, *a*) quo personae aut res exterae ciuitatis, auctoritate principis, resarciendi damni caussa, detinentur. *b*) Speciatim vero

P 2 Repres-

a) Hinc SAMVEL STRYCKIVS in disp. de *via facti principibus imperii permissa*, Cap. I. §. XXVII. pag. 22. edit. Halae 1705. *Bella*, inquit, *et Repressaliae easdem habent proprietates, et vix nisi gradu hostilitatis ab inuicem differunt,*

b) Ad singulos homines notionem hanc deinceps adplicabimus; nam declarandum erit, quemlibet, in libertate naturali positum, repressalias suscipere posse, et, ob laesionem, laedentis vel bona auferre, vel hostem ipsum detinere, vt cumulate faciat satis. Summatim de his egi in thesibus iuris naturae de *repressaliis*, 1740. publicatis.

Repreſſalias dicimus, detentionem perſonae, aut bonorum, propter debitum alienum, denegatae vel protractae iuſtitiae cauſſa conceſſum. *c*)

§. III.
DE VOCABVLI REPRESSALIARVM VI ET POTESTATE.

Sunt, qui repreſſalias, detentionem perſonarum, vel bonorum, innocentis hominis, propter debitum alienum, tantummodo adpellant; haec autem denominatio iuſto anguſtior eſſe videtur; quum etiam repreſſaliarum vocabulum locum habeat, ſi, ob debita propria, res debitoris intercipiuntur, vel perſona eius detinetur. Praeterea ſatisfactio, ſeu ſolutio, eſt quaſi meta, quo, vt perueniat, elaborat laeſus; ſiue ab hoc, ſiue ab illo, ſiue ab hoſte ipſo ſingulari, ſiue ſociis eius obtineatur. *d*)

§. IV.

c) Infra §. XXXVI. et paſſim oſtendendum erit, bellum ipſum ſaepe reportare nomen repreſſaliarum; quemadmodum iſtius vocabuli poteſtas interdum indicat *Commiſſiones*, *Litteras Marcae*, cetera.

d) *Pignorationes*, *Arreſta* et *Sequeſtrationes*, differre a repreſſaliis, obſcurum eſſe, opinor, nemini; id quod pluribus euicit vim vocum quaerens PAVLVS MATTHIAS WEHNERVS *Practic. Iur. Obſeruat ſelect.* Cent. IV. pag. 682. n. 6. edit. Argentorati 1701. et SAMVEL STRYKIVS in diſſertatione iuridica de *iure pignorandi*, Cap. I. pag. 6. ſeq. typis excuſa Francofurti ad Viadrum 1690. Suo tamen loco de his erunt nonnulla a nobis diſputanda; hic tantum animaduertimus, *Retorſionem* non adnumerandam eſſe repreſſaliis, proprie ſic dictis, quia ſpeciatim locum tantum habet retorſio, quando ius, quo quis apud ſe erga extraneos vtitur, erga ipſum in aliis exercetur regionibus. Grauiter hoc argumentum enodantem vide ICtorum facile principem, illuſtrem AVGVSTINVM DE LEYSER *Meditat. ad Pandectas* Vol. I. Spec. XXX. pag. 310. impreſſ. Lipſiae et Guelpherbyti 1733. DAVIDEM MEVIVM *Deciſionum* Part. II. Deciſ. LIX. pag. 118. edit. Francofurti 1698. Attamen multos Dd. retorſio-

§. IV.
REPRESSALIARVM DIVISIO.

Doctrinae huius ſumma, quum redeat ad limites et iuſtitiam repreſſaliarum, iuſtitiam ipſam ſtatim adſtruendam a nobis eſſe, ſentimus. Repreſſaliae autem quoniam duplicis generis ſunt, ac modo laxantur contra hoſtem, modo contra eos, qui nos non laeſerunt, ſed tamen vinculo quodam morali, hoc eſt, iurium atque obligationum nexu ſpeciali, impliciti ſunt cum aduerſariis noſtris, (§. III.) de ſingulis ſeorſim erit diſpiciendum.

§. V.
HOSTES VI REPELLERE, GENTIVM IVRE LICET.

Laeſo in laedentem ius competere, lex ipſa naturae oſtendit luculenter. Libere igitur pronunciamus, iuris noſtri violatorem merito repelli, pro grauitate damni contracti, contrahendiue; quum nemo, ſecundum leges naturales atque externas, quas cogentes dicere ſolemus, ob aequalitatem ſummam, qua in ſtatu naturali gaudent omnes, teneatur, vt ſuſtineat iniurias, quamuis ſint leuiſſimae, vel ſcelus patiatur.

§. VI.
QVINAM SINT REPRESSALIIS AGITANDI?

Reprimere eos fas eſt, qui nobis nocuerunt; (§. V.) itaque nihil impedit, quo minus repreſſaliis illi iure a nobis agitentur, qui iuri perfecto noſtro aliquid derogarunt. e)

 §. VII.

torſiones ad repreſſalias referre, conſtat. Euoluatur E. CHAMBERS *Cyclopaedia, or vniuerſal Dictionary* Tom. II. ſub voce *Repriſals.*

e) Igitur temporibus antiquiſſimis viguit, vt noſtra aetate, vſus repreſ-

§. VII.

AN OB LAESIONEM AB ALIIS PERPETRATAM, REPRESSALIIS IVSTIS QVEAMVS ADFICI?

Facto alieno, in se considerato, nos non teneri, leges naturae condocent; anceps igitur est quaestio, an ob laesionem ab aliis perpetratam, repressaliis nos iure queamus adfici? Haec vt expediatur, ita nobis subducendae sunt rationes: Quum bellorum iustitia, ob laesiones susceptorum, satis euicta sit, secundum naturae decreta, quae iniurias vindicant, ac persequuntur, quibus societas aliqua lacerata fuit; videmus sane, quasi ea, quae oculis cernuntur, repressalias etiam, quas belli speciem diximus, recte a gentibus adhiberi. Peccata autem nonnulla ciuis nostri, vel principis, omnem nostram obligare rempublicam, atque ita vel innocentes incolas eius paratam ab aliis pestem haud raro participare, vel quod ciuibus singulis idem toti reipublicae decedere et accedere, ex nexu societatum, quae tanquam indiuidua considerantur in statu naturali, *f*) nec non ex gentium consensione, consuetudi-

pressaliarum. Ex HERODOTO, POLYBIO, IVLIO POLLVCE, LIVIO aliisque, exempla hanc in rem collegit PAVLVS BVSIVS *Subtiliorum Exercitationum Legalium* Lib. I. Cap. XVII. pag. 35. Coloniae Agrippinae 1626. euulgatarum. In Germania vero, inde a tempore interregni magni, quod FRIDERICVM II. excepit, praecipue adhibitae sunt. Conf. HENRICVS STERO in *Annal.* ad ann. MCCLXXV. insert. *Germanicarum Rerum Scriptoribus*, ex bibliotheca MARQVARDI FREHERI editis, Tom. I. pag. 391. excus. Francofurti 1624.

f) Haec non abludunt a *L. si alius, D. quod vi aut clam.* Confirmantur etiam iis, quae egregie proferuntur in litteris, a serenissimo Borussorum Rege ad Imperatorem augustissimum, diuum CAROLVM VI datis die IX. Ianuar. an. MDCCXX. coenobii Hammerslebiensis caussa. Quum enim

tudine, rationibus politicis, colligi sane potest, innumerabilibus. *g*)

§. VIII.

enim Caesar, sine iure esse monachos Hammerslebienses a Borussorum Rege repressaliis adfectos, pronunciaret, inter alia haec respondit Rex ille potentissimus: *Wenn auch die Conuentualen dermahlen an diesen Pfaeltzischen vnd Mayntzischen* consiliis *eigentlich vnd* directe *keinen Theil haetten, (welches ich an seinen Ort gestellet seyn lasse,) so sind sie doch* pars illius corporis, *welches die Euangelische vnuerantwortlich gegen die offenbahre Reichs-Satzungen durch böse* consilia, *dadurch man die grosse Herren verleitet, bedraenget, vnd daraus seinen Nutzen ziehet; derowegen haben auch alle vnd iede* membra *desselben, an der Schuld der* Commembrorum *Theil, zumahlen da ihr geistliches Haupt solche treubrüchige Rathschlaege billiget vnd gut heisset, wo nicht darzu incitiret, oder wenigstens, wie es gar leicht seyn koente, sie nicht dauon abhaelt. Weswegen dann die Conuentualen zu Hemersleben, oder andere, wann sie nach der Natur ihrer Hierarchie von wegen des Verbrechens ihrer* confratrum *etwas leiden müssen, sich allein über solche ihre Mitglieder vnd über gedachtes ihr Haupt selbst zu beschweren haben.* Vid. Continuatio II. Partis Generalis *des* TEVTSCHEN REICHS - ARCHIVS, edit. a IO. CHRISTIANO LVNIGIO pag. 1420. seq.

g) Ex historiarum monimentis id illustratur apud LEHMANNVM *Chron. Spir.* Lib. V. Cap. XCVIII. et DATTIVM Vol. *Rer. German.* Lib. I. Cap. IV. §. XL. pag. 25. Euolui etiam potest IO. NICOLAI HERTII. disp. *de modis constituendi ciuitates*, Sect. I. §. VI. Commentationum atque *Opusculorum* Vol. I. P. I. pag. 292. edit. cura IO. IACOBI HOMBERGK, Francofurti ad Moenum 1737. Exemplo singulari id ipsum etiam seculi huius anno XV. comprobatum fuit, quod auctor libri inscripti: *la Clef du Cabinet des Princes*, Tom. XII. pag. 278. his verbis, exposuit: *Au commencement de Fevrier on a publié à Copenhague une Sentence de Conseil de guerre, par laquelle il est porté, que* „les Officiers Suedois, qui furent „fait prisonniers par le Traité de „Tonningen, et qui se trouvent ab„sens des lieux, qui leur avoint été „assignez pour leurs prisons, seront „punis suivant les loix les plus seve„res faites contre les deserteurs, „au cas qu'ils soient pris.„ EN REPRESAILLES *le Roi de Suede fit publier à Stralsond le 12. Fevrier une pareille Sentence du Conseil de guerre con-*

§. VIII.

PRINCIPE PECCANTE CIVITAS INTERDVM OBSTRINGITVR OMNIS.

Ciuitates non raro turpiter et nequiter facere, nemo eſt, qui neſciat; ſiue dolus, ſiue culpa, iis haereat. Fingamus e. c. iuſtitiae adminiſtrationem ſemel eſſe fidei principis commiſſam creditamque, conſenſu totius cuiusdam gentis; fingamus porro, principem iſtum, ius non perſoluere, ſed polluere, perturbare atque conuellere, interponentem ſuum iudicium, ſeu de litibus vel ſubiectorum, vel exterorum, pronunciantem: Quis quaeſio tunc non perſpicit, ſubiectos, qui huic concrediderunt iurisdictionem et ſummam poteſtatem, ex improbitate eius obligari, quum huius cauſſae morales minus principales dici queant? Omnino conſpirant cum his *L. 8. L. 21. D. mandati vel contra, L. 9. ſ. 1. D. quod metus cauſſa geſtum erit, L. 23. D. de minoribus viginti quinque annis, auth. ſi vero dominus temporalis, C. de haereticis et Manichaeis, c. 55. negligere, cauſa 2. quaeſt. 7. c. 5. conſentire, diſt. 83. c. 3. facientis, diſt. 86. b)* Inde efficitur, iure poenas luere, ſiue omnes, ſiue quosdam, qui in eiusmodi culpae ſocietatem venerunt.

§. IX.

contre les Officiers Danois priſonniers, qui n'ont pas été échangez: leurs étant cependant enjoint de revenir dans un tems limité, pour reſter priſonniers jusqu' à ce que le Roi de Dannemarck ait exécuté les conditions du ſusdit Traité; cetera. Quamuis negari non poſſit, latiori ſenſu vocabulum *repreſſaliarum* hoc loco adhiberi.

b) Legatur Card. TVSCHVS ſub lit. A. *Pract. Concluſ. Iur.* Concluſ. CCCCXXXI. pag. 219. et HENRICVS HAHNIVS in Diſſ. *de Repreſſaliis,* memb. VI.

§. IX.

OB AES ALIENVM VNIVERSITATIS, REPRESSALIAS DECERNI POSSE, TRADITVR.

Quae diximus, ea possunt ad aes alienum adplicari, contractum ab vniuersitate; nam membrum quoduis obligari potest ad solutionem eius, ob arctissimam iurium communionem, in isto statu sancitorum; (§. VIII.) quamuis aequitas permittat fidem liberanti regressum ad totum corpus morale, contributionemque singulorum, saluti publicae inseruientem, requirat. *i*) Ergo repressaliarum vsus, et in hoc casu, cum iure conuenit naturali. Si vero vniuersitas, quae nummos debet, propria bona possidet, singuli ciues haud excutiendi sunt, quoniam publica bona in eum finem quaesita atque collecta videntur, vt iis vniuersitatis onera commode sustineantur. *k*) Attamen non opus est exteris ciuitatibus, vel in statu naturali constitutis hominibus, hac disquisitione; sed exigere et extorquere nomina possunt, siue principem nostrae reipublicae, siue ciues nonnullos, detineant; quoniam hi omnes ens vnum morale efficiunt, si comparantur cum aliis ciuitatibus, vti antea monuimus. *l*)

§. X.

i) Conf. PETRVS FRIDERVS, Mindanus, de *Processibus, mandatis et monitoriis* Lib. I. Cap. L. pag. 305. edit. Francofurti ad Moenum 1595.

k) Quamuis cum hac regula gentium mores non semper conueniant. Vid. SAMVELIS STRYKII disp. de *iure nauium*, Cap. II. §. VIII.

l) Vid. *L. sicut*, §. *I*. *D. quod cuiuscunque vniuersitatis nomine*, et IO. GEORG. SIMONIS *Praesidium Academicum* Tom. I. Disp. XX. pag. 1097.

Q

§. X.
DVBIA EXPEDIVNTVR.

Iniquiſſimum quidem multis id videtur, ſi res noſtrae, nobis, ab officio haud deflectentibus, eripiuntur repreſſaliis; prouocant ad *L. 11. D. de R. I. Nouell. 52. cap. 1. Nouell. 134. cap. 4. L. vn. C. vt nullus ex vicaneis*, *L. 7. §. 1. D. quod cuiuscunque vniuerſitatis nomine*, *m)* et cauſſam hanc interſerunt, haud obligari poſſe ſubiectos, qui autoritate, vel conſenſione ſua, principis facinus non muniuerunt. Sed has rationes iam fregimus; eas enim repugnare §. VIII. et §. IX. tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Non negamus, incommoda ſaepe oriri admodum funeſta ex repreſſaliis, ſi e. c. principis iniquitas illas excitauit; verum nihilominus ea perpeti et perferre mala, eo magis debemus, quoniam etiam vtilitates et fructus, ex eiusmodi vinculo ciuitatis, ad membra quaelibet eius redundant. Praeterea, quum inituri ſocietatem ciuilem, legum, in ea vſitatarum, ignari eſſe non debeant, quo iure labem illam conqueri poſſint, dum pro ciuibus, vel principe obligantur, illis legibus conuenienter congruenterque, equidem non perſpicio. *n)* Denique, vti imperfectio partis, ad totius perfectionem haud raro aliquid confert, ita etiam repreſſaliae adſcribendae ſunt publicae ſalutis remediis optimis. En verba SVAREZII in Lib. de *Legibus* C. VII. n. 4. *Contra omnem rectitudinem eſt bonum commune ad priuatum ordinare, ſed totum*

m) Ex his legibus colligunt multi, iniuſtas eſſe repreſſalias prorſus omnes; ſed, quum ſermo in iis tantum ſit de pignorationibus, ab hominibus priuatis, ſine principis vel magiſtratus conſenſione, ſuſceptis; intellectu facile eſt, Romanis legibus iſtis prohibitionem non in eſſe vniuerſalem. De his deinceps fuſius.

n) Vid. Dd. ad *L. 27. D. de rebus creditis, ſi certum petatur.*

tum ad partem propter ipsum referre. Igitur quum lex pro communitate feratur, illius bonum prae se primario procurare debet. o) Quibus subiungere liceat maxime apta illa HVGONIS GROTII *de iure belli et pacis* Lib. III. Cap. II. §. II. pag. 760. edit. Francofurti ad Moenum 1696. „ Iure gentium voluntario „ induci potuit et inductum apparet, vt pro eo, quod debet „ praestare ciuilis aliqua societas, aut eius caput, siue per se „ primo, siue quod alieno debito ius non reddendo se quoque „ obstrinxerit, pro eo teneantur et obligata sint bona omnia „ corporalia et incorporalia eorum qui tali societati aut capiti „ subsunt. Expressit autem hoc quaedam necessitas, quod „ alioqui magna daretur iniuriis faciendis licentia, quum bona „ imperantium saepe non tam facile possint in manus venire, „ quam priuatorum, qui plures sunt. Est igitur hoc inter „ iura illa, quae, Iustinianus ait, vsu exigente, et humanis ne„ cessitatibus a gentibus constituta. Non autem ita hoc natu„ rae repugnat, vt non more et tacito consensu induci potu„ erit, quum et fideiussores sine vlla causa ex solo consensu „ obligentur. Et spes erat, facilius membra eiusdem societa„ tis a se mutuo ius consequi posse, et indemnitati suae consu„ lere, quam externos, quorum multis in locis exigua habe„ tur ratio: deinde commodum ex hac obligatione commune „ erat omnibus populis, ita, vt, qui nunc eo grauaretur, alio „ tempore indidem subleuari posset; „ cetera. Quum igitur modo adlata in medium, non paucis stabiliantur institutis et legibus, ac firmentur e. c. angariis, parangariis, *p*) aliisque exem-

o) Conf. *L. 3. C. de primipilo, L. vn. §. 14. C. de caduc. tollendis. L. 51. §. 2. D. ad Legem Aquiliam.*

p) Angariarum ius exponunt IO. FRANC. STYPMANNVS *Iuris Maritimi* Part. V. Cap. I. n. 23. pag. 608. *Scriptorum de iure nautico fasciculi*, cum praefatione beati IO. GOTTL HEI-

exemplis illuſtrentur; viam quoque repreſſaliis patefacere publicam vtilitatem, arbitramur. *q*)

§. XI.

AN LITEM DEBITORI VERO CREARE IS QVEAT, QVI REPRESSALIAS PRO VERO DEBITORE PASSVS EST?

Perpendamus autem, an litem debitori vero creare is queat, qui repreſſalias pro vero debitore paſſus eſt? A malis natura nos declinare, adſerunt multi, nec cum damno aliorum nos fieri debere locupletiores. *r*) Ex his enunciationibus conficiunt concluſionem hancce: debitor verus liberatur repreſſaliis; ergo, ſecundum aequitatem naturalem, regreſſum ad verum debitorem habet is, qui repreſſaliis eſt laceſſitus, quum hic ipſe aere alieno non fuerit obſtrictus. Quae quidem opinio, ſpecie quadam ſua eſt commendabilis, licet ex iure perfecto, ſiue cogente, ad reſtitutionem verum debitorem eſſe obligatum, non poſſit demonſtrari. Hinc pedibus haud eo in ſententiam eorum, qui actionem in ſtatu ciuili proditam eſſe, adfirmant, iis, qui repreſſalias ſuſtinuerunt. Prouocant quidem ad actionem legis Aquiliae, ſpeciatim ad *L. qui occidit, §. 3. in hac actione, D. ad Legem Aquiliam*, et confirmatione

HEINECCII excuſ. Halae Magdeburgicae 1740. IO. SELDENVS in libro de *mari clauſo* pag. 187. ſeq. typis exſcripto Lugduni Batauorum 1636. IOANNES BRVNNEMANNVS ad Tit. C. de *curſu publico et Angariis et Parangariis*, pag. 1350. ſeq. commentarii Lipſiae edit. 1679.

q) Huc facit CHRISTIANI LVDOVICI STIGLITZ diſp. de *iure imperantium in ius quaeſitum ſubditorum*, reſpondente IO. FRIDERICO FALCNER Lipſiae 1713. defenſa.

r) *L. 206. D. de R. I.*

tione eam hac exponunt: Actio legis Aquiliae conceditur tam contra eum, qui per ſe intulit damnum, quam contra eum, qui iniuriae occaſionem ſuppeditauit; atqui debitor verus, damni occaſio eſt; itaque cum hoc poſſumus lite certare. Verum I. ne dicam de reſtrictionibus innumeris propoſitionis minoris, id ſaltem obſeruare liceat, actiones in perſonas oriri vel ex contractu, vel ex delicto; quomodo igitur adfirmari poteſt, debitorem verum, et eum, qui loco debitoris repreſſaliis laeſus eſt, iniiſſe contractum, vel obligationem perfectam ex illicito facto eſſe ortam? II. Conſtat inter omnes, in *L. 30. §. 3. D. ad L. Aquil.* de cauſſa agi phyſica, debitorem vero repreſſalias non phyſice ſed moraliter efficere, atque ita ne aequalem quidem vtrinque ſubeſſe conditionem. Praeterea III. ſi repreſſaliarum in ſtatu ciuili naturam conſideramus, patet, manare has ex denegata a magiſtratu noſtro iuſtitia; Ergo detrimentum magiſtratus, *s*) non autem debitor verus, iniungit; Ergo nec debitor adſtringendus eſt, vt repreſſaliis laceſſito faciat ſatis. *t*)

§. XII.

NEQVE ACTIONEM NEGOTIORVM GESTORVM, NEQVE CONDICTIONEM EX LEGE, HAC IN CAVSSA HABERE LOCVM, ADFIRMATVR.

Iure ſtricto debitor verus non obligatur ad ſatisfactionem vel reparationem praeſtandam ei, qui repreſſaliis vexatus eſt.

 (§. XI.)

s) De actione contra iudicem inſtituenda, cuius cauſſa repreſſaliae ſuſceptae ſunt, legendus eſt CHRISTOPHORVS CRVSIVS in tractatu *de indiciis omnis generis furturum*, Part. III. Cap. XXIV. n. 17. pag. 90. typis exſcripto Rinthelii 1682.

t) Huc ſpectat FRIDERVS de *Proceſſibus* L. I. Cap. XLVIII. pag. 295.

(§. XI.) Ergo *actio negotiorum gestorum* eum in finem adplicari nequit, vt obtineatur restitutio a vero debitore; quum quasi contractus nullum vestigium in repressaliarum exercitio occurrat, et haec actio iis tantum competat, ad quorum commoda negotium gestum spectauit. *u*) Quomodo is igitur, qui vi, metu, vel malo adductus, repressalias sustinuit, haberi potest pro eo, qui omnia ad alterius caussae commodum, atque vtilitates, torquere studuit? Sane homo eiusmodi sponte alterius negotia non gessit, nec mera passio repressaliati aliquid gerere videtur; hic igitur negotiorum gestoribus non est adnumerandus. Conf. *§. 1. I. de obligationibus, quae quasi ex contractu nascuntur.* Denique fructus nulli redundant ad debitorem, si repressaliis alii adficiuntur. Ergo vel ex hac ratione elucet, frustra remedium illud iuris adplicari. Multo igitur minus ii rem acu tetigisse videntur, qui *condictionem ex lege*, de qua vid. *L. vn. D. de condictione ex lege*, hoc in casu dari, arbitrantur. Nam haec ex obligatione, lege noua introducta, si eadem lege cautum non sit, quo genere actionis aliquis vti debeat, nascitur. Iam vero probauimus, debitorem verum non esse obligatum; (§. XI.) Ergo inde haud fluit iuris stricti probatio, vi cuius repressaliis lacessitis hominibus satisfactio tribui debeat. Porro, ne obligatio quidem consuetudine, seu iure non scripto, conficitur, quae debitorem ad resarciendum damnum, a creditore datum, adstringere queat. Experientia enim ipsa multis in locis repugnat, eaque diuturna. Id quidem non negauerim, in eiusmodi caussa iudicis officium intentari posse, secundum *L. quod si minor, §. fin. D. de minoribus XXV. annis;* sed illas leges Romanorum exiguo hic esse emolumento, et nullum habere in statu naturali vsum, constat.

§. XIII.

u) *L. mandasti, 46. D. de negotiis gestis.*

§. XIII.

PVBLICAE VTILITATIS CAVSSA, CIVIBVS IISQVE INNOCENTIBVS IVRA HAVD RARO CADVNT.

Summa morum ſanctitate conſpicuus civis tenetur interdum ſocii ſui improbitate, atque hinc laeſioni huius ſatis facere debet; (§. X.) id quod ſi recuſat, repreſſaliis iure poteſt vexari; praecipue eam ob cauſſam, quia ratione alia iuris exercitium mutuum inter gentes vix poteſt certum reddi et ſtabile. Praeterea, ſua aequitate haec eſt regula commendabilis: vtilitas publica priuatae praeferatur: quam in ciuitatem coaleſcentes, tanquam legem ſupremam, condere ſolent mortales. Licet igitur acerba haut raro adhibeantur remedia, vt veros fructus eius adipiſcamur, comprobanda tamen erunt, ob perfectiones inde oriundas infinitas. (§. X.) Publicae igitur vtilitatis cauſſa, priuatis iura cadunt, tam naturae legibus, quam ciuilibus conuenienter; et ad ciues, aliorum culpam redimentes, vel diſpendia ad aſſem refundentes, ne exteri in mala incidant, ſpectare videtur ipſa *L. 1. ʃ. ʃ. D. furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios.*

§. XIV.

QVAE DIXIMVS, EA AD REPRESSALIAS ADPLICANTVR.

Volenti non fieri iniuriam, expediti iuris eſt; itaque ciues, optima quaeuis vniuerſitatis exoptantes, eo minus de repreſſaliis expoſtulare debent, quo magis publica vtilitas priuatae eſt anteferenda, et illa vſum repreſſaliarum efflagitat, quemadmodum ſponte et vltro a gentibus inductae ſunt repreſſaliae. Et ſane plura iuris extant decreta, quae vel debent neceſſitati

ſuam

ſuam originem, vel ex aliis fontibus defluunt, veluti ex commoditate et iucunditate. *x*) Quis e. c. fideiuſſorum non agnoſcit obligationem? quum tamen ſolo conſenſu, et ſaepe nulla alia ratione, deuinciantur.

§. XV.
REPRESSALIARVM IVSTITIA FIRMATVR VARIIS ARGVMENTIS.

Suppetunt plures cauſſae, quae iuſtitiam repreſſaliarum defendunt, quamuis homines innocentes iis agitentur. Prodeat ea in medium, quae ex belli natura effloreſcit. Si iniuriis iactati homines eas propulſant armis, aequi rerum aeſtimatores id probant; (§. VII.) Quum vero gentium iure, bellum non iis paremus ſolum, qui ἀμέσως nos offendunt, ſed et ſociis iſtorum, ſiue omnibus, qui vinculo morali illis ſunt iuncti; ergo et repreſſaliae extenduntur aeque late, ac bellum, iisque homines perſequimur in ſe innocentes; κ. τ. λ. Contrariam ſi defenderemus ſententiam, eſſet pronunciandum, bello plane nec decertandum, nec repreſſaliarum formam tentandam eſſe: quoniam incumbentes ad bella, vel ad repreſſalias, impedire nequeunt, quominus tam contra eos moueantur, qui immediate laeſionem admiſerunt, quam reliquos, a quibus iniuriis lacerati non ſunt. His igitur remediis ereptis, eripitur id, per quod vis et iniuria, et omnino omne, quod obfuturum eſt defendendo aut vlciſcendo, propulſatur. Vnde elucet, repreſſaliarum iuſtitiam, indirecte etiam firmari. Attamen laudibus decorandum eſt inſtitutum nonnullarum rerumpublicarum, cum aequitate naturali conueniens, quo ciues, pro quibus aliquis ſuſti-

x) Lumen his praeferunt *L. 14. aedificia, C. de operibus publicis L. 9. ſi cui, C. de aedificiis priuatis.*

sustinuit repressalias, satis facere tenentur repressaliis agitato; (§. IX.) y) quanquam restitutio eiusmodi non requiritur, si grauissima reipublicae incommoda videntur inde manare. z)

§. XVI.

y) Quae IO. COEPPEN Lib. II. obseruatione IV. pag. 9. *obseruationum practicabilium*, edit. Lipsiae 1621. et *Decisionum* Quaest. XXXVI. fol. 95. b. seq. et DON GARSIA MASTRILLO *Decis.* CLXIV. *Decisionum Consistorii sacrae regiae conscientiae regni Siciliae*, excus. Coloniae Agrippinae 1660. exposuerunt, a nobis dicta firmant. Praesertim vero excitanda probandaque mihi videtur CONSTITVTIO AVRELIANENSIS, ex cuius Art. CX. inter alia haec percipimus: *Cum institor mercatoris cuiusdam Bononiensis, captiuus Dubris pro domino suo detineretur, praedictus dominus ad institorem suum e carcere liberandum condemnatus fuit*, cet. Conf. IO. PAPONIVS in *Append. Arrestorum* Lib. V. Tit. III. pag. 126. Luce haec complent variae gentium conuentiones legesque; euoluatur e. c. IO. WOLFGANG RENTSCHEN *Brandenburgischer Ceder-heyn*, Part. II. Cap. I. pag. 327. edit. Baryruthi 1682. qui tradidit sequentia: *Sambstags nach Viti hat der Churfürst* GERLACH *zu Mayntz dem Burggrafen* (IOANNI II.) *sich mit geschwornem Eyde obligiret, den Schaden, den der Burggraf nehmen würde, an Kosten, Rossen, Pferden, grossen vnd kleinen, an gefangenen Leuten, oder wie es von seinet wegen zu schaden kaeme, gut zu machen, gegen Iuden oder Christen, von welchen Sachen der Schaden entstehen mag*; cetera. Cuiusmodi exemplum reperimus in instrumento inscripto: *Thüringische Grafen Submission gegen den Marggrafen* HEINRICHEN *von* MEISSEN, *dass sie solchen vor den Landes-Herren erkennen*, quod anno MCCXLIX. confectum est, et extat in Parte V. *oder dem Additamento Historiae Saxo-Gothanae*, edit. a IOANNE BASILIO nobili a GLEICHENSTEIN pag. 197. typis exscript. Francofurti ad Moenum et Lipsiae 1716.

z) Hic est memorabilis *Landfried von* WENCESLAO *Römischen König mit Rath des Heil. Röm. Reichs Chur- vnd Fürsten, Grafen vnd Staedten, zu Erhaltung der allgemeinen Sicherheit vnd Ruhe auf 6. Iahr aufgerichs zu Eger, auf Walpurgis* 1388. apud LEHMANNVM in *Chronic. Spir.* Lib. VII. Cap. LXIX. pag. 758.

§. XVI.
DE REPRESSALIIS INIVSTIS TVM IVRE GENTIVM, TVM IVRE CIVILI.

Repressalias si defendimus, nemo non intelligit, iustos limites, hoc est, caussas nos legitimas, modumque conuenientem, requirere; vti enim bella improba saepe sunt, atque concitari queunt a violatoribus iurium nostrorum, seu iis, qui a nobis lacessiti non sunt, ita etiam subinde ad repressalias iniustas concurrunt homines, si nimirum peperit eas eadem iniquitas, quae nefanda bella serere potest. *a*) Minime vero iis adstipulari licet, qui, ex iuris ciuilis praeceptionibus, repressalias omnes penitus satagunt repudiare. Quamuis enim in *Authent. vt non fiant pignorationes*, prohibitae sint repressaliae; haec tamen lex adstringit tantum imperio Caesaris subiectos prorsus homines; nam admittit a nobis §. X. constitutos limites, *b*) et infra pluribus restrictiones explanandas; primo autem loco erunt a nobis iustae repressaliarum caussae paulo latius enarrandae.

§. XVII.
AN REPRESSALIIS STATIM TENTARE EOS LICEAT, QVI IVS NOSTRVM QVALICVNQVE RATIONE PERTVRBARVNT?

Ob laesionem quamuis, bellum capessere licet, si naturae ius sequimur; Ergo repressaliis quoque tentare eos possumus,

a) Adnumeratae hinc iniustis repressaliis illae a multis sunt, quas Hispanos suscepisse anno seculi huius XIX. contra Britannos, constat, de quibus vid. *la Clef du Cabinet des Princes* Tom. XXX. pag. 26. Ceterum conf. FRANCISCI HOTOMANNI de *feud. disputatio* cap. XLV. pag. 126. excus. Lugduni 1658.

b) Euoluantur HENNING. GODEN *Consilia*, Conf. V. n. 39. pag. 219. edit. Budissinae 1563. et LE BRET *de la*

mus, qui ius nostrum qualicunque ratione perturbarunt, vel iniuria nos lacerarunt vlla; Ergo laesus, obligatione perfecta, ad vsum remediorum leniorum, veluti ad transactiones, et similia, quae paci inseruiunt instituta, iure stricto non adducitur, sed statim hosti bellum moliri potest. *c*) Tribuat enim sibi ipsi mala, quae immediate cum laesione connexa sunt, qui induxit aliquem ad iracundiam. Quum vero, sine necessitate, non facile ad bellum vel repressalias eamus, si prudentiae *d*) et iustitiae internae, seu humanitatis officia, adcommodare velimus ad res nostras, quilibet perspicere poterit, mitiores defendendi modos interdum anteferendos esse, *e*)

la Souveraineté du Roi Lib. II. Th. XIV. pag. 300.

c) De his consulatur *Königs* GVSTAPHI ADOLPHI *Manifest, welches seinet wegen publiciret worden, als er auf Teutschen Boden kommen, Anno MDCXXX.* apud LVNIGIVM *des Teutschen Reichs-Archivs* Part. Special. Contin. 1. pag. 359.

d) Istam ob caussam in Imperio nostro Romano-Germanico, aduersus exteros principes, haud facile ab Imperatore vel summis tribunalibus nostris decernuntur repressaliae; vid. COLERVS de *Processʃ.* Part. I. Cap. II. num. 283. et Part. II. Cap. III. num. 346. Interdum vero susceptas eas a Germanis esse consensione Caesaris, perspicimus ex actis comitiorum Augustanorum, anno MDLXXXII. habitorum, in quibus nimirum repressaliae contra Angliae Reginam decernebantur, in comitiis Ratisbonensibus, anno MDXCIV. celebratis, firmatae. In aliis regionibus varia hanc in rem cauta sunt: ita e. c. in Hispania repressalias moliturus, litteras requisitorias ab vna curia ad aliam mittere debet, priusquam descendat ad repressalias. Conf. CONSTITVTIO CATALON. sub Tit. *de march. et pignor.*

e) Quapropter etiam conuentionibus legibusque saepe praescribuntur. Vid. *den* WORMSISCHEN DEPVTATIONS ABSCHIED, anno MDLXIV. confectum, §. IV. *dann erstlich so begebe sich;* pag 714. Recess. Imper. edit. Moguntiae 1692. Hinc quoque gentes interdum repressalias tantum minitantur iis, qui laesionem perfecere. Ita e. c. anno MDCLXXXIII. iussu Gallorum Regis, praefectus Alsatiae illustrissimus

et plane exulare tam bella, quam repressalias; vel repressalias praemittendas esse bello solemni, *f*) nisi publica salus violenta statim praecipiat remedia. Nunquam igitur obscurabitur excelsa humanitas, et clementia mirabilis AVGVSTISSIMI REGIS nostri, qui ab Hispanis nuper illatas Britannis iniurias, non statim bello, sed repressaliis, propulsare adlaborabat.

DE LA GRANGE ad Regiminis Austriaci consiliarios, die VII. Sept. has dedit litteras:

Messieurs

Der Koenig ist informiret worden, dass die Vniuersitaet zu Freyburg, vnerachtet dieselbe sampt der Stadt, vnd ihren Dependentien ihm cedirt; ihrer Einkünften priuirt worden seye, dannenhero ich von Sr. Maiestaet die Ordre erhalten, dass ich denenselben hievon schreiben vnd bedeuten solle, dass im Fall sie besagter Vniuersitaet dero saemptlichen Gefaelle nicht wieder accordiren vnd zukommen lassen würden, besagte Maiestaet den Befehl ertheilen werden, DASS MAN SICH DER REPRESSALIEN BEDIENEN SOLLE. *Ich halte mich aber versichert, dass dieselbe ein solches nicht gestatten werden, indeme ihnen bekannt ist, dass man nichts anders begehre, als was billich vnd raisonnable, vnd durch den letzteren Nimwegischen Friedenschluss abgetreten worden ist. Ich erwarte von denenselben hierüber dero Antwort instaendig vnd verbleibe*, cet. Vid. LONDORPII *Acta Publica* Tom. XI. Cap. CLXIV. pag. 562. et augustissimi Imperatoris *Decretum Commissionis*, hanc ob caussam confectum, quod extat *Actorum Publicorum* Tom. XII. seu continuationis Londorpianae Tom. VIII. pag. 72. seq.

f) Repressalias statim laxandi ius, variis etiam priuilegiis ab Imperatoribus Romanorum concessum est ciuitatibus quibusdam. Conf. priuilegium Aquisgranensibus a FRIDERICO III. anno MCCCCLXVII. datum, quod legitur in LVNIGII *Teutschen Reichs-Archiv* Part. Special. Contin. IV. num. IX. pag. 61. Sed conuentiones etiam initae sunt a principibus nonnullis, quae impediunt eiusmodi defensionem; hinc narrat RENATVS CHOPPINVS de *Domanio Franciae*, Lib. III. Tit. XXV. pag. 564. sancitum esse foedere, inter Francorum et Arragoniae principes inito, ne ad priuati hominis libellum regiae repressaliarum litterae darentur; sed is primum quidem a prouinciali iudice ius peteret, quo non impetrato, regis exteri fidem praesidiumque imploraret, repulsam demum passus confugeret ad principis sui rescriptum pignoratitium.

bat. Qua propter improbamus illustrissimi SANDWICHII sententiam, qui in summo Britannorum senatu, hanc in rem anno MDCCXL. die VIII. Decembris protulit sequentia: *It is now above a year and a half since* REPRISALS *were resolved on, and above a year since war was declared against Spain: When the* REPRISALS *were issued, every man in the kingdom foresaw, except those who should have foreseen, that a declared war would be the certain consequence of those* REPRISALS; *and therefore every man in the kingdom, except the persons concerned in our administration, condemned that method of beginning hostilities. Even tho' we had supposed, that a declared war would not be the certain consequence, yet considering the nature of our quarrel with Spain, the method of* REPRISALS *was the most improper we could take for obtaining redress. When a nation has been no way injured, but in its property, or in the property of its subjects, reprisals may then be sufficient for obtaining reparation; but when a nation has been insulted, and its most valuable rights not only invaded, but expresly denied, an immediate declaration of war is the only proper remedy. In such a case, to think of contenting ourselves with reprisals only, was but a new pattern of that irresolute conduct, of which we have of late years given so many and such destructive exemples.* Haec leguntur in libro inscripto: A COLLECTION OF THE PARLIAMENTARY DEBATES IN ENGLAND *from the year MDCLXVIII. to the present Time,* Vol. XX. pag. 465. seq. edit. Londini 1742. Sed videmus etiam in eiusdem libri pag. 473. opinionem istam solidis à Duce NEWCASTLE rationibus repudiatam.

§. XVIII.
REMEDIIS MITISSIMIS QVANDO LOCVS SIT?

Remedia mitiſſima interdum damni aliquid contrahunt, experientia teſte; ſi igitur occaſio rem bene gerendi, et vim a ſe prohibendi, tutior ſe offert, quam ſtudium ſenſim atque moderate adrependi, ſeque adplicandi ad amicitiam eius, qui hoſtis noſter eſt, tunc gentium iure reiicimus §. antecedente propoſitam reconciliationem. *g*) Ergo ſaepe armis, vel ipſa manu, iniuriis eſt repugnandum, ita, vt a iuſtitia eo minus recedamus, quo magis hoſtis iure omni excidit, quippe qui ad humanitatem, vel magnitudinem animi, obligare poteſt neminem. *h*)

§. XIX.
IVDICIS INTERPELLATIO NON SEMPER EST NECESSARIA REPRESSALIAS LAXATVRO.

In ſtatu mere naturali ad repreſſalias ſtatim confugere licet, ſi laeſi ſumus; (§. XVII. et §. XVIII.) hinc etiam debita liquida excutere valemus. Ergo interpellatio apud iudicem competentem facta, iure gentium non eſt ſemper repreſſaliis praemittenda, nec remedia leniora neceſſaria ſunt. (§. excit.) Igitur naturae ius non praecipit, vt ante repreſſaliarum vſum expetatur iuſtitiae adminiſtratio; licet moribus id ſit paſſim conſtitutum, *i*) conuentionibusque ſtabilitum, vt rei plerumque

g) Neceſſitas ipſa moram omnem, et interpellationem, excludit ſaepe prorſus. Lectu digna delibari poſſunt ex rebus anno MDCXXX. geſtis, et deſcriptis THEATRI EVROPAEI Lib. VII. pag. 351.

h) Firmari haec iis poſſunt, quae leguntur in PARLIAMENTARY DEBATES Vol. XX. pag. 466.

i) Ita Romani, priusquam aduerſus

que sint prius euocandi, *k*) et admonendi, vel principes horum, vt molestiis leuent laesum; *l*) recusantes autem hoc ipsum,

sus Illyrios arma mouerent, qui naues Romanorum infestauerant, Teucham reginam per legatos interpellarunt, vt nauigantibus emendari iuberet illatum damnum. Vid. POLYBIVS Hist. Lib. II. apud IACOBVM MENOCHIVM de *Arbitrariis Iudicum Quaestionibus et Caussis* Lib. II. Cent. VI. pag. 689. edit. Coloniae Agrippinae 1684. Pari modo HOMERVS perhibet, Graecos, antequam armis Troianos lacesserent, ad Troianos Menelaum et Vlyssem legatos misisse, repetendae Helenae et iniuriae resarciendae caussa. Hinc GOTRICVS Danus, CAROLVM M. bello persequentem Saxones, dehortabatur eadem ratione; teste MEVRSIO *Histor. Dan.* Lib. VII. Quod etiam CANVTVS exemplo suo comprobauit; vid. idem MEVRSIVS in vita NICOLAI. Nostra aetate id etiam saepe fit; vti e. c. anno MDCCXVI. interpellationem eiusmodi adhibebant Hispani, quia Britanni quasdam naues Hispanicas occupauerant, de quibus commentatur auctor libri inscripti: *Iournal Historique et Politique sur les matieres du tems* Tom. XXV. pag. 353.

k) Venetorum hac in re mores descripsit PAVLVS DE CASTRO, *Consiliorum* Part. I. Consil. CCCCXXIV. pag. 221. impress. Francofurti 1582. COMINAEVS autem *Lib. V. Histor.* ex interpretat. Latina, de EDVARDO IV. Angliae Rege haec exposuit: *Datis ad Gallum litteris bellum ei denuntiabat, quarum haec erat summa, vt Galliae possessionem, quae iure ad se pertineat, sibi reddat, quo nobilitatem et ordinem ecclesiasticum pristino iuri et libertati restituat. Id si non impetret, earum calamitatum, quae postea sint ex hac iniuria nascitura, culpam a se remouebat.* His addit COMINAEVS sequentia: QVAE QVIDEM CONTESTATIONIS FORMVLA, EST VSITATA PRINCIPIBVS, DVM ALTER ALTERI HOSTEM SE PROFITETVR. Quae verba, licet spectent ad bella solemnia; attamen, secundum gentium mores, adplicanda quoque sunt ad minus solemnia, seu repressalias; Conf. nota *e*) ad §. XVII.

l) Hinc Dd. disquirunt, vtrum ob iustitiam, ab inferiore iudice denegatam, adeundus sit superior illius iudicis, priusquam repressaliae suscipi queant? aientem sententiam, cum aequitate conuenientem, firmat HENNING. GODEN, Consil. XXXIV. num. 39. pag. 219. *Consiliorum* 1563. Budissinae editorum; hanc vero opinionem consuetudine non corroborari, rerum tradunt scriptores; ita scimus, duobus

ipſum, repreſſaliis iure opprimi videantur. *m*) Quae quidem ex ſtatu ciuili nata et profecta eſt conſuetudo, in quo ad competentem iudicem res primo trahitur, et ob iudicis ſordes, vel iniquitatem, ſiue παράνομος ſiue ἄδικος ſit ſententia, poſtea denique deſcenditur ad repreſſalias. *n*) Huc ſpectat, Imperium Romano-Germanicum ſi conſideramus, ORDINAT. CAMER. IMPER. Part. II. Tit. I. §. *Es ſoll auch*, et. Tit. VIII. §. *Wo ſich aber*.

§. XX.

bus arreſtis Gratianopolitanis anni MCCCCXLVIII. contrarium fuiſſe ſancitum, nec non alio arreſto anni MCCCCXLVI. aduerſus Sabaudos, pro RVPECHINARDO, itemque aduerſus Ducem Burgundiae et ipſius ſubiectos, pro quodam CAPIDORACIO decreto. Conf. IOANNIS PAPONII *Deciſionum et rerum iudicatarum*, ſiue, vt vocant, *Arreſtorum, in diuerſis atque ſupremis Franciae tribunalibus et Parlamentis tractatorum corpus*, Lib. V. Titulo II. pag. 125. edit. Francofurti 1624.

m) Itaque etiam *clarigatio*, cum repreſſaliis magna ex parte conueniens, olim requirebat indictionem futurae executionis, teſte ANDREA GAILIO in libro ſingulari de *Pignorationibus* Obſ. II. pag. 179. Vocatur autem a multis *Elaregatio*: Denunciatio belli ſolennis; legati enim ad hoſtes mittebantur, res raptas clara et apta voce repetentes. Vid. SERVIVM ad Virgilium paſſim.

n) Dudum eſt ICtis obſeruatum, tam iuſtitiae denegationem, quam ſententiam iuri manifeſto repugnantem, repreſſaliis refraenandam eſſe. Vid. HVGO GROTIVS de *iure belli et pacis*, Lib. III. Cap. II. §. V. pag. 763. edit. Francofurti ad Moenum 1696. Proin cognitionem cauſſae, repreſſaliis praemittendam eſſe, liquet, id quod etiam in variis gentium conuentionibus praecipitur; v. c. Articulo XXII. Pacis Monaſterii Weſtphalorum inter PHILIPPVM REGEM HISPANORVM et PRAEPOTENTES DOMINOS ORDINES GENERALES FOEDERATARVM BELGII PROVINCIARVM confectae die XXX. Ianuarii ann. MDCXLVIII. Conf. THEATRVM PACIS Tom. I. pag. 17. edit. Norimbergae 1663.

§. XX.

GENTIVM CONVENTIONES HAVD RARO RESTRINGVNT IVS AD REPRESSALIAS DESCENDENDI.

Gens vulnera, iniusta sibi, sanatura, a iure naturali non impellitur, vt interpellet eum, qui iniecit illa, vel a ciuitate huius prius expetat medelam, quam ad repressalias se accingat. (§. XIX.) Ergo repressaliae eorum sunt summa iustitia commendabiles, qui sponte iuribus suis ex parte renuntiant, et qui beneuolo animo, vt ablata reddant, vel resarciant violata, commonefaciunt hostes. *o*) Per conuentiones igitur potestatem repressalias persequendi restringentes populi, maximum fructum ferunt rebuspublicis, atque hinc praeconium facere cogimur eorum, quae in *pace inter serenissimum Principem ac Dominum* CAROLVM II. MAGNAE BRITANNIAE REGEM et PRAEPOTENTES DOMINOS ORDINES GENERALES FOEDERATARVM BELGII PROVINCIARVM, Bredae inita MDCLXVII. die XXXI. Iul. ratione repressaliarum Art. XXXI. sancita sunt, et leguntur in GROOT PLACAETBOECK Tom. III. Lib. I. Tit. XIII. Sect. XXVIII. pag. 331. edit. 1683. et in AITZEMA *Affaires d'Etat et de Guerre* Tom. XIII. pag. 108. seq. Vide quoque doctrinam hanc firmantem *Tractatum pacis et commerciorum inter* HENRICVM VII. REGEM ANGLIAE, et PHILIPPVM ARCHIDVCEM AVSTRIAE, an. MCCCCXCV. die XXIV. Febr. Londini initum, qui legitur in

o) Regula haec, normae perfectae instar, est firmata in *Traité pour la continuation et renouvellement de la Paix entre* CHARLES II. ROI D'ESPAGNE et CHARLES II. ROI D'ANGLETERRE; *fait à Madrit* die XXIII. Mai. anno MDCLXVII Artic. III. Conf. HENR. BREWERVS *Tractatuum Historico-Politicorum* Part. V. pag. 215.

in DV MONT *Corps Diplomatique* Tom. III. Part. II. pag. 322. seq. Num. XXVIII. et XXIX. Add. *Traité de Paix, d'Amitié et de Commerce, fait a Utrecht le 26. Iuin MDCCXIV. entre* SA MAIESTE' CATHOLIQVE *et* LES ETATS GENERAVX DES PROVINCES VNIES, Art. I. §. V. apud DV MONT Tom. VIII. Part. I. pag. 428. vt et *Tractatus pacis inter* CAROLVM V. et MARIAM REGINAM SCOTIAE initus die XV. Decembr. anno MDL. in quo verba ita se habent: „Quod si autem ipsi „depraedatores eorumue successores - - - - condemnati et „discussi reperti fuerint non esse soluendo, propterea tamen „dicti principes litteras repressaliarum concedere, aut bellum „renouare non poterunt;„ cetera. *p*) Huc pertinet etiam *pax inter* PHILIPPVM III. HISPANIAE REGEM, ARCHIDVCEM ALBERTVM *et* ISABELLAM, *ex vna parte, et* ANGLIAE REGEM IACOBVM I. *ex altera parte,* confecta anno MDCIV. Art. VI. q) Neque minus *Trattado entre* PHILIPPE IV. RIG. CATOLICO DE ESPANNA, *y las* CIVDADES ANSEATICAS *por el restablessimiento del Commercio, y de la Navegacion entre Espanna y dichas Ciudades, por el qual se renuevan y confirman los antiguos Priuilegeos, y en particular el Trattado de l'Anno MDCVII.* cet. articulo XXX. *r*) Denique vero id discimus ex *Traité de Nauigation et de Commerce fait entre* SA MAIESTE' IMPERIALE *et* CATHOLIQVE CHARLES VI. EMPEREVR DES ROMAINS, *et* SA MAIESTE' ROYALE *et* CATHOLIQVE PHILIPPE V. ROI D'ESPAGNE *et* DES INDES, *figné à Vienne le 1. Mai. 1725. s)* Art. XLI. qui ita se habet: *Toutes lettres*

p) Vid. DV MONT *Corps Diplom.* Tom. IV. Part. III. pag. 11.

q) Legantur *Placars, Ordonnances, Edits* etc. *de Brabant* Tom. I. Lib. V. Tit. I. Cap. XX. pag. 621.

r) Apud DV MONT. Tom. VI. Part. I. pag. 409.

s) Excus. Viennae apud Petrum van Gehlen 1725.

tres de Represailles, qui pourroient avoir été ci-devant accordées de part ou d'autre, pour quelque cause que ce soit, sont declarées nulles, et Leurs Majestez promettent reciproquement, de n'en plus accorder ci-aprés à la charge des Sujets l'un l'autre, si ce n'est dans le cas d'un manifeste déni de justice, lequel ne sera point tenu pour verifié sinon aprés un retardement de deux ans, à compter du jour de la premiere complainte, lequel terme de deux ans étant passé, et le dit Complaignant ayant presenté sa Requête à son Prince pour obtenir des Lettres de Represailles, elle sera communiquée au Ministre de l'autre Prince, s'il y en a un en Cour, ou à celui pui y sera ses affaires, aprés quoi la Sentence définitive sera encore attenduë six mois, lesquels etant ecoulez; les Lettres de Represailles pourront être enfin accordées.

§. XXI.

NON GRAVES SOLVM SED LEVES ETIAM INIVRIAE EFFICIVNT REPRESSALIAS.

Belli ius leuissimis producitur laesionibus; (§. XVII.) Ergo has etiam repressaliis depellere possumus, si iuris stricti vel externi notionem ponimus apud animum. Errore igitur ducuntur, qui ad iustas repressalias requirunt iniurias graues. Non negamus quidem, ex *L. 4. scio, D. de in integrum restitutionibus*, similibusque legibus ciuilibus, colligendum esse, iniustas fieri repressalias, quae ob modicum instituuntur damnum; *t)* sed ciuiles hae rationes, ad integras gentes, seu eas, penes quas ius belli est, adplicari nequeunt; hinc nec *L. 9. §. 5. D. de dolo malo*, gentium ius istud frangit, conuellitue. Quum igitur ex iure Romano explicandae non sint liberarum gen-

t) Facit huc IO. EMERICI A ROSBACH *Praxis Ciuilis siue processus iudiciarius*, Tit. III. pag. 50. edit. Francofurti 1618. et BARTOLVS Tom. X. fol. 121. operum eius, Venetiis 1615. excusorum.

gentium actiones, quilibet perſpicit, ſecundum illa placita veterum prudentum, diiudicandos non eſſe principes, vel eos, qui in ſtatu viuunt naturali. Nihilominus gentes ſummam libertatem, hac in re etiam, conuentionibus interdum circumſcribunt, id quod e. c. obſeruamus in pacto HISPANORVM et BELGARVM, nempe §. XI. INDVCIARVM, die IX. April. an. MDCIX. promulgatarum; verba enim harum ita ſe habent: *Brieven van marque ende Repreſſalien en ſullen niet geaccordeert worden, ghedurende den voorſz tijdt, ten zy met kenniſſe van ſaecken, ende in ſaecken, inde welcke't ſelve is toegelaten by de keyſerlijcke Wetten ende conſtitutien, ende na de ordre geſtelt by de ſelve:* Quae leguntur Tom. I. Lib. I. Tit. II. pag. 59. libri, cui titulus eſt: GROOT PLACAET-BOECK. Quo loco tamen, per ius caeſareum, indicari videtur conſuetudo potius, quam Iuſtiniani leges intelliguntur. Huc ſpectat etiam tractatus pacis inter PRAEPOTENTES DOMINOS ORDINES GENERALES foederatarum Belgii Prouinciarum ab vna, et reuerendiſſimum Dominum, CHRISTOPHORVM BERNHARDVM, EPISCOPVM MONASTERIENSEM, ab altera parte, Cliuiae die XVIII. Aprilis MDCLXVI. initae; quoniam *Art. XIII.* haec leguntur: „Nunquam poſthaec dominus epiſcopus vel eius ſucceſſores, ſub quocunque praetextu, vel „ex quacunque cauſſa id ſit, neque per ſe, neque per ſibi „incorporatos et ſubiectos, cauſſis ad Dominos Ordines Generales confoederati Belgii eiusque incorporatos et ſubiectos „pertinentibus ſe immiſcebit, neque in poſterum contra illos „arreſta et REPRESSALIAS decernet, vel executiones rerum „iudicatarum impediet: et ſi quae controuerſiae praeter „ſpem inter praedictos Dominos Ordines et Dominum Epiſcopum, eiusue ſucceſſores vnquam oriantur, non alio, „quam

„ quam amicabili modo, vi Guarantiae ſuper hoc tractatu „ praeſtitae, componantur; priuatorum vero lites ſemper ad „ iudicem competentem remittantur: Earum autem, vel „ etiam cuiuscunque alterius praetextu et cauſſa nunquam „ contra Dominos Ordines Generales Confoederati Belgii, „ eorumque incorporatos et ſubiectos, armis, vi, aut facto „ ipſo aliquid attentabit: Quod iidem Domini Ordines Gene- „ rales Confoederati Belgii pro ſe ex omnibus ſibi incorpora- „ tis pollicentur atque promittunt. Quem in finem vtraque „ pars paciſcentium et in vnum conuenientium tenebitur, „ quemadmodum ſe teneri velle, hoc ipſo ſe obſtringit, et obli- „ gat, facturam, vt omnibus et ſingulis partibus in iudicio liti- „ gantibus, absque mora et vllo perſonarum reſpectu, iuſtitia „ adminiſtretur. „ cetera. Vid. THEATRI PACIS pars altera, pag. 248. ſeq. edit. Norimbergae 1685. Cuiusmodi inſtituta, vti laude digna ſunt, ita in Imperio R. G. ſolent etiam repreſſaliae a Statibus decerni, ob momenti maximi cauſſas. *u*)

§. XXII.

AN PENES STATVS S. I. R. G. ET HOMINES PRIVATOS, IVS SIT SVSCIPIENDI REPRESSALIAS?

Repreſſaliarum ius ex naturali libertate et aequalitate hominum pendet; (§. V.) Igitur ii ſine principis ſeu ſummi magiſtratus conſenſione hoc non pollent, qui ciuitatis legibus adſtringuntur. *x*) Hinc omnino adnumerantur regalibus repreſ-

u) De his in §. §. ſqq. paulo latius.

x) Itaque dicuntur repreſſaliae *eine Fehde die von Roemiſchen Kayſern vnd Koenigen Erlaubniſs erlanget;* de quibus commentatur BESOLDVS *Politicorum* Libro I. Cap. IV. num. 26. pag 166. edit. Francofurti 1620. Quamuis infra oſtendam, non ſemper

pressaliae iuribus, aeque ac ius belli. *y*) Itaque CAROLVS VIII.

per a statibus requiri consensum Imperatoris. Eandem ob caussam priuatis magistratibus denegari solet ius repressaliarum, teste IO. NICOLAO HERTIO, *Commentationum atque Opusculorum* Tom. III. pag. 52. seq. excus. Francofurti ad Moenum 1713. Sunt tamen, qui hodienum ius istiusmodi sibi adtribuunt magistratus, vt perspicimus ex illustris ESAIAE PVFFENDORFII *Introductione in Processum Ciuilem* Electoratus Brunsuico-Luneburgici, Part. V. Cap. VIII. §. VI. pag. 761. quamuis tam certum sit, quam quod certissimum, regulariter, ne belli quidem tempore, penes priuatos homines potestatem esse descendendi sine principis consensu ad arma. Hinc patet, maritimas etiam repressalias semper auctoritate principis suscipi debere. Vid. THEATRVM EVROPAEVM Tom. VIII. ad ann. MDCLIX. pag. 1221. seq. ORDINATIO DANICA *vor die Commiss-Fahrer*, die V. April. MDCCX. edita, Art. I. inprimis vero EDICT. ORD. FOED. BELG. *Op het stuch van de Commissie Vaert*, die XXVIII. Iulii ann. MDCCV. promulgatum, Art. I. et. II. Add. *Instructie en Articulen waer na de Capiteynen* cet. *met Commissie van retorsie uytvarende hun sullen hebben te reguleren*; et *Reglement van de Kruysers*, apud LEONEM AB AIZEMA in libro inscripto: *Historie of verhael von Saaken von Staet en Oorlogh*, P. II. L. XXII. pag 919. Hanc quoque ob caussam E. CHAMBERS in *Cyclopaedia*, edit. 1738. sub voce *Reprisals*, haec tradidit: *Reprisals is used for a letter or permission which a prince sometimes gives a subiect, upon a full cognizance of the cause; authorizing him to retake from the first persons he meets withal of the opposite party, as many effects as make an equivalent to what have been violently forced from him; and for which the opposite prince has refused to do him iustice.* Si quis vero ausu priuato inuadit nauem, vel aufert inuitis dominis bona, nauibus imposita, praedonis marini, vel *piratae* nomen fert, et Germanis dicitur *ein See-Raeuber, oder See-Hahn.* Differunt hi sane a *Capers* vel *Commissfahrern*; hi enim, auctoritate principis, naues ad agendam praedam suis sumtibus exstruunt, et tantum hostium naues aggrediendi ius habent. Vid. SAMVELIS FRIDERICI WILLENBERGII dissertatio iuridica de *delictis maritimis*; §. XVI. pag. 16. edit. Ienae 1736. et defensa respondente IO. VINCENT. KLEIST, 1724. Gedani, et IO. FRIDERICI RHETII disp. iuridica de iure *portuum*, Cap. III. §. VII.

y) Igitur legibus tam Gallorum, quam Siculorum, interdicitur, ne prius-

VIII. Gallorum Rex, sibi soli reseruauit illud, quum tamen olim prouinciarum praesides eodem fuerint praediti. z) Hinc litterae repressaliarum confici a principibus solent ipsis, darique subiectis, ad recuperanda bona ablata; a) id quod mandatum FRIDERICI I. Imperatoris, apud GOLDASTVM Tom. I. *Constitut. Imperial.* pag. 282. memorabili illustrat exemplo. Ergo inter ciues S. I. R. G. eatenus locum non habent repressaliae, quatenus iudicia summa in eo vigent, b) et de litibus motis rite dispicitur; nam quae his discingi possunt, vi aperta regulariter non debent sedari, ad quam repressalias spectare, ostendimus. c) Attamen Electoribus, Principibus ac Stati-

priuato consilio, vel sine consensu regis, ius Marcharum adplicetur. Conf. NEAPOLITANA CONSTITVTIO de *cultu pacis*, et Tit. de *Praesaliis puniendis*, nec non FABER in *Authent. Sed omnino, C. ne vxor pro marito.*

z) Nominare iuuat testes IO. BODINVM de *Republica* Lib I. pag. 269. edit. Francofurti 1591. et RENATVM CHOPPINVM de *Domanio Franciae*, Lib III. Tit. XXV. pag. 564. excus. Parisiis 1589. Conf. etiam IO. LVCIVS Lib. IV. *Placitorum*, Plac. I. et IO. DE ANANIA *Cons. XCIV.* num. 2. qui pronunciat, suo tempore Bononiae gubernatores, et legatos de latere omnes, repressalias concedere potuisse. Sed alii principes tantam legatis suis non tribuunt potestatem; id quod dudum obseruauit FRANCISCVS MARCVS Part. I. *Decis.* DCCLXVII. num. 6. pag. 362. De moribus in Catalonia, legatur sanctio pragmatica Reg. PETRI III. inserta Volum. II. CONSTITVT. CATAL. sub titulo de *march. et pignorat.*

a) Consulatur IODOCI DAMHOVDERII *Praxis rerum criminalium* Cap. C. num. 2. pag. 296. typis exscript. Antuerpiae 1616.

b) Vid. NICOLAI CHRISTOPHORI S. R. I. LIB. BAR. et EQV. DE LYNCKER *libertas Statuum Imperii, et quae perperam libertatis eius esse dicuntur*, pag. 6. edit. Ienae 1711.

c) Conf. R. I. ann. MDLXX. §. LXXXIV. *wann auch die Arresta*, pag. 769. Corporis Recessuum Imperii excus. Mogunt 1666. R. I. ann MDCXLI. §. XCIV. *nachdem auch die Staende des Niederlaendisch - Westphalischen Krayses*, pag. 1021. seq. INSTRVM. PAC. CAESAR. SVEC. Art. IX. n. 1. vers.

Statibus Imperii, et consuetudo, et consensus Statuum, beneque multae rationes, deinceps enarrandae, speciatim vero eorum superioritas territorialis, ius adsignant suscipiendi repressalias, *d)* quemadmodum, certo modo, iure belli, *e)* foederum, *f)* aliisque vtuntur, nec non olim saepe gestae sunt in Germania nostra repressaliae, teste CHRISTOPHORO LEHMANNO in Chron. *der freyen Reichs-Stadt Speyer*, Lib. V. Cap. XCVIII. pag. 615. edit. Francofurti 1612. Ceterum, quum ius armorum sub nonnullis conditionibus principi imperii competat, vti id dudum viris doctis est probatum, *g)* inde quoque colligendum est, eidem ius repressaliarum variis

vers. *vt et abusus bullae Brabantinae indeque natae repressaliae et arresta*, cet. *penitus tollantur.* Add. IOANNES LIMNAEVS *Iuris Publici Imperii Romano-Germanici* Tom. IV. ad Lib. V. Cap. II. pag. 705. n. 52. seq. et ad Lib. IV. Cap. VIII. pag. 646. num. 315.

d) Adumbrarunt ius istud GABRIEL SCHWEDERVS in *introductione in ius publicum Imperii Romano-Germanici nouissimum*, Part. special. Sect. II. Cap. XIV. pag. 740. edit. Tubingae 1701. CONRADVS VON EINSIEDEL in tractatu de *Regalibus*, Cap. II. n. 50. pag. 119. publicato Halae Saxonum 1678. REGNERVS SIXTINVS in tractatu de *Regalibus*, Lib. II. Cap. I. n. 32. pag. 314. seq. typis impress. Hanouiae 1657. IOANNES KOEPPEN in *Decision. Quaestionum illustrium in Germania quotidie occurrentium*, Quaest. XXXI. pag. 90. seq. excus. Magdeburgi 1600.

e) Loci huius praecipue est INSTR. PAC. OSNABR. Art. VIII. §. 2. *Gaudeant*, cet. add. DIETER. HERM. KEMMERICHII *Introd. ad Ius Publicum I. R. G.* Tom. II. Lib. VII. Cap. VIII. pag. 1508. edit. Francofurti et Lipsiae 1744.

f) INSTRVMENTVM PACIS OSNABR. Art. VIII. §. 2. INSTR. PAC. MONAST. §. 63. CAPITVLATIO FRANCISCI I. Art. VI. §. 4. 5. De controuersiis autem ratione iuris huius ortis, legatur longe celeberrimi et post fata etiam perillustris IO. GOTTFRIED von MEIERN *Actorum Pacis Westphalicae Publicorum* Tom. I. pag. 326. et passim, edit. Hanouerae 1734.

g) Vid. STRYKIVS in disp. de *via facti principibus imperii permissa*, Cap. I. §. XXV. pag. 20.

riis de caussis competere, in quibus via iuris experiri nequit, et de quibus deinceps. Ea propter subiectus, mandatu vel auspiciis principis sui, repressalias gerere potest; licet non semper necessarium sit speciale principis mandatum, quoniam consensio principis interdum praesumitur; id quod ius ciuile etiam indicat in *L. 7. si alius, ſ. bellissime, D. quod vi aut clam*, et arg. *L. procurator, 58. D. de procuratoribus et defensoribus*, quia necessitas praescriptam non habet legem; ac praeterea subiecti interdum transferuntur in statum naturalem, seu libertatem eiusmodi. *b*) Ex quibus omnibus prono etiam sequitur alueo, iure meritoque singulas Belgarum vrbes repressalias olim adplicasse, quia ius gerendi bellum penes eas erat; Vid. HANDVESTEN VAN AMSTERDAM MDCLXIII. pag. 283. quamuis hodienum in caussa communi Foederati Belgii, ius repressaliarum non penes singulas prouincias sit, sed pendeat ex auctoritate communi prouinciarum; licet singulae prouinciae, in caussa sua, recte exerceant eandem potestatem. *i*)

§. XXIII.
DE STATIBVS S. I. R. G. DISPVTATVR PLVRIBVS.

Penes Status Sacri Imperii Romano-Germanici quum sit insignis illa potestas, quam superioritatem territorialem vocamus, *k*) eo magis adfirmandum esse, arbitror, repressaliarum ius

b) Vid. e. c. *L. 3. D. de iustitia et iure, L. 22. D. ad L. Iuliam de adulteriis, L. 1. C. vnde vi, L. vn. C. de raptu virginum, L. 54. §. 2. D. de furtis, L. 1. C. vt nemini liceat sine iudicis auctoritate*; tot. tit. C. *quando liceat vnicuique sine indice se vindicare*, cetera.

i) Consulatur beatus CORNELIVS VAN BYNKERSHOEK, *Quaestionum Iuris Publici* Lib. I. Cap. XXIV. p. 177. excus. Lugduni Batauorum 1737.

k) Vid. RECESS. IMPER. RATISBON. an. MDCLIV. confectus, §. *setzen demnach*, ibi *zum Zeichen*.

ius ab iis interdum iure exerceri. (§. XXII.) *l*) Quamuis enim summa Imperii tribunalia, quemadmodum antea ostendi, regulariter dirimant caussas Statuum, et praesto sint laesis, nec non mandata sine clausula dent plerumque contra Status, *m*) qui repressalias laxant; inde tamen non fluit, remediorum iuris extraordinariorum, quibus repressalias merito adnumeramus, Status Imperii non esse compotes. *n*) Fingamus enim, aduersarium potentem non parere iudicio Caesareo, vel executionem alias ob caussas non institui posse; vel damnum irreparabile oriri, nisi adhibeantur repressaliae; vel

l) Contrariam ratione repressaliarum sententiam tuentur permulti Dd. excitati a NICOLAO MYLERO AB EHRENBACH de *Principibus et Statibus Imper. Rom. German.* pag. 314. seq.

m) Hinc in caussa PHILIPPI MOREN contra WILHELMVM VON WALDENBVRG die XIX. Febr. An. MDXCII. mandatum sine clausula de restituendo et non offendendo, in Camera Imperiali promulgatum est. Narrabant enim supplicantes: *daß sie etlich viel Centner Kupffer von C. naher A. geführt, alda sie sub specie einer Niederlaendischen Schuld von Reiß nicht allein angehalten, über das versprochen Geleidt, sondern auch dasselb ihnen genommen vnd nach G. geführt, dasselbig verkaufft, vnd sie dazu ranzionirt um 250. fl. Brabandisch;* cet. De quo exemplo euolue ADRIANI GYLMANNI *Symphorem. Suppl.* Tom. III. pag. 195. edit. Francofurti 1622. neque minus id confirmatur *Mandato Caesareo de relaxandis arrestis, restituendo ablata, damna resarciendo, et non amplius via facti turbando, sed via iuris procedendo in Sachen der Stadt Franckfurt contra Chur - Mayntz*, publicato anno MDCLXXXVIII. die XIII. Aprilis. Vid. Tom. III. Lib. II. Tit. X. pag. 744. seq. VITRIARII *institutionum iuris publici*, nouis notis a IOANNE FRIDERICO PFEFFINGERO illustratarum. Conf. etiam IO. WOLFG. TEXTORIS. *Ius Publicum Caesareum* Tit. XII. num. 633. pag. 510. excus. 1697. et PHILIPPVS KNIPSCHILD *de iuribus et priuilegiis Ciuitatum Imperialium*, Lib. II. Cap. IV. n. 66. pag. 263. impress. Vlmae Sueuorum 1687. SIXTINVS de *Regal.* Lib. II. Cap. I. n. 35.

n) RECESS. IMPER. AVGVSTAN. de an. MDLV. §. *demnach aber.*

vel a tribunalibus Imperii denegatam esse iustitiam; nemo erit tam iniustus existimator, vt iniquum pronunciet principem, vel Statum Imperii, hanc ob rationem laxantem repressalias contra alium Statum, qui illata damna reparare noluit. o). Sane imperii nulla constitutio refragatur ei; nec naturae se tuendi iura infringit idem Status. Adprobo id eo magis fieri oporttere, quum adeo subiecti infimae sortis, sine principis consensione, ire ad arma interdum possint. Nescio igitur, quo modo ex manibus principum imperii extraiudicialis potestas omnis deberet extorqueri. Conf. illustrantes hanc argumentationem *L. 45. §. 4. D. ad Legem Aquiliam*, *L. 1. §. 27. D. de vi et de vi armata*, arg. *L. 5. C. in quibus caussis in integrum restitutio necessaria non est*, et excitatas §. XXII. leges.

§. XXIV. DVBITATIONES OBMOTAE EXIMVNTVR.

Quum vero magni nominis viri sententiae contrariae adstipulentur, p) nec Statibus Imperii ius repressaliarum adscribant; ob oculos ponere liceat leges publicas, quibus nituntur illi, paulo curatius. Tanquam ad anchoram sacram confugiunt ad PACEM PVBLICAM, anno MCCCCXCV. initam, posteaque firmatam. In hac, inquiunt, lege, bella priuata prorsus damnantur; proinde normam istam repressaliis etiam obstrepere, ii autumant. Verum enim vero quis non videt, diffidationum, vel offensionum, in quas aliquis turbulenter et per vim cadit, prohibitionem, maxime differre a recto repres-

 salia-

o) De reliquis caussis iustarum repressaliarum, a principibus imperii R. G. suscipiendarum, vid. §. XXVIII.

p) Conf. THEODORVS REINKINGK de *regimine seculari et ecclesiastico*, Lib. I. class. V. Cap. VI. num. 126. edit. Francofurti ad Moenum 1659.

saliarum vsu, *q*) principibus, quemadmodum supra euicimus, concedendarum, si mitiora ius persequendi remedia non satis idonea videntur, vel prorsus inutilia? In conclusione igitur comprehendunt multa, quae in principio excitato non continentur, atque ita logicae praeceptionibus aduersantur vehementer. *r*)

§. XXV.

STATVVM S. I. R. G. IVS REPRESSALIAS SVSCIPIENDI DEFENDITVR PLVRIBVS.

Progrediamur ad Recessum Imperii anno MDLXX. Spirae compositum, et dispiciamus de §. eius LXXXIV. Occurrunt ibi quidem verba: *Wann auch die Arresta, wie die Repressalien generaliter in Rechten verbotten, bevorab da auff angebottene Caution iudicio sisti, et iudicatum solui, dieselbige nicht wollen relaxiret werden, welches ja so beschwerlich, als das thaetlich pfaenden zu achten: Demnach haben wir der Churfürsten, Fürsten, vnd gemeiner Staende, auch der Abgesandten raethlich Gutachten darüber angehört, vnd vns mit ihnen verglichen: Setzen, ordnen vnd wollen, daß in solchen Faellen, da einer dem Reich ohne Mittel vnterworffen, durch sich selbst oder die seine, einem andern dem Reich gleicher Gestalt ohne Mittel vnterworffen, dessen Güter vnd Vnterthanen, oder deren Güter arrestiren würde, vnd solch Arrest auff angebottene gebührliche Caution, de iudicio sisti, et iudicatum solui, nicht wolle auffgehebt werden, daß alsdann*

q) Lucem his affundit IO. HENR. BOECLERVS in dispue. de *Clarigatione et Manifestis*, Cap. II. pag. 1186. dissertationum academicarum eius tom. poster. euulgatarum Argentorati 1710. GERARDVS A ROO ad an. MCCCCXCV. DATTIVS Lib. III. IV. et V. *de Pace Imperii publica*.

r) Vid. IO. BALTHAS. WERNHERI disp. *de iure repressaliarum inter principes imperii*, §. XVI. pag. 31. edit. Wittenbergae 1715.

dann solcher Arrestirter am Kayserl. Cammer-Gericht auch Mandat ohne Clausul, mit angehefften Ladung, ad docendum se paruisse, vel ad videndum etc. sollen vnd mögen gebetten vnd aussbracht werden: Da dann demselben Mandat Gehorsam geleistet, soll die Haupt-Sach, darum das Arrest angelegt, an ordentlich Recht, wie sich gebührt, ausszuführen remittirt vnd hingewiesen werden. Sed nec haec mihi repugnant; etenim relatio, iis expressa, nihil noui comprehendit, quum iuris tantum priuati regulas antea latas firmet, nimirum tam iniustas repressalias refellat, quam eas, quae, sine consensione superioris, a subiecto susceptae sunt. Ego sane principum imperii potestatem repressalias instituendi ista lege restringi, pronunciare vellem, si vlla lex olim in imperio fuisset rogata, cauens, ne Status Imperii se vllo modo accingat ad repressalias. Quum vero nunquam promulgata sit eiusmodi constitutio, facere non possum, quin frustraneam et inanem dicam probationem, ex §. LXXXIV. Recessus haustam excitati. Arbitror itaque, repressalias iniustas tantum reiici, minime autem eas, quae ratione obligationis, vel conuentionis, vel transactionis, vel rei iudicatae, vel consuetudinis, vel alius iustae caussae et necessariae, a Statibus laxantur. *s*) Quam interpretationem nostram magna ex parte confirmat R. I. anno MDLXXXXIV. promulgatus, §. LXXXI. cuius verba ita se habent: *vnd so viel die vngleiche Meinungen vnd Verstand des Worts* Arrest, *vnd dahero eingefallene Streit belanget, dieselbe zu entscheiden, wollen wir, daß die* Constitutio Arrestorum, ad illicita arresta facti, quae fiunt propria auctoritate sine cognitione caussae, *vnd die ihrer rechten Eigenschafft nach, wahre*

s) Nonnulla de his dat MINDANVS de *processibus, mandatis et monitoriis*, Cap. XLVIII. N. III.

wahre vnd in Rechten verbotene arresta *genennet werden, zu verstehen, vnd* ad licita de iure permissa arresta, *welche* ratione contractus confessati, rei iudicatae, conuentionis, pacti, transactionis, consuetudinis, priuilegii, *auch gewöhnlicher herbrachter Nachsteuer, Abzug, rechtmaessig erlangten Zolls halben, sich zutragen möchte, nicht zu extendiren seyn;* cetera.

§. XXVI.

DVBIA, QVAE REPVGNARE SVPRA TRADITIS VIDENTVR, EVELLVNTVR.

Imperii Statuum ius repressaliarum, pro quo propugnationem suscepimus, discrepare a RECESSV IMPERII, Ratisbonae MDCXLI. sancito, arbitrantur quidam porro; nimirum reponunt nobis §. XCIV. qui ita se habet: *Nachdem auch die Staende deß Niederlaendisch-Westphaelischen Crayses sich jetzo abermahln gar hoch beklagt, daß die Brabandische Regierung zu Brüssel, vnterm Vorwand eines von Kaysers Carlen dem vierdten erhaltenen Priuilegii, welches sie die Brabandische Güldene Bull nennen, ihnen allerhand vnleidenliche Beschwerungen zufügen, so wol in personal-als real-Sprüchen, da auch solche ausser ihrer der Regierung Gebiet, vel ratione contractus, vel delicti vorgeloffen, ob schon der Schuldige an solchem Ort sich befindet, die obrigkeitliche Erkanntnuss nicht verstatten wollen, vnd zu dessen Behauptung mit verbottenen, vnd zwar solchen schweren Repressalien de facto verfahren, daß offtmahls in einer Sach, welche nur hundert Gülden werth, bey zehen tausend Gülden, oder mehr, tertiis innocentibus vorenthalten vnd eingezogen, auch in die benachbarten Landen mit gewaffneter Hand geruckt, vnd adeliche Haüser vnd Schlösser mehrmahls occupirt vnd eingenommen werden, solches alles aber den gemeinen Rechten, Reichs-Satzungen,* dem

dem Vertrag von anno fünffzehnhundert acht vnd viertzig, vnd mehr andern, auch dem wahren Verstand des angezogenen Priuilegii selbst zu wider laufft, inmassen es dann die Abgesandte deß Nieder-Burgundischen Creyses auff'm Reichs-Tag zu Regensburg anno sechszehnhundert vnd drey, selbst also ausgedeutet, daß es nehmlich secundum ius commune, vnd nur dahin zu verstehen, daß die Brabandische Vnterthanen in personalibus extra Territorium nicht zu evociren, oder die Proceß ab Arresto wieder sie anzufangen; et §. XCV. *So haben wir auff der Chur-Fürsten vnd Staende Abgesandten vntertbaenigstes Bitten vns allergnaedigst erbotten, so wohl des Koenigs in Hispanien, als des Cardinals Infanten L. L. beweglichst zu ersuchen, vnd zu erinnern, daß dergleichen hoch beschwerlich- vnd vnbillige Verfahrungen alsbald abgeschafft, künfftig allerdings verhütet, auch den beleidigten vmb ihre erlittene Schaeden genugsamer Abtrag verstattet werde, nicht zweifflend, diese vnsere freundliche Abmahn- vnd Erinnerung gebührend beobachtet, vnd ohne Frucht nicht abgehen werde. Im wiedrigen, vnd dagegen alle bessere Zuversicht, mit solchen Thaetlichkeiten ein alß des andern Weg fortgefahren werden solte, wann sie sich deren in den Reichs-Satzungen aufgerichten Land-Friedens und Executions-Ordnung erlaubter Mittel, nach Nothdurfft vnd ihrer selbst eigenen, oder der bedrangten Rettung gebrauchen.* cet. Verum salua res est, quum Bullam Brabantinam tantum verba modo adscripta Recessus Ratisbonensis attingant et carpant, *t*) nullaque ratione ad repressalias Statuum Imperii

t) Huius abusum percenset RECESSVS IMPERII Ratisbonae anno MDXCVIII. confectus, §. LXXII. Conferatur etiam INSTRVMENTVM PACIS MONASTER. §. LXVII. Huc faciunt quoque libelli, Parti V. n. CLXIX. pag. 685. seq. inserti *Actorum Publicorum* MICH. CASP. LONDORPII edit. Francofurti ad Moenum 1668. in qua collectione animaduersi-

rii ſpectent. Brabantinae nimirum Bullae tenor erat, ne quis, ſiue clericus ſiue laicus ſit; in quibuscunque cauſſis, vel ciuilibus, vel criminalibus, in ſubditos, vaſallos atque miniſtros ducis Brabantini, aliquam iurisdictionem, vel iudiciariam poteſtatem, euocando, et proſcribendo exerceret, excepto caſu denegatae iuſtitiae; dein, ne quis vaſallorum, ſubiectorum aut ſeruorum ducis, in terris in Imperio ſitis, quascunque ob noxas et debita, corporis bonorumque arreſto afficeretur. *u*) Quam longiſſime igitur a veritate aberrant, qui, inter ſe diuerſas maxime res vnum idemque ius efficere, credunt. Corruit hinc etiam eorum argumentatio, qui INSTRVMENTI PACIS OSNABR. *Articulum* IX. I. et PACIS MONASTER. *(Articulum X.)* §. 67. reponere principum repreſſaliis ſolent; quum in pace Weſtphalica non generatim de omnibus ſermo ſit repreſſaliis, verum de iniuſtis ſolum, et iis, quae Bullae Brabantinae inſeruiunt reprobandae. Luculenter enim id ex verbis adparet dictae pacis Oſnabrugenſis: *Quia publice intereſt, vt facta pace commercia viciſſim refloreſcant, ideo conuentum eſt, vt quae eorum praeiudicio et contra vtilitatem publi-*

uerſione digna haec occurrunt ſcripta: *Memorial an Chur-Fürſten vnd Staende des Reichs, die Brabandiſche güldene Bulle, Euocations-Proceſſ vnd Repreſſalien betreffend*, neque minus *ſupplicatio des Niederlaendiſchen Weſtphaeliſchen Craiſſes Staende an des Heil. Reichs abgeordnete Churfürſten vnd Staende Raethe, Botſchafften vnd Geſandte*; porro *Gegenbericht der Burgundiſchen Abgeſandten an Churfürſten vnd Staende, den Brabandiſchen Proceſſ betreffend*; denique *litterae circuli Weſtphalici*, hanc grauem ob cauſſam datae ad Imperatorem die XXXI. Decemb. anno MDCXXXVIII.

u) Euoluatur *Anti-informatio Circuli Burgundici aduerſus circulum Weſtphaliae inferioris*, quae legitur apud LONDORPIVM Tom. V. *Actorum Publicorum* num. CLXX. pag. 690. et beati BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII *Corpus Iuris Publici* Cap. VI. pag. 130.

publicam hinc inde per Imperium belli occasione, nouiter propria auctoritate conta iura, priuilegia, et sine consensu Imperatoris atque Electorum Imperii, inuecta sunt vectigalia et telonia, VT ET ABVSVS BVLLAE BRABANTINAE, *indeque natae repressaliae et arresta, cum inductis peregrinis certificationibus, exactionibus, detentionibus, itemque immoderata postarum, omniaque alia inusitata onera et impedimenta, quibus commerciorum et nauigationis vsus deterior redditus est, penitus tollantur, et prouinciis, portubus, fluminibus quibuscunque, sua pristina securitas, iurisdictio et vsus, prout ante hos motus bellicos, a pluribus retro annis fuit, restituantur et inuiolabiliter conseruentur. x)* Ad quae verba grauiter commentantem vid. auctorem *meditationum ad instrumentum pacis Caesareo-Suecicum,* Specim. VIII. pag. 1331. sequ. edit. 1709.

§. XXVII.
ALIVD DVBIVM EXPENDITVR.

Alii repressalias omnes Statuum reiecturi, ORDINATIONIS CAMERALIS Part. II. Tit. XXII. proferunt in medium. *y)* En verba huius! *Nachdem nicht allein in obgemeldten Fall, sondern auch aus dem, daß einer den andern pfaendet, ihn oder die seinen faehet, gemeiniglich alle thaetliche Handlungen, Empörungen vnd Aufrühre, im Reich entstehen, vnd erfolgen; Solchem zu begegnen, setzen vnd ordnen wir, daß hinführo in solchem Fall, da einer, der dem Reich ohne Mittel vnterworffen, durch sich selbst oder die Seinen, einen andern, der dem Reich gleicher Gestallt vnterworffen, oder die Seinen pfaenden oder fahen würde, war-*

x) Conf. CORPVS IVRIS PVBLICI S. I. R. G. a me editum, Tom. I. pag. 751. seq.

y) Conf. *das* CONCEPT *der Cammer-Gerichts-Ordnung* P. II. Tit. XXIII.

warum, oder um was Sachen willen, (allein Malefiz-Sachen ausgenommen,) das beschehe, daß alsdann auf anruffen desjenigen, der oder des Vnterthanen, also gepfaendet oder gefangen, dem Thaeter durch das Kayserliche Cammer-Gericht bey einer nahmhaften Poen, vnd sine clausula iustificatoria mandirt, vnd geboten werden soll, ohne Verzug, auch einige Einrede, die Pfaendung wieder zu geben, vnd die Gefangene auf alte gewöhnliche Vrphed, doch anders nicht, dann auf Wiederstellen, im Fall solches mit Recht erkennt würde, ledig zu lassen mit angehengter Ladung in einer bestimmten Zeit, am Cammer-Gericht zu erscheinen, erstlich, daß er solchem Mandat gehorsamlich gelebet, anzuzeigen, vnd dann weiter seine Gerechtigkeit, der Pfaendung oder Fahens halber, im Rechten, wie sich gebührt, fürzunehmen, vnd darzuthun, oder aber zu sehen vnd hören, sich in die Pön des ausgangenen Mandats, seines Vngehorsams halben, mit Vrtheil vnd Recht zu erklären, vnd zu erkennen; Vnd soll darauf an dem Cammer-Gericht, die Sache der Pfaendung oder Fahens halben, auch von wegen verwürkter Pön, im Fall, da dem Mandat nicht gelebt waere, auf das allerschleunigste mit Recht entschieden werden. Vnd im Fall da sich erfünde, daß der klagende Theil seiner Klag, nicht Fug noch Recht haette, vnd das Fahen oder Pfaenden, von dem Beklagten, billig geschehen waere, so sollen ihm die Pfaendung oder Gefangene, die er auf des Kayserl. Cammer-Gerichts Gebot hinaus gegeben, oder ledig gelassen, zusamt aufgelauffenen Kosten und Schaden wiederum eingeantwortet, vnd die Gefangene sich wieder einzustellen, angehalten werden, doch beyden Theilen ihre Gerechtigkeit der Haupt-Sachen halben, an gebührlichen Orten vnd Enden, weiter mit Recht auszuführen vorbehalten seyn; z) Hunc Titulum XXII. et XXIII. quem breuitati

z) Vid. CORPVS IVRIS PVBLICI S. I. R. G. Tom. I. pag. 1137. seq.

uitati studens non adscribam, rite perpendenti, et comparanti cnm REC IMPERII de anno MDLXVI. §. CXXI. seq. pag. 740. edit. Recess. Imper. qnae 1692. Moguntiae prodiit, aliisque legibus, quibus hoc Ordinationis Cameralis caput nititur; in aprico est, non quibuslibet repressaliis interdici Statibus Imperii R. G. sed modo iniustis repressaliis, vel nonnullis, quoniam expressis verbis species quaedam repressaliarum ibi habentur ratae; nam in titulo excitato Ordinationis Cameralis haec legimus: *vnd im Fall da sich erfunde*, cet. quae verba vsque ad finem tituli id declarant luculenter. Quum igitur, ob necessitatem, et caussas grauissimas, contra Constatus repressalias laxandas esse, dixerim; de exteris enim hic vix disputari solet, quum res luce meridiana clarior sit, *a*) quilibet perspicit, huic sententiae nostrae, ORDINATIONIS CAMERALIS praeceptiones istas non refragari. *b*)

§. XXVIII.
DE CAPITVLAT. FRANCISCI I. ARTIC. XVI. ET CAVSSIS IN QVIBVS A STATIBVS S. I. R. G. IVRE ADHIBENTVR REPRESSALIAE.

Restat denique examinandus momentoque suo ponderandus Articulus XVI. CAPITVLATIONIS NOVISSIMAE, ex

a) Vid. §. XXII. atque obserua, Status Imperii R. G. bella externa cum exteris Rebuspublicis, pariter ac repressalias gerere, ob iustam caussam, posse; quoniam contra easdem iure experiri minus licet. Originem huius potestatis, et conditiones connexas, explanat B. G. STRVVIVS *Corporis Iuris Publ.* Cap. XXIX. §. I. seq. Conf. etiam NICOLAI MYLERI AB EHRENBACH *de Principibus et Statibus Imperii Rom German. succincta tractatio*, Part. II. Cap. LVI. §. IV. pag 515. edit. Tubingae 1685.

b) Historiarum monimenta fide digna, sententiam quoque nostram corro-

ex quo haud pauci colligunt, Statuum Imperii repressalias praeter aequum et bonum esse omnes. In Articuli quidem huius XVI. §. 5. haec pronunciantur: *Ferner wollen wir die Vorsehung thun, damit in Rechts-haengigen Sachen, vnd vnter waehrender Litis-Pendenz, kein Stand den anderen mit Repressalien, Arresten vnd anderen, wieder die Reichs-Satz-vnd Ordnungen, auch wieder den allgemeinen Friedens-Schluss lauffende Thaetlichkeiten beschwehre. §. 6. Vnd darinn über die bereits aufgerichtete, vnd verbesserte, oder noch aufrichtende vnd verbesserende Cammer-Gerichts-Reichs-Hof-Raths-vnd Executions-Ordnungen fest halten.* Sed facile intelligimus, hoc loco repudiari tantum repressaliarum genus istud, quod, lite pendente coram summis Imperii R. G. tribunalibus, suscipitur, et in aliis legibus Imperii, supra propositis, damnatur. Itaque ex speciali ista prohibitione vniuersalis non fluit consequutio, nec efficitur inde, omnes iustitiam polluere repressalias. Expeditis igitur dubiis, ex quibus sententia nobis opposita conflata est, Statuum nostrorum ius, interdum inferendi repressalias Constatui, corroboratur communiturque; (§. XXIII.) quemadmodum in caussis fractae pacis publicae, repressalias Statuum firmiter maiores nostri stabilitas esse voluerunt *in der* HANDHABVNG DES FRIEDENS, RECHTENS VND DER ORDNVNG ZV WORMS, anno MCCCCXCV. edit. §. II. *c*) neque minus *in*

corroborant, vti patet ex DAVIDIS CHYTRAEI *Saxonia*, Lib. XXVI. ad annum MDLXXIII. pag. 729. seq tertium recognita editaque Lipsiae 1611.

c) Verba ibi haec praefinita sunt: *vnd als im gemeldten Fried ein Artickel begriffen ist, ob Zugriff wieder dieselben beschehen, vnd das jemands ermahnet, oder sonsten zu frischer That innen würd, solchen Thaetern nachzueilen, wie offt sich solcher Fall begeb, dass jedermann solches Nacheilens*

in der ERKLAERVNG DES LAND-FRIEDENS ZV AVGSPVRG anno MD. promulgata, articulo I. et *in dem* LANDFRIEDEN ZV AVGSPVRG, ſancita anno MDXLVIII. Id ipſum etiam ius repreſſaliarum, ad quas Status deſcendere poſſe, oſtendimus, ſpeciatim datum eſt in cauſſis teloniorum; quam ob rem in CAPITVLATIONE auguſtiſſimi Imperatoris FRANCISCI I. Articulo VIII. §. 16. haec praefiniuntur: *Vnd ſolle darneben einem jeden Churfürſten, Fürſten vnd Stand, die freye Reichs-Ritterſchafft mit begriffen, erlaubt ſeyn, ſich vnd die ſeinige ſolcher Beſchwerden ſelbſt ſo gut er kann, zu erledigen vnd zu befreyen. d)* Praecipua vero animaduerſione digna videtur PAX WESTPHALICA, admittens Status ad repreſſalias inſtruendas in cauſſis religionis, et in caſibus, quibus pacis eius leges ab aliquo violari contingat, *e*) niſi venerit res ad pactionem amicam, vel via iuris intra triennium offenſio fuerit lenita; *f*) en verba ARTICVLI XVII. §. 5. et 6. *Pax vero concluſa nihilominus in ſuo robore permaneat, teneanturque omnes huius transactionis conſortes vniuerſas*

lens zu friſcher That, auff ſein ſelbſt Koſten vnd Schaden zu thun ſchuldig ſeyn ſoll ohn Gefaehrd. Ob aber Feld-Laegers, Vberzugs, taeglichs Handels, oder ander gewaltiger That, gegen den Friedbrechern vnd vngehorſamen vonnoethen ſeyn wird, ſolches ſoll geordnet vnd ausgericht werden von dem gemeinen Pfenning vnd Hülff, ſo aus dem Reich zuſammen oder einbracht waere, wie dann ſolches durch die jaehrliche Verſammlung verordnet wird. cet. Conf. BROWERVS in *Ann. Treuir.* ad an. MCCCCXCV.

d) Euoluantur illuſtris IOANNIS IACOBI MOSERI *Anmerkungen ad Capitulationem Caroli VII.* Part. I. pag 304. edit. Francofurti ad Moenum 1742.

e) Vid. FRIEDENS EXECVTIONS HAVPT RECESS, §. III. et KAYSERLICHES EXECVTIONS EDICT, publicatum die VII. Nouembr. ann. MDCXLVIII. et ARCTIOR MODVS EXEQVENDI die II. Mart. ann. MDCXLIX. praeſcriptus.

f) RECESS. IMPER. de ann. MDCLIV. §. CXCIII.

uersas et singulas huius pacis leges contra quemcunque sine religionis distinctione tueri et protegere, et si quid eorum a quocunque violari contigerit, laesus laedentem, inprimis quidem a via facti dehortetur, causa ipsa vel amicabili compositioni vel iuris disceptationi submissa. Veruntamen si neutro horum modorum intra spatium trium annorum terminetur controuersia, teneantur omnes et singuli huius transactionis consortes, iunctis cum parte laesa consiliis, viribusque arma sumere ad repellendam iniuriam, a passo moniti, quod nec amicitiae nec iuris via locum inuenerit, salua tamen de caetero vniuscuiusque iurisdictione, iustitiaeque iuxta cuiusque principis aut Status leges et constitutiones competenti administratione. Conf. PAX MONAST. §. 115. et §. 116. *g*) Quo iure vallati, glorioso etiam modo, Elector Brandenburgicus, anno MDCXLVIII. Palatino Neoburgico, ac serenissimus Borussorum Rex Fridericus Wilhelmus Palatino Neoburgico Electori, intulerunt repressalias; *h*) vt et serenissimus Brunsuicensis

g) Legatur SAMVEL DE PVFENDORFF *Rerum Brandenburgicarum* Tom. I. Lib. III. §. XXV. pag. 157.

h) Displicuisse Imperatori CAROLO VI. has Protestantium repressalias, perspicimus ex sententia Consilii Imperialis Aulici, lata die V. Decembris anno MDCCXIX. in caussa *des Closters Haimersleben ad S. Pancratium, contra den Koenig in Preussen als Fürsten zu Halberstadt, die angedrohete Emigration betreffend*, quam legimus Parte. I. N. CXXXVIII. pag. 229. libri, qui titulum fert: *Merckwürdige Reichs - Hof - Raths Conclusa*, edit. Francofurti ad Moenum 1726. Potissimum vero conf. *Kayserliches Commissions-Decret, mit denen gehoerigen Beylagen, die Religions-Grauamina im Heil. Roem. Reich betreffend, de dat. XII. April. MDCCXX.* apud LVNIGIVM Continuat. II. Partis Generalis *des* TEVTSCHEN REICHS ARCHIVS N. CMXXXV. pag. 1375. seq. et repudiatam Imperatoris sententiam in litteris ad eum datis a potentissimo rege Borussiae, anno MDCCXX. die IX. Ian. nec non in *dem allerunterthaenigsten Vorstellungs - Schreiben, welches an Ihro Kayserliche Maiestaet auf dero über die Religions - Grauamina*

censis Elector, Evangelicis, Hildesiae ob religionem laesis, praesto fuit iure isto repressaliarum, anno MDCCXI. *i*) Non dicam de aliis principibus, *k*) nec de iure retorsionis, contra Bullae Brabantinae abusum concesso et stabilito in CAPITVLATIONIS FRANCISCI I. Art. XXVII. §. 4. Hanc igitur defensionem Statuum nemo sine temeritate respuet et pro nihilo putabit, si in similibus caussis ius suum principes nostri vindicant, vel tuentur repressaliis, *l*) e. c. in iis negotiis, quae, si in forum deferuntur, iudicio opprimuntur, quamuis iusta sint. *m*) Quis damnabit hac in re imperii Statuum ius, consuetudine corroboratum diuturna? *n*) de quo iam tempore suo FRIDERICVS PRVCKMANNVS *Consiliorum* siue *Responsorum Iuris* Volum. I. Consil. XVII. num. 103. pag. 359. excus. Lipsiae 1703. haec tradidit: *Video - - - vsurpare solere Electores Imperii, etiam Imperatoris concessione non impetrata, repressalias; - - - - - et apud nos in Marchia Brandenburgica duo extant*

mina der Augsburgischen Confessions-Verwandten den II. April. MDCCXX. erfolgte Commissions-Decret, das Corpus Euangelicorum vnterm XVI. Nouembr. erst besagten Iahrs allergehorsamst abgelassen, pag. 578. seq. Tom. XXXVII. *der* EVROPAEISCHEN STAATS-CANTZELEY edit. 1721.

i) Plura leges in CHRIST. GOTTFR. HOFFMANNI *gründliche Vorstellung der Religions-Beschwerden*, Sect. III. §. V.

k) De Hasso-Cassellano Landgrauio, aliisque, mentio fit in LVNIGII *Teutschen Reichs-Archiv* Contin. II. Part. General. pag. 1422. seq nec non in *des neueroeffneten historischen Bilder-Saals* Part. VIII. Period. II. Cap. I. pag. 515. seq. edit. Norimbergae 1727.

l) Delibari exempla possunt ex IOANNIS KOEPPEN *Decision. Quaest.* XXXV. n. 12. fol. 93. excus. Magdeburgi 1617.

m) Legi poterit dissertatio Domini IVLII MELCHIORIS STRVBII, inscripta: *Princeps S. R. I. ius suum vi atque armis tuens*, praeside illustri BOEHMERO, defensa Goettingae 1745. pag. 26. seq.

n) Excitare conuenit MATTHAEI WESENBECII *Consilia Iuris* Part. I. Conf. XLVI. pag. 1139. seq. impress. Basileae 1576.

extant exempla recentiora, vt alia adducere superſedeam: vbi Elector Brandenburgicus, petentibus Francofurtenſibus ad Viadrum, anno LXXVI. aduerſus vrbem Sedinorum Pomeraniae, et rurſus anno LXXVII. petentibus Witſtocbienſibus aduerſus Ducum Megapolenſium ſubditos, Caeſare inſcio, et eius Maieſt. Caeſar. venia non petita, repreſſalias indixit. Sunt quidem, qui, conſenſum Imperatoris repreſſalias Statuum communire debere, exiſtimant; hos autem falli opinione patet, quum Status imperii, ſine auctoritate Imperatoris, ius belli non raro exerceant, quemadmodum ſupra oſtendimus; repreſſaliae autem ſpecies belli ſint, nec leges Imperii praefiniant, conſenſionem Caeſaris, repreſſalias ſuſcipienti Principi, eſſe ſemper neceſſariam. *o*)

§. XXX.
DE CAVSSIS REPRESSALIARVM IVSTIS.

Laeſio, eſt quaelibet derogatio iuris perfecti alterius; ob laeſionem vero ad repreſſalias deſcendere poſſumus; (§. VI.) ergo repreſſaliarum tot ſunt cauſſae, quot extant laeſionum genera. Haec porro, quum infinita fere ſint, ſequitur, vt fruſtranea hoc loco ſit cauſſarum enarratio, quae repreſſalias gignunt efficiuntque.

§. XXXI.
REPRESSALIARVM CAVSSAE SPECIATIM ADVMBRANTVR.

Denegatio iuſtitiae, eſt laeſio; haec igitur ſola poteſt repreſſaliis vindicari, *p*) ſiue verbis expreſſis, ſiue dilatione, ſiue friuo-

o) PFEFFINGERVS ad VITRIARII *inſtitutiones iuris publici* Tom. III. pag. 381. edit. 1731.

p) Id firmatur praecipue in *Concordia inter* HENRICVM *Caſtellae et* IOHANNEM *Portugalliae Reges* anno MCCCCXI.

friuolis actionibus aliis, nobis illudat laedens princeps, vel populus. (§. XXX.) *q*) Si quis igitur tenet ſententiam, ſe iuſtitiam adminiſtraſſe, vel ſecundum leges naturae, vel ciuitatis, cui praeeſt, nos autem contrariam tuemur opinionem, credimusque, nos iniuria eſſe affectos; conſequens eſt, vt iure contra eum laxemus repreſſalias, quem ignorantia iuris, vel facti, occoecatum eſſe, exiſtimamus. Hinc vere et grauiter ius ciuile praeſcribit repreſſalias, quando iudex alterius reipublicae inique pronunciat, et ciuitas non prouidet, dando iudicem adpellationis, qui iniquitatem illam corrigat atque emendet. Eo vſque igitur procedit legitimus repreſſaliarum vſus, vt leges ciuitatis alterius, durae nimis, vel iniuſtae penitus, a nobis, qui ſubiecti iſtius ciuitatis non ſumus, repreſſaliis

MCCCCXI. inita; quae legitur apud G. G. LEIBNITZIVM P. I. *Codicis Iuris Gentium Diplomatici;* conf. inprimis §. XXIV. huius conuentionis, pag. 299. edit. Hannouerae 1693. *Et ſi in dicto termino vel die nos Regina et infans noſtri Tutores et Gubernatores, vel illi de noſtro Conſilio, non reſponderimus - - - quod in tali caſu* IVSTITIA SIT HABITA TANQVAM DENEGATA, *et ipſe poſſit et mandet facere repreſſalias in bonis mobilibus et ſe mouentibus*; cetera. Add. *Pax Monaſterii Weſtphalorum* inter PHILIPPVM HISPANIARVM REGEM et FOEDERATI BELGII ORDINES GENERALES MDCXLVIII. ſancita, Art. LX. cui haec inſerta ſunt: *Si qua contrauentio fiat huic tractatui per aliquos priuatos, ſine iuſſu dictorum Dominorum Regis aut Ordinum, damnum reparetur, praeſertim in loco vbi contrauentio facta fuerit, ſiquidem ibi capiantur, aut vbi habitant, ita vt alibi tamen nulla perſecutione in corporibus ſuis quouis modo afficiantur. Nec licitum eis ſit ad arma progredi, aut pacis rupturam, ex eadem cauſſa, permiſſum tamen* (IN CASV DENEGATAE IVSTITIAE MANIFESTO) *eſto, per literas Repreſſaliarum, vti vſus obtinet, procedere.*

q) Secundum mores Cataloniae, olim repreſſalias intra annum inde a die praeſentationis primarum litterarum laeſi, ſuſcipi iure potuiſſe, tradit THOM. MIERES Cap. XXIV. *Cur. Montiſalb. Reg. Iacob. III.* num. I. ſeq. pag. 124.

liis queant ſubuerti, et infringi, ſi iudex, a nobis requiſitus, exceptione nobis prodeſſe nolit. *r*) Inde efficitur, ciuibus porro noſtris repreſſalias poſſe concedi, contra rempublicam, ex qua ſunt oriundi; ſi ſcilicet ab illa laeſi ſunt, ex quo ciuibus noſtris adſcripti fuere. *s*)

§. XXXII.

AN OB LAESIONEM PROBABILEM REPRESSALIAE DECERNENDAE SINT?

Ob laeſionem probabilem, ſiue incertam, non adduci debemus in diſcrimen armorum, vel repreſſaliarum, ſi ad rationis praecepta dirigendae ſunt actiones; quoniam iuri noſtro perfecto nondum vere eſt derogatum, ſi e. c. pro vtraque parte rationes pugnant aequales, pro iuſtitia vel iniquitate facinoris cuiusdam. Secundum enim probabilem conſcientiam non eſſe agendum, Ethicae decreta condocent; quam ob rem etiam debita liquida ad repreſſalias requiruntur. Conf. *L. vnic. C. de prohibita ſequeſtratione pecuniae.* Id quod exinde porro patet, quum repreſſaliae executionis ſpeciem praebeant, quae liquidum praeſupponit debitum. *t*) Bene igitur ac ſapienter haec conſtituta ſunt in *Tractatu Commerciorum inter* REGEM SVECIAE CAROLVM XI. et ORDINES

r) Hoc attigit argumentum IACOB. A CANIBVS de *Repreſſaliis* Part I. n. 20.

s) Huc aliqua ex parte ſpectant *L. 5. doli, D. de ſeruo corrupto*, et *L. 11. quaecunque, D. de obligationibus et actionibus*, et MARTINVS LAVDENS de *Repreſſaliis* §. XXXIX.

t) Adſtipulari igitur non poſſum ERNESTO COTHMANNO, qui iuſtas exiſtimat eſſe repreſſalias, ſi probabili modo coniici queat, iudicem, coram quo debitor conueniendus eſt, iuſtitiam non eſſe adminiſtraturum. Id, vt euincat, ingenii neruos intendit COTHMANNVS in *Reſponſis iuris et Conſultationibus* Reſponſ. XXXIII. n. 157. pag. 273. edit. Francofurti 1617.

NES GENERALES FOEDERATI BELGII die XII. Octobr. MDCLXXIX. composito; Art. IV. enim haec litteris consignata sunt: *Omnes et quaecunque litterae Repressaliarum, quae antebac quacunque ex caussa concessae sunt, pro nullis abolitisque declarentur, neque nouae ab altera dictorum foederatorum parte concedantur in alterius subditorum detrimentum aut incommodum, nisi eo duntaxat casu, quo iustitia denegata sit, cui denegationi fides non habebitur, nisi libellus supplex eius, qui praedictas Repressaliae litteras postulauerit, communicatus sit ministro, qui a parte Status eius, contra cuius subditos illae dandae sunt, eo loci residebit, vt intra quatuor mensium tempus (aut prius, si fieri possit,) contrarium docere, aut complementum quod debeatur iustitiae procurare possit*; cetera. Vid. *Actes et Memoires des Négociations de Nimégue* Tom. IV. pag. 678. et THEATR. EVROP. Tom. XII. pag. 19. Non minus in *Traité de Paix et d'Amitié entre* LOVIS XIV. ROI DE FRANCE *et* ANNE REINE DE LA GRANDE BRETAGNE, *établi sur le fondement d'une Separation réelle et perpetuelle des Couronnes de France et d'Espagne*, cetera, *fait à Vtrecht*, die XXXI. Mart. XI. April. an. MDCCXIII. Articulo XVI. hanc in rem prodita sunt sequentia: *Toutes les lettres tant de représailles que de marque et de contremarque, qui ont eté délivrées jusqu' à present pour quelque cause, et occasion que ce puisse être, demeureront et seront reputées nulles, inutiles, et sans effet, et à l'avenir aucune desd. Majestez n'en delivrera de semblables contre les Sujets de l'autre*, S'IL N'APPAROIST AVPARAVANT D'UN DE'LAY OU D'UN DE'NY DE IVSTICE MANIFESTE. Conf. *Actes et Memoires de la Paix d'Vtrecht* Tom. II. pag. 457.

§. XXXIII.
QVAMVIS DEBITOR SOLVERE NEQVEAT, REPRESSALIAE TAMEN IVRE INFERVNTVR CIVITATI IN QVA DEGIT DEBITOR.

Ciuis pro alio ciue obſtringitur nexu morali, quem inierunt inter ſe; (§. XIII.) Igitur repreſſaliae genti cuidam iure inferuntur, licet debitores veri, ſeu partes ciuitatis, non ſint ſoluendo. Iuris quidem interpretes aduerſam hic obuertunt ſententiam, rationes ita ſubducentes: eo fine bona, vel homines detinentur, vt debitor ſoluat; ſi ergo ſoluere nequit debitor, cauſſa detentionis ceſſante, effectus ſeu detentio ipſa ceſſet, neceſſe eſt. Aſt non vnica haec cauſſa repreſſalias conflat, vt debitor ipſe ſuis bonis faciat ſatis; ſed laxantur etiam repreſſaliae, ſi alio modo poſſit damnum reparari. *u*) Quum igitur ciues, vi arctiſſimae ſocietatis, in ſtatu gentium ſancitae, pro ſe inuicem obligentur; (§. VIII. ſeq.) conſequitur, in gentium iure, non requiri ad repreſſalias iuſtas ſtatum debitoris et conditionem talem, in quo ſolui aes alienum, a nobis creditum, queat. Itaque *L. 6. D. de dolo malo*, ad gentes liberas plane adplicari nequit, quum in illa edicantur verba: *is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam aduerſarii, inanis actio eſt.*

§. XXXIV.
IVSTITIA DENEGATA ET PROTRACTA AD REPRESSALIAS LEGITIMAS DEDVCIMVR.

Inter omnes conſtat, quod ſupra etiam oſtendimus, denegatam iuſtitiam eſſe cauſam repreſſaliarum; ſi itaque acce-

u) Gentium moribus id firmari, liquet ex ANDREAE MVLLERI *verwirreten Europa*, Part. VIII. Tom. III. pag. 84. edit. Amſtelodami 1683.

accedit requisitio trina, nec obtinetur satisfactio, tunc speciatim protracta dicitur iustitia; quemadmodum semel iudici vel genti denunciata laesio, sed non auersa, in sensu strictiori vocatur iustitia denegata. *x*) Igitur cum primis in statu naturali denegata et protracta iustitia nos deducit ad repressalias legitimas, quoniam cum iure gentium conueniunt repressaliae, quamuis nulla denunciatio fuerit praemissa, vti antea ostendimus. *y*) Hinc cum regulis humanitatis conspirant verba Articuli XIV. *Tractatus inter* CAROLVM II. MAGNAE BRITANNIAE REGEM ET CAROLVM II. HISPANIAE REGEM die XVIII. Iulii anno MDCLXX. sanciti, quae ita se habent: *Les offenses particulieres ne prejudicieront en aucune maniere au present Traité et n'engendreront point d'inimitiés ni dissensions entre les dites nations, mais chacun repondra de*

x) Huius naturam inspexerunt IOACH. MYNSINGERVS *singularium obseruationum Imperialis Camerae* Cent. II. Obseru. XXXIV. pag. 88. excus. Coloniae Agrippinae 1697. et ANDREAS GAILIVS *Practicarum Obseruationum* Lib. I. Obs. XXVIII. pag. 112. edit. Coloniae Agrippinae 1586.

y) Hanc ob caussam repressalias Hispani defendebant ann. MDCCXXVI. quarum rationem in *Recueil Historique et Politique sur les matieres du tems* Tom. XXVI. pag. 62. ita adumbratam videmus: *Ce n'étoit pas sans raison que les Negocians d'Anvers et des autres Places des Païs-Bas Autrichiens, craignoient de fâcheux effets du Decret de Sa Majesté J. qui ordonnoit la confiscation des biens qui y sont situez, appartenant à ceux qui sont restez attachez au service d'Espagne, au sujet duquel ils ont fait de très respectueuses Remontrances à la Cour de Vienne, sans en avoir obtenu la revocation qu'ils en demandoient. Ces Negocians ont enfin reçû avis de leurs Correspondans en Espagne, qu'on avoit publié à Madrit le 4. Novembre une Ordonnance portant confiscation de tous les effets appartenant aux Habitans des Païs-Bas, en represaille de celle qu'on y avoit publiée quelques mois auparavant, contre ceux qui sont restez au service d'Espagne: on en excepte cependant les effets de ceux qui sont restez, de son consentement, dans les Provinces des Païs-Bas.* seq.

de son propre fait, et sera poursuivi pour sa contravention, et l'un n'aura point recours à des lettres de represailles ni à d'autres voyes de cette nature pour la reparation de l'offense de l'autre, à moins que la justice ne soit deniée, ou qu'on n'apportat des delais deraisonnables à la rendre: au quel cas il sera permis au Roi dont le sujet aura souffert la perte et le dommage, d'avoir recours aux reglemens et au cours ordinaire de la Loi des Nations, jusqu' à ce, que reparation ait eté faite à celui qui aura eté endommagé. z) Insignem etiam hac in re spirat iustitiam Articulus XXIV. Pacis, inter ANGLOS et BELGIVM FOEDERATVM Westmonasterii anno MDCLIV. die V. Aprilis confectae; qui Articulus XXIV. haec comprehendit: „ Si qua iniuria ab „ alterutra Republica eiusue populo aut incolis illata sit, siue „ contra vllos huius foederis Articulos, siue contra ius com„ mune, vti nullae litterae Repressaliae, ab alterutra conce„ dantur, donec iustitia prius iuxta leges ordinarias postule„ tur; sin autem illic iustitia vel denegetur, vel in longum „ protrahatur, tum vti summus eius reipublicae magistratus, „ siue eius delegati, cuius populus et incolae iniuria affecti „ sunt, ab illa altera Republica, in qua iustitia, vt supra dictum „ est, denegatur aut differtur, aut ab illa potestate, quae „ huiusmodi postulatis audiendis constituta erit, publice iusti„ tiam postulent, vt omnes huiusmodi lites vel amice com„ ponantur, vel ordinario legum processu. Sin autem mora „ adhuc interposita erit, neque ius reddetur, neque satisfa„ ctio dabitur intra tres menses, quam huiusmodi postulatio „ lata fuerit, tum demum vt litterae Repressaliae concedan„ tur. „ a) Conueniunt cum eiusmodi moribus leges Brunsuico-

z) Vid. DV MONT *Corps Diplom.* Tom. VII. P. I. pag. 137.

a) Conf. THEATRVM PACIS Tom. I. pag. 383.

suico-Luneburgicae; patet enim ex Recessu die III. Iun. ann. MDXCVII. sancito, §. XLVIII. subiectorum testimonia, de protractione et denegatione iustitiae prolata, non debere repressalias efficere, sed Statum, cuius ciues laesi sunt, oportere ter admonere alium Statum, vt damna illata resarciat. Haec enim ibi praefinita sunt: *mit den Arresten auch gleichwohl so schleunig, wie auf ein oder mehr Seiten zu beschehen pfleget, nicht verfahren, sondern damit so lange bis zum wenigsten in vnlaugbahren Sachen, an des beklagten Obrigkeit, von des Klaegers Gerichtsherrn dreymahl geschrieben, vnd darauf die Gebühr nicht angeordnet worden, zurück gehalten;* cetera. Neque minus id patet ex Tractatu Pacis inter GALLIAE et HISPANIAE REGES anno MDCLIX. die VII. Nouembris, in insula, ab auibus phasianis nomen habente, confectae Artic. XXVII. cuius verba ita consignata sunt: *Omnes literae Clarigationum vel Repressaliarum, quae antehac concessae esse poterunt, ex quacunque id fuerit caussa, suspendantur, nec in posterum per aliquem Dominorum Regum, in praeiudicium alterius subditorum, nisi solummodo in casu denegatae iustitiae manifesto, concedantur, de quo, vt et de interpellatione desuper facta, illi, qui dictas literas prosequi voluerint, vt doceant, necesse habebunt, forma et modo in iure requisito. b)*

§. XXXV.
QVAE MODO PROPOSITA SVNT, EXEMPLIS COMPROBANTVR.

Ex societate ciuili variae manant obligationes; (§. VII.) si igitur subiectus, in alterius principis, vel domini, *der das Glaiten*

b) Pari modo Romanorum Rex CAROLVS IV. mandatum promulgauit *an die Stadt Bresslau, dass sie ihrer an den Koenig* CASIMIRO *in Polen gesperreter Handlung wegen, Repressalien gebrauchen sollen* de anno MCCCLII.

Glaiten oder die glaitliche Obrigkeit hat, regione, incidit in latrones, vel spoliatus est a grassatoribus, quum tamen princeps latrones in terris suis versari sciuerit, nec reprimere ferociam eorum adnisus fuerit, nec vindicare vim, quam peregrinus subiit, tunc ciui exterae ciuitatis iustitiam dicitur denegasse; quum iuri *des Glaitens* insit non tantum securitas et defensio viarum publicarum, terra marique, *c*) sed et potestas animaduertendi in facinorosos. *d*) Huc etiam variae spectant gentium conuentiones, e. c. Tractatus pacis inter MAXIMILIANVM Regem Romanorum ac PHILIPPVM Archiducem Austriae

MCCCLII. apud LVNIGIVM. *P. Spec. Contin. IV.* Th. II. Forts. pag. 313.

c) Eum in finem naues exploratorias, (*auslaeger Schiffe*) quae maris securitatem seruant, defenduntque contra piratas, a principibus omitti solent.

d) Vid. RECESSVS IMPER. anno MDXLVIII. confectus, n. VI. §. I. *Ferner.* pag. 489. edit. 1692. et RECESSVS IMPER. anno MDLIX. §. XXIII. pag. 681. RECESS. IMPER. ann. MDLIX. §. XXXIV. pag. 682. *Damit dann die Obrigkeit*, cetera; nec non IO. FRANC. STYPMANNI *ius maritimum* Part. V. Cap. I. n. 16. pag. 604. edit. Halae 1740. Conf. etiam Imperatoris CAROLI IV. Priuilegium *vor die Stadt Hamburg, dass sie dieienigen See-Raeuber, so die Handlung auf dem Meer vnd Elbe binderten, vnd die nach Hamburg wollende Schiffe beraubeten, aufsuchen vnd in ihrem Territorio nebst allen* Complicibus *straffen solle*, concessum Pragae anno MCCCLV. apud LVNIGIVM Part. Spec. Cont. IV. Tom. I. pag. 938. Add. CAROLI. IV. Imperatoris Diploma, quo ciuitati Hamburgensi protectionem Albis aduersus piratas, eosdemque capiendi et puniendi potestatem concessit ann. MCCCLIX. apud LAMBECIVM *Orig. Hamb.* Lib. II. pag. 88. et Imperatoris SIGISMVNDI concessio *vor die Stadt Augspurg, dass sie gegen dieienigen, so ihre Schiffarth auf dem Lech bindern, Repressalien gebrauchen moege*, de ann. MCCCCXVIII. apud LVNIGIVM Part. Spec. Contin. II. Th. I. pag. 99. Imperatoris FRIDERICI III. Priuilegium *vor die Stadt Hamburg, dass sie Moerder, ingleichen See- vnd Land-Raeuber auf der See, Elbe, vnd wo sie derer sonst habhaft werden kan, greiffen, vnd nach Befinden, an Leib vnd Leben straffen darff*, irrogatum ann. MCCCCLXVIII. apud LVNIGIVM Part. Spec. Cont. IV. Tom. I. pag. 952.

Auſtriae ab vna, et HENRICVM VII. Angliae Regem ab altera parte, concluſae anno MCCCCLXXXVI. Vid. RYMERVS in *foederibus*, *conuentionibus*, cet. Tom. XII. pag. 321. praeſertim vero TRACTATVS PACIS ET INTERCVRSVS BVRGVNDIAE, apud eundem RYMERVM pag. 518. ſeq. et Tractatus Pacis inter CAROLVM II. ANGLIAE REGEM et GENERALES ORDINES BELGII FOEDERATI confectae anno MDCLXVII. die XXXI. Iul. Art. XX. *e*) neque minus *Traité de Paix et Confederation entre* LOVIS XII. ROI DE FRANCE *et* SEIGNEVRIE DE VENISE; *par lequel ils conviennent de ſ'aider mutuellement a recouvrer ce qui leur a été pris en Jtalie, ſavoir la France le Duché de Milan, et Veniſe ſes Places de Terre ferme, que l'Empereur occupoit. A Blois le XXIII. Mars MDXIII. ratifié à Veniſe le XXI. Avril ſuivant; f)* et Tractatus Pacis inter LVDOVICVM XII. FRANCORVM REGEM, et HENRICVM VIII. ANGLIAE REGEM, *in quo eorum amici, alligati et confoederati comprehenduntur, actus et concluſus in oppido Londoniarum* die VII. menſ. Auguſt. anno MDXIV. *g*) Igitur repreſſaliis quoque erit vexandus vel ille princeps, vel ſubiectus ciuitatis male ordinatae iſtius; *h*) quoniam populi, qui non

e) Vid. *Lettres, Memoires et Negociations de Monſieur le Comte* D'ESTRADES Tom. V. pag. 486. ſeq. edit. Londini 1743.

f) Vid. *Recueil des Traitez de Paix, de Treve, de Neutralité, de Confederation*, cet. *faits par les Rois de France*, edit. a FRIDERICO LEONARDO Tom. II. pag. 98. impreſſ. Pariſiis 1693.

g) Apud THOMAM RYMERVM in *Foederibus, Conuentionibus, literis et cuiuscunque generis actis publicis*, inter Reges Angliae et alios quosuis Imperatores, Reges, Pontifices, Principes vel Communitates ab ineunte ſeculo duodecimo ad noſtra vſque tempora habitis, excuſ. Londini 1712. Tom. XIII. pag. 415.

h) Imperatoris WENCESLAI culpam hac in re carpit IOANNES DVBRAVIVS in *Hiſtoria Bohemica*, ab origine gentis, per diuerſas tempo-rum

non frangunt eiusmodi facinora, inter caussas horum morales recte referuntur. *i*) Sed si princeps latrocinia vel depellere studuerit, vel ignorauerit tam nefarios conatus; repressaliae ei iure inferri nequeunt. *k*) Quam doctrinam FRIDERICI I. Imperatoris ad LVDOVICVM REGEM datae litterae illu-

rum et familiarum vices, usque ad Ferdinandi Imperatoris et Regis auspicia, deducta, Lib. XXIII. his verbis; *Wenceslaus - - - neque legum, neque iudiciorum curam habuit. Ex quo velut iustitio, et impunitate facinorum inde consequente, latrocinia et rapinae, mala nuper intercepta, rursus per vias publicas cooriri coepta, ingentem rerum iacturam, praesertim mercatoribus, Pragam tanquam ad celeberrimum emporium confluentibus, afferebant;* cet. pag. 189. edit. Hanouiae 1602.

i) In multis igitur ciuitatibus, pactis cum exteris gentibus iniris conuenienter, nec piratis, nec hostibus aliorum populorum, potestas conceditur spolia vendendi in alieno territorio, vel ea emendi, quae exterae ciuitati laesioni esse possunt. Conf. *Pax inter* FRANCISCVM I. REGEM FRANCIAE et HENRICVM VIII. ANGLIAE REGEM anno MDXV. die V. April. Westmonasterii inita; quae legi potest apud LEONARDVM in *Recueil des Traitez* Tom. II. pag. 130. edit. Parisiis 1693. nec non *Traité entre* CHARLES V. *Empereur, et* FRANCOIS I. *Roi de France, pour la liberté de la pêche du Harenc, conclu à Calais et ratifié par le dit Empereur, à Mons Capitale du Haynaut, le 11. Octobre MDXXI* apud DV MONT in *Corps universel Diplomatique du Droit des Gens*, Tom. IV. Part. I. pag. 352. et RECESS. HANSEATICVS Lubecae anno MCCCCXVIII. publicatus, Art. XV. et XVII. praecipue vero *Pax* inter REGIAM MAGNAE BRITANNIAE MAIESTATEM CAROLVM II. et Dominum OSMANNVM BASSAM Populumque Vrbis et REGNI TRIPOLITANI die XVIII. Octobr. MDCLXII. inita, Art. IV. et seq. quae legitur THEATRI PACIS parte II. hoc est Tractatuum atque Instrumentorum pacis praecipuorum, ab anno inde MDCLX. ad ann. MDCLXXXV. inter Europaeos, atque aliis cum nationibus, initorum, collectione secunda, pag 183. seq. edit. Norimbergae 1685.

k) Leges etiam ciuiles sapienter pronunciant, gentem non laborantem de iustitia, qua τὸ nostrum nobis distribuendum est, accenseri debitoribus nostris, atque hinc ipsius gentis illius

illustrant, apud GOLDASTVM Tom. I. *Constitutionum Imperialium* pag. 282. n. XX. edit. Francofurti ad Moenum 1713.

§. XXXVI.

REPRESSALIAE VEL PERSONALES SVNT, VEL REALES; DISPESCVNTVR ETIAM IN GENERALES ET SPECIALES.

Belli ius tam ad res, quam ad personas, spectat. Ergo repressaliae etiam se extendunt ad duplex illud iuris obiectum. Hinc in personales, *l*) reales, et mixtas, recte diuiduntur. Quum igitur iustitia repressaliarum generatim a nobis euicta sit, consequens est, vt repressaliae vel res, vel per-

illius personas, vel res, capi a nobis posse. Argum. *L. pro haerede*, *D. de adquirenda vel omittenda haereditate*, et *L. 1. possessio*, *D. de adquirenda vel amittenda possessione.* Conf. IACOBVS A CANIBVS loco citato Part. I. n. 16. et STRYKIVS de *iure nauium* Cap. III. §. XX. et XXI.

l) Itaque ἀνδρολη ψία, de qua vid. IVLII POLLVCIS *Onomasticum*, (post SEBERI editionem denuo immane quantum emendatum suppletum et illustratum praecipue a celeberrimo TIBERIO HEMSTERHVIS, Lib. VIII. Cap. VI. segm. 41. pag. 879. et segm. 50. 51. pag. 884. typis impress. 1706. Amstelaedami,) olim magna ex parte conuenit cum repressaliis; quod aeque in illa, quam in his, personarum innocentium prehensio fiebat, et in casu requisitae iustitiae pro delicto aliorum concedebatur. De discrimine hoc disputantem lege AVGVSTINVM SEIDENMELTZERVM, apud ARVMAEVM Vol. II. Discurs. academ. de *iure publico* pag. 227. et BVDAEVM ad *L. 16. aut facta*, §. 8. *D. de poenis*, atque obserua, lege Attica, ἀνδροληψίαι concedente, cautum fuisse hunc in modum: Si quis morte, per vim illata, obierit, pro eo proximis ac necessariis ius esto homines prehendendi, donec aut poena sumatur de caede, aut homicidae dedantur: liceat autem tres tantum homines prehendere non vltra. Conf. DEMOSTHENES contra ARISTOCRATEM, apud quem graecis verbis expressa haec lex extat,

perſonas, modo coniunctim, *m*) modo disiunctim, occupent. Itaque facile eſt ad intelligendum ex dictis, repreſſalias vel generales eſſe, vel ſpeciales. Generales nimirum tota ciuitas ſuſcipit, ad recuperanda bona, ab altera republica erepta, vel damna reſarcienda. Speciales autem princeps ſubiecto cuidam vel nonnullis concedit, vt amiſſa repetantur, vel iniuriis fiat ſatis. Igitur neque generales neque ſpeciales repreſſaliae de iure decedunt, ſi cauſſae adſunt a nobis expoſitae. Repreſſaliae autem generales belli ſolemnis naturam inducere ſolent, vel cum bello interdum coniunguntur ſolemni, id quod e. c. ex litteris Marcae, nuper promulgatis ab auguſtiſſimo MAGNAE BRITANNIAE REGE, elucet, in quibus nempe, repreſſalias laxari generales, contra Gallos, permiſit, quum tamen antea iis iam indictum fuerit bellum; *n*) quod ab aliis etiam principibus ſaepe factum eſſe, perſpicimus ex Part. V. *des verwirreten Europae* pag. 160. edit. Amſtelodami 1680. Quam ob cauſſam quoque excurſiones maritimas, hominibus priuatis a republica bellum gerente conceſſas, dicunt multi repreſſalias. *o*)

§. XXXVII.

m) Si repreſſaliae ſimpliciter conceſſae ſunt, eas non comprehendere ius detinendi perſonas, ſed innuere tantum rerum detentionem, tradit PETRVS HEIGIVS Lib. I. *Quaeſtionum iuris tam ciuilis, quam Saxonici*, Qu. XII. n. 63. pag. 180. edit. Wittebergae 1619. ſed mores gentium cum HEIGII ſententia non conſpirant.

n) Conf. *Inſtructions given with Letters of marque againſt France*, impreſſ. Londini 1744.

o) Coniungi cum horum lectione poteſt *Daeniſches Reglement vor die Commiſſfahrer vnd Freybeuter*, edit. Hafniae die V. April. an. MDCCX. Artic. I. Ceterum ius Marcae et Repreſſaliarum ius, vnum idemque indicant, quamuis Dd. nonnulli diſcrimen hic conſtituant, pronuncientque, marcae ius afficere exteros ſolos, repreſſalias autem inferri ſubiectis Imperii R. G. nec non illud abſque requiſitione ſuperioris executioni

§. XXXVII.

PLERVMQVE AFFICIVNT REPRESSALIAE QVOSVIS EXTERAE CIVITATIS SVBIECTOS, VEL BONA.

Repressaliarum ius plerumque afficere potest quosuis exterae regionis subiectos, vel bona; *p*) (§. XXXVI.) vel eos, a quibus laesi sumus, vel alios, qui per se immediate detrimentum nullum adtulere. Id enim ex indiuiso nexu societatis istiusmodi compositae liquet; (§. VII.) quamquam conuentionibus, vel etiam moribus, immunitatem habeant, et excipiantur nonnunquam partim res, partim personae. *q*)

tioni demandari, minus vero repressalias. Quod vero ad originem vocabulorum istorum attinet, existimant permulti, *Repressalias*, vel *Represalias*, vel *Reprisalias*, quas Angli dicunt *Reprisels*, et Galli *Reprises*, vel *Droit de marque* vocant, seu captionem rei vnius in alterius satisfactionem, ita nuncupatas esse, quoniam inter duorum regnorum finitimos, qui marchias habitare dicebantur, praecipue fuerit in vsu. Hoc exposuit argumentum HENRICVS SPELMANNVS in *Glossario Archaiologico* pag. 485. edit. Londini 1687. Conf. *Stat.* XXVII. EDVARDI III. in quo verba *law of marque*, adhibita esse, obseruamus.

p) Quilibet perspicit, sermonem praecipue esse de bonis mobilibus, nisi immobilia in territorio laesi sita sint, atque ita obiectum constituant repressaliarum. Quam ob caussam in IOANNIS GEORGII SIMONIS disp. XX. *Praesidii Academici* Tom. I. pag. 119. edit. Francofurti et Lipsiae 1686. haec legimus: *Qui posses immobile aliquod in proprio laedentis territorio oppignorare, oppignoratum seruare, absque probabili repulsionis metu?* cetera.

q) Explanantur haec in *Instructions given with Letters of Marque against France*, ab augustissimo Rege nostro ann. MDCCXLIV. publicatis. Articulo enim VI. haec praefiniuntur: *and shall not do or attempt any thing against Our loving Subjects, or the Subiects of any Prince or State in Amity with Us, nor against their Ships, Vessels or Goods, but only against the French King, his Vassals and Subjects,*

Quum itaque ciues quidam, ratione originis, sint huic ciuitati adscripti, ratione conuentionis autem, alterius ciues, vel

jects, and others inhabiting within his Countries, Territories or Dominions, their Ships, Vessels and Goods, except as before excepted; cetera. Gentes aliae etiam personas quasdam in litteris Marcarum eximere solent; ita ab Hispanis liberantur saepe *treballadors, pastors, ferrados, moliners, y mossos de soldada*, quemadmodum rebus nonnullis parcunt repressalias decernentes Hispani, de quibus RIPA in *L. obligatione generali, D. de pignoribus et hypothecis*, et IO. PETRVS FONTANELLA in libro de *Pactis Nuptialibus, siue capitulis matrimonialibus*, Clausula III. Glossa II. pag. 30. edit. Geneuae 1641. legantur. Cuiusmodi exemplum etiam extat in *concordia inter* HENRICVM CASTELLAE et IOHANNEM PORTVGALLIAE REGES ann. MCCCCXI. sancita; §. XXIV. hac ratione: *in tali casu - - - ipse possit et mandet facere* REPRESSALIAS IN BONIS MOBILIBVS *et se mouentibus* SOLVM, *et non in hominibus;* cetera. Euolue G.G. LEIBNITZII codicem *Iuris Gentium Diplomaticum*, P. I. pag. 299. E contrario in REGIS SVECORVM *Reglement publié touchant les Armateurs, et la navigation dans la mer Baltique*, haec legimus Articulo VIII. *Tous les vaisseaux apartenans aux ennemis, ou à leurs sujets, seront confiscables, sans avoir egard aux lieux d'où ils viennent, et où ils vont;* et Art. XIII. *Tous les effets apartenant à des sujets ennemis, ou envoyez pour leur compte, seront confiscables, dans quelques Vaisseaux que ce soit qu'ils soient trouvez; comme aussi les effets des Sujets Neutres, qui se trouveront dans des Vaisseaux ennemis*, cetera. Vid. an. MDCCXV. hanc promulgatam ordinationem in *Recueil Historique et Politique sur les matieres du tems*, Tom. XXII. pag. 333. seq. typis impress. 1715. Forsam huc referri possunt Pontificis CLEMENTIS V. *Befehl, dass niemand weder Vieh, noch einige der Abtey Quedlinburg gehoerige Güter vnter was für Praetext ex seyn moege, arrestiren vnd anhalten solle*, promulgat. XII. Kal. Iunii anno MCCCIX. apud LVNIGIVM *Spicil. Eccles. III. Theil von Aebtissin.* pag. 227. nec non Romanorum Regis HENRICI VII. Priuilegium, *vermoege dessen die Stadt Leutkirchen vnd ihre Bürger vnd Einwohner von fremden Pfaendungen vnd Arresten befreyet worden*, datum Pisis April. I. ann. MCCCXII. apud LVNIGIVM *Part. Spec. Contin. IV. Theil I.* pag. 1490. Imperatoris LVDOVICI BAVARI Priuilegium *vor die Stadt Kempten, dass der Magistrat vnd*

vel tam in hac, quam in illa, bona possideant; inde efficitur, interdum repressaliis coerceri posse vtramque rempublicam. Si quis igitur duabus ciuitatibus est subiectus, et ab hac laeditur, tunc ab illa defendi potest repressaliis; id quod conuenit

vnd die Bürger daselbst auf dem Lande vm ihren Gült pfaenden moegen, irrogatum MCCCXXXI. apud LVNIGIVM *Part. Spec. Cont. IV. Theil I.* pag. 1506. et Imperatoris LVDOVICI BAVARI Priuilegium *vor die Stadt Leutkirchen, dass niemand ihr Gut verpfaenden vnd verkummern solle, vnd was deme mehr anhaengig*, concessum ann. MCCCXXXII apud LVNIGIVM *Part. Spec. Cont. IV. Theil I.* pag. 1286. et Imperatoris LVDOVICI BAVARI Priuilegium *vor die Stadt Leutkirchen, dass niemand ihre Bürger vnd Einwohner, der Reichs-Pfandtschafft wegen, arrestiren oder verpfaenden solle*, datum ann. MCCCXXXII. apud LVNIGIVM *Part. Spec. Contin. IV. Theil I.* pag. 1491. Priuilegium LVDOVICI BAVARI Imperatoris ciuitati Tremoniensi concessum, *de non molestanda dicta vrbe per impignorationem, permutationem aut quascunque alias inuasiones illicitas*, de ann. MCCCXXXII. apud DATT. *Volum. Rer. German. Nou.* Lib. II. pag. 733. Imperatoris LVDOVICI BAVARI Priuilegium de non arrestando, Erfurtensibus ann. MCCCXXXVII. datum, apud LVNIGIVM *Part. Spec. Contin. IV. Theil II. Fortsetz.* pag. 441. *Des Roemischen Koenigs* CAROLI IV. Priuilegium *vor die Stadt Rothenburg an der Tauber, dass selbige nicht verkümmert noch entfrembdt werden solle*, ann. MCCCXLVII. exaratum, apud LVNIGIVM *Part. Spec. Contin. IV. Theil II.* pag. 338. *Des Roemischen Koeniges* CAROLI IV. Priuilegium de non arrestando, *so er der Stadt Erffurth, nebst Confirmation ihrer Priuilegien vnd Freyheiten ertheilet*, ann. MCCCXLVIII. apud LVNIGIVM *Part. Spec. Cont. IV. Theil II. Fortsf.* pag. 444. Imperatoris CAROLI IV. Priuilegium de non arrestando, *so er der Stadt Aachen ertheilet* an. MCCCLXXIV. apud LVNIGIVM *Part. Spec. Cont. IV. Theil I.* pag. 60. *Hertzogs* LEOPOLDI *zu Oesterreich* Priuilegium, *dass kein Bürger von Kempten in Tyrol, weder mit Leib, noch Guth arrestiret werden soll*, ann. MCCCLXXVI. publicatum; apud LVNIGIVM *Part. Spec. Contin. IV. Theil I.* pag. 1508. *Hertzogs* LEOPOLDI *von Oesterreich* Confirmatio *des der Stadt* Kempten *ertheilten Priuilegii, dass kein Bürger aus selbiger in Tyrol, weder mit Leib noch Gut arrestiret werden solle*, dat. MCCCLXXVII. apud LVNIGIVM *Part. Spec. Contin. IV. Theil I.* pag. 1509.

uenit cum iure ciuili, illustrato hac in re ab ANDREA ALCIATO in Comment. *de verborum significatione* fol. 332. edit. Louanii 1565. r) Nemo autem non, ex definitione, qua aperui repressaliae quid sint, colligere potest, alteri principis subiecto, contra alterum eidem Principi subiectum, repressalias non concedi, quum principis sit, vtriusque ciuis caussas cognoscere et dirimere. s)

§. XXXVIII.
AN REPRESSALIIS AGITATI, IVRE QVEANT INTERFICI?

In hostes omnia licere, expediti iuris est; itaque bona omnia iis eripere possumus. Si igitur hostes vincimus, nihil impedit, quominus eos captiuos reddamus, immo interficiamus. Quum porro repressaliae dicantur bellum minus solenne; inde fluere videtur, ista iura omnia sub se quoque comprehendere repressalias; quia vero ad repressalias descen-

r) Obseruat vero ALCIATVS, doctrinae huius restrictionem interdum habere locum; en verba eius: „Finge concessum aduersus Florentinos „ius prensionis, (Clarigationem veteres dixerunt) iniquum esset eos „qui Florentiae non habitant, nec „munera subeunt, comprendi, tam„etsi inde orti proponantur: cum „enim reipublicae munera ibi non „subeant, non debent in eas poenas „incidere, quae propter reipublicae „delictum irrogantur, quales sunt „huiusmodi prensiones, manuum in„iectiones.„ Add. IAC. A CANIBVS c. l. n. 40.

s) Vid. PETRI FRIDERI, Mindani, de *Processibus*, *Mandatis et Monitoriis in Imperiali Camera extrahendis*, Lib. I. Cap. XLIX. n. V. pag. 298. Exceptiones tamen nonnullas loco excitato legisse iuuat; etenim, per statuta aut consuetudines, contra ciuitates principi nostro parentes, interdum a nobis suscipiuntur repressaliae. Cuiusmodi exempla collegit IOANNES HENRICVS MEIER in disp. de *repressaliarum iure* §. XXXVII. pag. 24. seq. Erfordiae 1699. impressa et defensa.

descendimus, vt iustitiam, vel denegatam, vel protractam, adipiscamur, eumque in finem vel res, vel homines detineamus, vt laesis fiat satis, vel soluatur debitum; nec non bona retenta interdum vendantur, vt, ex pecunia, laesi damna reparentur; *t*) et id sine morte personarum detentarum plerumque fieri queat; sequitur, vt homines repressaliis occidendi non sint, *u*) nec contumelia sit iis imponenda, *x*) nisi resistant, remediumque iuris nostri violento modo repellant, atque ita ex accidenti, si nimirum alia ratione pignorationes exerceri nequeunt, morte adficiantur. *y*) Proinde obsidum iura iis tribuenda esse, existimo, quum obsides, et repressaliis capti, in aequilibrio quasi pendere mihi videantur. *z*)

§. XXXIX.

t) Meretur legi GEORGII ADAMI STRVVII Differtatio de *vindicta priuata et retorsione iuris iniqui*, Cap. XII. pag. 188. edit. Ienae 1678.

u) Conf. Tractatus nauigationis et commercii inter CAROLVM II. ANGLIAE REGEM et PRAEPOTENTES ORDINES GENERALES VNITI BELGII, die I. Decembr. anno MDCLXXIV. initus.

x) Haec eo magis cum veritate conueniunt, quia lytri vsus in bellis ipsis solemnibus est receptus, nec captiui sine necessitate solent interfici; id quod in RECESS. IMPER. ann. MDLXX. sub tit. *der Roemischen Kayserlichen Maiestaet vnd des heiligen Reichs* REVTER-BESTALLVNG Art. XCV. pag. 826. et passim, Recess. edit. Moguntiae 1692. et in *dem* ann. MDCLXXII. *zu Regenspurg vergliechenen* ARTIKELS-BRIEF DER REICHS-VOELCKER, sancitum est. Conf. PAX OSNABR. Art. XVI. §. 7. CHVRFVRSTL. BRANDENB. KRIEGES-RECHT Art. LXIX. seq. et BRAVNSCHW. LVNEB. KRIEGES-RECHT Tit. XIII. Infinitas leges alias taceo.

y) Vid. BALTHASARIS AYALAE de *iure et officiis bellicis et disciplina militari* opusculum, Lib. I. Cap. IV. pag. 57. excus. Antuerpiae 1597.

z) A creditoribus olim, grauibus poenis, et seruitutis vinculis, adfectos esse debitores, quum constet inter omnes; non miramur sortem mise-

§. XXXIX.

GROTII SENTENTIA EXPENDITVR.

Qui vi perimit remedia, quibus ius nostrum impetrare possumus, damnumque illatum resarcire recusat, is tanquam hostis considerandus est; Ergo contra eum, tanquam contra hostem, molimur repressalias. Itaque susceptas nostras repressalias reprimens, iure a nobis interficitur. (§. XXXVIII.) Igitur GROTIO non adstipulamur, qui *de iure Belli et Pacis* Lib. III. Cap. II. §. VI. pag. 768. ex caritatis lege, haud quemquam repressaliis interficiendum esse, colligit, tenetque opinionem, in maiori pretio Christianis vitam hominis ponendam esse, quam res. Sed cum iuris gentium analogia haec non conspirant; si enim vera sunt Grotii argumenta, tam repressaliarum quam bellorum ius omne euanescit. Hoc credat Iudaeus adpella! Non negamus vero, Marcae ius, principis vel superioris iussu speciali, interdum tantummodo restringi ad merces, vel alias res hostium; hoc enim ex supra dictis liquet, *a*) nec non ex Parisiensi arresto pro episcopo Tridentino aduersus Nicolaum et Ioannem Seurium, mercatores Parisienses, decreto, perspicimus. *b*)

§. XL.

miseram repressaliatorum; quum publicas iniurias merito seuerior, quam priuatas, persequatur vindicta. Gentes tamen non raro mites hac in re se praebent; ita enim scimus, e. c. Gallorum Regem CAROLVM VI. aduersus subiectos Traiectensis episcopi, litteras repressaliarum edidisse, sed tamen vincula personarum fuisse prohibita, rerum detentione sola permissa. Conf. IO. GALLVS *Quaest.* CCCXXXIV. et CCCLIX.

a) Vid. nota vltima ad §. XXXVIII.

b) Legatur IOANNES PAPONIVS *Decisionum et rerum indicatarum* Lib. IV. Tit. III. pag. 126.

§. XL.

AN CIVES NOSTRI A PRINCIPE NOSTRO REPRESSALIIS VEXARI POSSINT?

Repreſſaliarum iuri ciues omnes regni cuiusdam ſubiici poſſunt; (§. XXXIII.) Ergo tam indigenae, quam ii, qui domicilium fortunarum ſuarum, ex alia ciuitate oriundi, in illo poſuerunt; *c*) quum enim hi, tanquam aduenae, iuribus reliquorum ciuium fruantur; nulla ſubeſt ratio, cur non eorundem onera debeant ſuſtinere. Quilibet vero facile intelligit, repreſſaliarum ius exteros tantum adficere; (§. XXXVII.) qui enim legibus noſtris ſubiecti ſunt, ordinaria iurisdictione coercentur, nec ad arma eſt horum cauſſa confugiendum. *d*) Conſuetudo tamen paſſim induxit alias rationes, et ius repreſſalias ciuibus ſuis inferendi; *e*) quemadmodum conſtat, rebelles ciues, quippe qui hoſtium naturam induunt, tam bello ſolemni, quam minus ſolemni, ſeu repreſſaliis, poſſe vexari. Vid FRIDERICI II. exemplum apud PETRVM DE VINEIS *Epiſtolarum* Lib. V. Epiſt. XLVIII. pag. 601. excuſ. Ambergae 1609.

c) Hoc §. XXXVII. attigi argumentum; ſed conuentionibus legibusque dari poſſe multis immunitatem, deinceps oſtendam fuſe. Conf. ORDIN. DAN. *vor die Commiſſ-Fabrer*, cet. die V. April. ann. MDCCX. publicata, Art. IV. et *Edict.* ORD. FOED. BELG. Hagae Comit. die XXVIII. Iul. ann. MDCCV. edit. Art. XI. et XII. Add. litterae communitatis ciuitatis Parmenſis ad communitatem Bononienſem, Repreſſaliorum ciuibus Bononienſibus contra Parmenſes permiſſorum cauſſa, conſcript. Parmae die XXI. Ian. anno MCCXCIX. apud LVNIGIVM *Cod. Ital. Diplom.* Tom. IV. pag. 1411.

d) *L. 13. §. 3. D. de vſufructu, et quemadmodum quis vtatur fruatur.* Conf. CVIACIVS ad *L. vn. C. vt nullus ex vicaneis.*

e) Vid. nota vltima §. XXXVII.

§. XLI.

DOMICILII FORTVNARVM MVTATIO AN LIBERET ALIQVEM REPRESSALIIS?

Ciuitatis membra quaeuis repressaliis tenentur; (§. XL.) ergo liberatur repressaliis is, qui membrum ciuitatis non amplius est, licet in republica nostra natus fuerit, si nempe domicilium fortunarum suarum in aliam transtulit regionem. Vti enim per emigrationem iura ciuitatis aliquis amittit, ita etiam oneribus idem leuatur. *f*) Si quis autem in vtraque ciuitate bona possidet, tunc etiam repressaliis rite vexari potest, tam in hac, quam in illa republica, nec eximitur domicilii mutatione.

§. XLII.

DE ADVENIS ET PEREGRINIS.

Qui per aliquot menses vel dies tantum commorantur in aliqua ciuitate, ii aduenis, seu peregrinis, adnumerantur. Hi igitur repressaliis quoque exponuntur, si constat, hos iisdem iuribus, quibus reliqui ciues praediti sunt, pollere, vel idem morale vinculum iniisse; (§. XL.) id quod etiam exinde patet, quoniam aduenae laesi, antequam se permiserint fidei nostrae, sed postea apud nos commorantes, repressaliis defendi possunt, et solent. *g*) (§. XXXV.) Conf. *L. 3. D. de officio praesidis.* Constat tamen, gentium mores priuilegia nonnunquam impertiri, et hinc aduenas repressaliis releuari.

§. XLIII.

f) *L. 10. D. de R. I.*

g) MARTINVS MAGERVS a SCHOENBERG de *aduocatia armata* Cap. XVI. num. 865. pag. 738. edit. Francofurti 1625. ciui nouo non concedendas repressalias esse, ob damna iniusto modo illata, antequam ciuis fieret, ostendere studet.

§. XLIII.

SOLVTI AC LIBERI A MOLESTIA REPRESSALIARVM HOMINES QVIDAM SVNT, SECVNDVM NATVRAM IIS SVBIECTI. AGITVR ITAQVE I. DE LEGATIS.

Soluti ac liberi ab omni moleſtia repreſſaliarum homines quidam ſunt, ſecundum naturam ſtatus ſui iis ſubiecti; (§. XLII.) quemadmodum in bellis ipſis, vi legum, vel conuentionum, eximuntur nonnulli. Conf. *Traité de Marine fait entre* LOUIS XIV. ROI DE FRANCE *et les* VILLES *et* CITEZ ANSEATIQVES, *à Paris le X. May.* MDCLV. Art. II. III. cet. apud G. G. LEIBNITZIVM in *Mantiſſa Codicis Iuris Gentium Diplomatici* P. II. pag. 186. ſeq. et *Traité de Commerce, Navigation et Marine, fait, conclu et arreſté à Nimegue, le X. du Mois d' Aouſt, 1678. entre les Ambaſſadeurs et Plenipotentiaires de* SA MAIESTÉ TRÈS CHRESTIENNE *d' une part, et les Ambaſſadeurs et Plenipotentiaires des* SEIGNEVRS ESTATS GENERAVX DES PROVINCES VNIES *du Pays-Bas de l'autre*, Art. XXXV. *b*) nec non Tractatus Pacis inter FOEDERATVM BELGIVM et TVNETANAM REMPVBLICAM initae anno MDCLXII. Art. XIII. *i*) Addere conuenit RECESSVM IMPERII an. MCCCCXLII. Francofurti ad Moenum confectum, *k*) et *Franckfurtiſche* POLICEY-ORDNVNG anno MDLXXVI. edita, tit. VI. pag. 874. Receſſ. excuſ. Moguntiae. Ita obſeruamus, legatos, quamuis ſint ciues reipublicae, quae iniu-

b) Vid. *Actes et Memoires des Negociations de la Paix de Nimegue* Tom. II. Part. II. pag. 617. edit. Amſtelodami 1680.

i) *Placaet* ORD. FOED. BELG. ann. MDCCV. Art. XI. XII. ſeq.

k) Vid. Tom. I. CORPORIS IVRIS PVBLICI S. I. R. G. pag. 69.

iniurias nobis intulit, ex repressaliarum eripi miseriis, et ad comites legatorum idem extendi priuilegium, si nimirum legatio admissa est a nobis. *l*) Ad res legatorum quod adtinet, ne hae quidem adimuntur repressaliis, quando constat, eas esse legatorum proprias, nullasque fraudes subesse. *m*) Capi autem repressalias de legatis, qui legitimo modo non admissi, vel litteris commeatus muniti non sunt, ex principiis iuris gentium vniuersalibus omnino colligimus.

§. XLIV.

II. DE FOEMINIS.

Hominum instituta restringunt haud raro iura naturae; hinc discrimen gentium iuris et ciuilis, in repressaliarum adplicatione, probe est ob oculos ponendum. *n*) Iure gentium scilicet vexari repressaliis possunt foeminae, (§. XL.) neque minus infantes et postumi, (§. cit.) sed ciuile ius eiusmodi personas soluit his incommodis; conferantur interpretes ad t. t. *C. ne filius pro patre.* Sane laudibus veneramur beneficia, in eiusmodi personas collocata; gentes enim consulunt sane rebus suis, dum infantes eximunt a seueris repressaliis, bellique incommodis. Quo spectant haec CAMILLI

l) GROTIVS *de iure belli et pacis* Lib. II. Cap. XVIII. §. V. et Lib. III. Cap. II. §. VII.

m) De quo iure vid. ALBERICVS GENTILIS de *Legationibus* Lib. II. Cap. XV. §. III. et *l'Ambassadeur par Monsieur* de WICQVEFORT.

n) Pari modo ius belli generatim, partim moribus gentium, partim pactis expressis, restringi videmus; quam in rem PYRRHVS apud SENECAM pag. 158. edit. Francofurti 1625. in *Troade*, vers. 331. haec canit:

Lex nulla capto parcit, aut poenam impedit.

et AGAMEMNON respondet:

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.

Pyr. *Quodcunque libuit facere, victori licet.*

Ag. *Minimum decet licere, cui multum licet.*

MILLI apud LIVIUM *Hist. Rom.* Lib. V. Cap. XXVII. *Arma habemus non aduersus eam aetatem, cui etiam, captis vrbibus, parcitur; sed aduersus armatos, et ipsos, qui nec laesi, nec lacessiti a nobis, castra Romana ad Veios oppugnarunt, eos tu, quantum in te fuit, nouo scelere vicisti, ego Romanis artibus, virtute, sicut Veios, vincam;* pag. 203. edit. Francofurti 1659. Conf. idem LIVIUS Lib. XXIV. Cap. XXVI. pag. 533. et HUGO GROTIUS de *iure belli et pacis* Lib. III. Cap. XI. §. IX. pag. 876. VALERIUS MAXIMUS Lib. IX. Cap. II. pag. 804. excus. Lugduni Batauorum 1726. Neque minus in *der* REFORMATION GUTER POLICEY, *die zu Augsburg MDXLVIII. aufgericht ist*, Art. VI. §. 1. pag. 502. Recess. edit. 1692. haec praefiniuntur: *Vnd dieweil bey den alten Heerführern vnd Kriegsherrn, löblich Herkommen, wie das auch die Historien vielfaeltig anzeigen, daß die Kirchen vnd andere geweyhete, vnd gefreyte Staedt, auch Priester, gefreyte Personen, alte vnd kranke Leut, schwangere Frauen, Kindbetterin, ehrbahre Frauen vnd Iungfrauen, in Kriegshandlungen vnberaubt, vnd vnuergewaeltiget gelassen worden seynd: So gebieten wir, allen Haupt- vnd Befehlchsleuten hiemit ernstlich, vnd wollen, daß sie bey allem ihrem Kriegsvolck in den Articuls-Brieffen, dermassen Fürsehung thun, vnd strenglich darüber halten, daß die Kirchen vnd andere geweyhete Staett, auch die Priester, gefreyte Personen, alte vnd krancke Leut, Ackerleut, schwangere Frauen, Kindbetterinn, ehrbahre Frauen, Iungfrauen, vnd junge Kinder, von allem ihrem Kriegsvolck, vnd desselben Troß, vnberaubt, vnuergewaeltigt, vnd gaentzlich vnbeschweret bleiben, welche aber darwider thun, daß sie am Leib vnd Leben gestrafft werden sollen.* Attamen necessitas et aliae rationes contrarium nonnunquam suadent, tam gentium quam ciuili iuri conuenienter, arg. *L. 1. C. de condictione ex lege.* Inde

Inde efficitur conclusio, postumorum priuilegia, quae fingunt multi, iure gentium infirmari, ob connatas obligationes, quibus tam societatibus variis, quam parentibus, adstricti sunt, quamuis hic bene multi Dd. discrepent opinionum dissensione.

§. XLV.
III. DE CLERICIS

Repressaliarum iugum clericis, vel personis ecclesiasticis, iure gentium non detrahitur; (§. XL.) licet constitutio GREGORII X. quae legitur in *cap. vn. de iniuriis et damno dato, in 6.* hanc iis libertatem promittat. *o*) Quod quidem decre-

o) Iuris canonici praeceptum istud refertur a quibusdam ad pignorationes stricte sic dictas; quae scilicet repressaliis opponuntur; sed improprius significatus vocabuli pignorationis, qui repressalias indicat, vero similis est; quum verbum *repressaliae* adiectum sit a GREGORIO X. et aliae subsint rationes, de quibus in iure pontificio agendum est. Ceterum in capitulo excitato Pontificem omnes improbare repressalias, speciatim vero clericos contra illas defendere, quoniam pignorationes cunctas legibus et aequitati aduersari pronunciat, arbitrantur Dd. haud pauci; si verò rite subducimus rationes, perspicimus, eas tantum Papam reiicere repressalias, quae similiter ciuili constitutione prohibitae sunt; verba enim ita se habent: *Etsi pignorationes, quas vulgaris elocutio repraesalias nominat, in quibus alius pro alio praegrauatur, tanquam graues legibus, et aequitati naturali contrariae, ciuili sint constitutione prohibitae: vt tamen earum prohibitio in* PERSONIS ECCLESIASTICIS *tanto amplius timeatur, quanto in illis specialius inhibentur eas concedi contra personas praedictas, seu bona ipsorum aut quantumcunque generaliter praetextu cuiusuis consuetudinis (quam potius reputamus abusum fore) concessas, ad illas extendi praesenti decreto districtius inhibemus. Illi autem qui contra fecerint, aduersus personas easdem pignorationes seu repraesalias concedendo, vel extendendo ad eas (nisi praesumptionem huiusmodi reuocauerint a concessionis vel extensionis tempore intra mensem) si personae singulares*

decretum maxime repugnat rationi, quoniam ius nostrum multis in caussis vindicare non possumus secundum illam legem; constat enim, vocabula *personae ecclesiasticae* sub se comprehendere permultos homines, atque hinc ingenti ciuium numero priuilegium largiri Pontificem Romanum. *p*) Igitur iniqua doctrina haec ab ipsis pontificiis ex parte repudiatur, *q*) praecipue in caussis iis, quibus clerici auctores sunt laesionum; *r*) quamuis in variis regionibus diu viguerit. *s*)

§. XLVI.

lares fuerint, sententiam excommunicationis incurrant: si vero Vniuersitas, ecclesiastico subiaceat interdicto. Praeterea nostra interpretatio firmatur *Cap. 11. X. de sponsal. et matrim.* atque passim, nec non lectione MARQVARDI FREHERI, vel potius *Annalibus* HENRICI STERONIS, insertis *Germanicarum Rerum Scriptoribus*, ex bibliotheca MARQVARDI FREHERI editis, Tom. I. pag. 391. excus. Francofurti 1624.

p) PETRVS BINSFELDIVS poena excommunicationis afficiendos esse putat principes, contra ciuitatem repressalias laxantes, in qua clerici degunt. Vid. Commentarius istius in *Titulum iuris canonici de iniuriis et damno dato*, Cap. VIII. Quaest. IV. Conclus. XII. pag. 595. edit. Augustae Treuirorum 1597. et AZPILCVETA NAVARRVS in *Enchirid. Confessariorum* Cap. XXVII. num. 136.

q) Adscribere liceat PETRI GREGORII THOLOSANI *Syntagmatis iuris vniuersi* Lib. XXXVIII. Cap. VIII. n. 16. pag. 453 edit. Francofurti ad Moenum 1591. verba haec: *In iure pontificio cautum expresse, repressaliis non teneri clericos; quod intellige pro admissis a dominis laicis, nam si de episcopis denegantibus iustitiam, vel archiepiscopis, vel aliis agatur, lubens subsisto.*

r) Quod ad antiquissimos gentium mores adtinet, PLVTARCHVS narrat, Cretenses, quum bellis ciuilibus colliderentur, a sacerdotibus omnem noxam abstinuisse: et Gothi a PROCOPIO laudantur, quoniam sacerdotibus Petri et Pauli, extra vrbem, pepercerunt. Vid. R. Z. *iuris et iudicii fecialis*, siue iuris inter gentes, et quaestionum de eodem explicatio, Part II. Sect. X. Qu. XVIII. pag. 381. excus. Lugduni Batauorum 1651. qui RICHARDI I. Angliae Regis institutum hac in re descripsit auctor. E contrario autem, plerumque Repressalias, moribus gentium conuenienter, suscipi etiam contra clericos, nemo est, qui nesciat. Legatur IO. PAPONIVS *Decisionum et rerum iudicatarum* Lib. V. Tit. II. pag. 125.

s) Conf. FRANCISCI MARCI *aureae*

§. XLVI.

IV. DE IIS, QVI IN STVDIIS LITTERARVM VERSANTVR.

Ex dictis fluit, ſtudioſorum, qui modo ſcholares, modo ſtudentes vocantur, priuilegia, *t*) quae ratione repreſſaliarum in variis regionibus iis conceſſa ſunt, non ex naturae vel gentium iure manaſſe vniuerſali. *u*) Hinc non miramur multorum populorum conſuetudinem aduerſam. Igitur, gentium iure, res, ſtudioſis maxime neceſſariae, veluti libri, interdum repreſſaliis detinentur. Ergo doctorum et profeſſorum priuilegia, tantum ex iure pendent ciuili, vel poſitiuo. *x*)

§. XLVII.

V. DE MERCATORIBVS.

Repreſſaliis etiam ſubiecti ſunt, ſecundum gentium ius, mercatores, adeuntes nundinas, (§. XL.) ſi veniunt ex ciuitate,

reae deciſiones in ſacro Delphinatus ſenatu olim diſcuſſae Part. II. Quaeſt. CCCLIX. pag. 176. impreſſ. Francofurti ad Moenum 1624.

t) Huc facit *Auth. Habita*, *C. ne filius pro patre*, quae ab Imperatoribus, qui, poſt fata FRIDERICI BARBAROSSAE, praefuerunt ſummae rerum, magna ex parte diminuta eſt. Euoluantur PHILIPPI ANDR. OLDENBVRGERI *Pandect. Iur. Publ.* ſiue Limnaeus enucleatus Part. II. Lib. IV. Cap. LXXI. n. 5. pag. 213. edit. Geneuae 1670.

u) *Scholares*, quamuis rerum diuinarum ſcientiae addicti non fuerint, a multis olim dicti ſunt *clerici*. Cui volupe eſt teſtimonia videre, is legat CONRADI RITTERSHVSII *Ius Iuſtinianeum*, i. e. *exp. meth. Nouell.* Part. III. Cap. VII. n. 14. pag. 171. edit. Argentorati 1669.

x) Commendandus hic eſt LIMNAEVS, *Iuris Publici* Imperii Romano-Germanici Lib. VIII. Cap. III. n. 41. ſeq. Add. MATTHIAE STEPHANI tractatus de *iuriſdictione*, Lib. III. P. II. Cap. V. pag. 50. ſeq. edit. Francofurti 1611. et Cap. IX. pag. 69. et 70.

tate, quae damnum nobis intulit; quamuis eos defendat *L. vn. C. de nundinis et mercationibus.* Non negamus quidem, priuilegium illud, ex iure Romano petitum, mirifice cadere in vtilitates mercaturae, quae ad salutem ciuitatis seruandam, ex parte adiuuat. *y*) Probe etiam scimus, illud non tam fructus hosti et quibusdam hominibus parere, quam ad commune commodum rerumpublicarum facere; ne scilicet multis noceatur mercatoribus in nundinis, quorum in aere is est, qui repressalias patitur. *z*) Neque minus hinc efficimus conclusionem, legem istam ciuilem non immerito adplicari quoque post nundinas, ac vario passim adplicari modo. *a*) Sed alii Dd. *b*) ab hac sententia abhorrent, vel remittunt aliquid, nundinis finitis, de propensa erga mercatores voluntate; quemadmodum etiam ex consuetudine maxime recepta liquet, gentes plerumque negligere mercatorum priuilegium istud, nisi mercator sub saluo principis nostri conductu, seu sub publica tessera securitatis, iter faciat in terris nostris.

y) Huiusmodi priuilegia mercatorum stabilita videmus in legibus castrensibus FRIDERICI I. Imperatoris, a RADEVICO, ecclesiae Frisingensis canonico, de *rebus gestis* FRIDERICI I. Lib. I. Cap. XXVI. descriptis, apud CHRISTIANVM VRSTISIVM *Germaniae Historicorum illustrium* Tom. I. pag. 492. edit. Francofurti ad Moenum 1670.

z) Hoc ostendere sustinuerunt IO. BOTERVS de *origine vrbium* Lib. II. Cap. VIII. et ZIEGLERVS de *iuribus maiestaticis* Lib. I. Cap. XLIII. n. V. pag. 751. edit. Wittebergae 1681.

a) Iuris huius limites descripsere CASP. KLOCKIVS in tractatu nomico-politico de *Contributionibus* Cap. III. num. 83. pag. 71. seq. excus. Francofurti 1672. PETRVS PECKIVS de *iure sistendi* Cap. X. num. 3. Operum eius edit. Antuerpiae 1679. pag. 755. MATTHIAS BERLICHIVS Part. I. *Conclus.* LXXVII. num. 8. pap. 523. seq. impress. Ienae 1651.

b) Agmen ducit DANIEL MOLLERVS in *Commentariis ad Ordinationes et Constitutiones potentissimi domini Augusti Electoris Saxoniae*, Parte I. Constit. XXX. num. 10. pag. 127. typis exscript. Lipsiae 1612.

§. XLVIII.
DE NAVIBVS, QVAE VI VENTORVM IN PORTVM NOSTRVM COMPELLVNTVR.

Nihil impedit, quo minus eos repressaliis persequamur, quorum naues vi ventorum in portum nostrum compelluntur, iniunxit nobis respublica detrimentum, cuius ciues in nauigio sunt. (§. XL.) Nulla igitur ratione *Auth. nauigia*, *C. de furtis et seruo corrupto*, obiici potest gentium iuri, quum ipsa haec etiam lex expressis verbis perplures admittat restrictiones. *c*) Ea propter etiam naues, si ius vel debitum non reddant, vel illicita bona aduehant, vel si iure metuantur vt hostes, vel si hosti nostro re, opera, consilio faueant, vel deuiis itineribus ac littoribus clam et animo explorandi perreptent alienum aequor, adficiuntur omnino repressaliis. Similes caussas exposuit IOANNES LOCCENIVS de *iure maritimo et nauali* Lib. III. Cap. IV. §. III. pag. 225. Comprehensae etiam illae sunt in PHILIPPI II. Hispaniae Regis ORDIN. MARIT. sub Tit. de *naut.* Art. XX. Add. IVS DANICVM Cap. XXXV. IVS LVBEC. Lib. VI. Tit. I. Art. VI. IVS PRVTEN Lib. IV. Tit. XIX. Art. I. §. VI.

§. XLIX.
DE INFANTIBVS ET FVRIOSIS INTERDVM CAPIVNTVR REPRESSALIAE.

Capi possunt de infantibus repressaliae: (§. XLIV.) igitur etiam de furiosis, quoniam reparatio et satisfactio ex rebus

c) Has ostendit IODOCVS DAMHOVDERIVS in libro inscripto: *Praxis rerum criminalium*, Cap. C. pag. 298. num. 25. edit. Antuerpiae 1616. et REINOLDVS KVRICKE in *Resolutione Quaestionum illustrium ad ius maritimum pertinentium*, Quaest. XXVII. pag 825. seq. edit. Halae Magdeburg. 1740. Vid. quoque IOACHIMI KAEMPFFERI disp. de *iure appulsus*, respondente IOANNE DIETERICO KETTLERO habita Ienae 1680. Cap. XI. §. XLII. pag. 39. edit. 1692.

rebus ipsis pendent, quamuis facinus iniustum a furioso nequeat perpetrari. Quum enim per nexum iurium et obligationum, innocentes in se considerati homines, redimere culpam aliorum haud raro teneantur, (§. VIII.) ratio dari non potest, cur non furiosi refundere interdum dispendia ad assem debeant, et mederi incommodis, ab aliis ciuibus perferendis. Id ipsum quoque ex belli iure, quo opprimi possunt furiosi, (§. VII.) euincitur. Sed animus non est proferre priuilegia omnia; hinc silentio praetermitto alios, in regnis quibusdam exceptionem habentes, homines; conf. tamen REFORMATION KAYSER FRIDERICHS DES DRITTEN, *zu Franckfurt am Mayn anno MCCCCXLII. aufgericht*, §. VI. pag. 39. et FVSSKNECHTS BESTALLVNG *die zu Speyer MDLXX. aufgerichtet ist*, §. CXCV. pag. 833. REFORMATION *guter Policey zu Augspurg*, de an. MDXLVIII. Art. VI. pag. 502. Corp. Recess. edit. Moguntiae 1692.

§. L.

DE REPRESSALIIS INIVSTIS.

Bellum alimus trahimusque merito, secundum praecepta iuris naturalis, si detrimentum nondum reconcinnauit hostis; vel, si incommodis haud sumus leuati, ex quibus bellum manauit. Igitur etiam repressaliae finem eundem sibi habent propositum. Quum autem ex laeso facile fieri queat violator iurium, si laesus adfectuum impetu vehementi agitatur; repressaliae iniustae dicuntur, si quis finem earum iam est consequutus, sed tamen longius producuntur repressaliae, vel si nulla prorsus inter res, quibus aliquis potitus est repressaliis, et denegatas sibi antea, est proportio. Ea propter etiam, quando ius nostrum exsequimur per pigno-

rationem *d*) in ciuitate, praeceptionibus legibusque variis summi imperantis conuenienter congruenterque id vt fiat, necesse est; de quarum limitibus in Imperio Romano-Germanico obseruandis, legantur REFORMATION ZV FRANCFVRT ann. MCCCCVLII. *aufgericht*, sub Tit. *vm kündliche Schuldt*, pag. 38. seq. edit. 1692. CAMMER-GERICHTS-ORDNVNG Part. II. Tit. XXII. RECESS. IMPER. Augustae Vindelicorum anno MDLXVI. sancitus, §. CXXI. *als auch* pag. 740. RECESS. IMPER. Ratisbonae confectus anno MDXCIV. §. LXXI. *die Mandata in Pfaendungs Sachen*, cet. pag. 922. seq. ABSCHIED DES DEPVTATION-TAGS ZV SPEYER, anno MDC. publicatus, §. XXXVI. *weiter ist auch*, seq. pag. 967. et supra fuse a nobis disputata. Maribus vero, eandem ob caussam, *Admiralitates* vel *Ammiralitates* praesunt, *e*) quae, publica auctoritate gentis cuiusdam, constitutae inprimis sunt

d) Pignorationem a repressaliis aliqua differre ratione, constat; repressaliae enim ob denegatam iustitiam, publica auctoritate, vel principis consensu, quemadmodum ante ostendimus, conceduntur; pignorationes vero, ob iurisdictionem turbatam, vel possessionem, fiunt priuato arbitrio; vel, vti multi existimant, minimum non nisi nocentes, aeque ac arresta, afficiunt. De quibus memoratu digna consignauit litteris ANDREAS GAILIVS, in libro de *Pignorationibus*, Obs. I. pag. 177. num. 4. edit. Coloniae Agrippinae 1690. Sunt tamen, qui, vtrumque vocabulum, autumant, vnum idemque significare.

e) Ratione repressaliarum, leges generis huius vtilissimae, insertae sunt GROOT PLACAET-BOECK Part. III. Lib. I. Tit. VII. pag. 229. seq. qui titulus inscriptus est: *behelsende de Placaten ende Ordres omtrent de Commissie-vaerders, Caperyen, Prinsen ende Beuyten, met den aenkleve van dien; als mede tegens alle Vremde diensten te Water, ge-emaneert t'zedert den Jare 1664.* Conf. etiam liber, qui fert titulum: *Instructie en Articulen waer na de Capiteynen cet. met Commissie van retorsie uytvarende hun sullen hebben te reguleren*, publicat. Hagae Comitum die XXVIII. Iul. ann. MDCCV.

ſunt iuſtitiae ſeruandae cauſſa, in commodum nauigantium. *f*)

§. LI.
DE MODO REPRESSALIARVM SPECIATIM STATVENDO.

Repreſſaliis vel res, vel perſonae, detinentur; (§. XXXVI.) iniuriis igitur interdum ii adficiuntur, qui per repreſſalias in vincula et cuſtodiam ignominioſam abrepti ſunt, quum tamen detentio ſola regulariter finem repreſſaliarum obtineat, nec alias poenas petat, niſi res noſtrae, vel ciues noſtri, ab hoſtibus capti, grauiores dederint; ita, vt hoſtes ius talionis ſubeant. Iuſti itaque principes, mores, inter gentes, receptos optimos, tanquam leges, hac in re ſequuntur; (§. XLIV.) nec in repreſſaliis generalibus ſupplicio addicunt inimicos, niſi neceſſitas id ipſum requirat. (§. XLIV.) Igitur neque verbera, neque vulnera, iis ordinarie infligenda ſunt, qui repreſſalias patiuntur, quamuis neceſſitas hic etiam contrarium producat. (§. cit.) Aeterna hinc gloria debetur legibus, ab AVGVSTISSIMO REGE noſtro nuper latis, inſertisque libello, qui titulum fert: *Inſtructions for the Commanders of ſuch Merchant Ships and Veſſels, as may have Letters of Marque or Commiſſions for Private Men of War againſt the French King, his*

f) Exſtant etiam priuatae Admiralitates, quae pro commerciorum priuatorum hominum commodo et defenſione inſtitutae ſunt. Agit de iis REINOLDVS KVRICKE in *Iure maritimo Hanſeatico* ad Titulum VII. De origine autem et officiis Admiralitatum generatim, lege in *orbis maritimi*, ſiue rerum in mari et littoribus geſtarum generali hiſtoria, CLAVDIVM BARTHOL. MORISOTVM Lib. I. Cap. XXIV. pag. 151. ſeq. edit. Diuioni 1643. Lib. II. Cap. VII. pag. 358. ſeq. Cap. IX. pag. 385. ſeq. et paſſim, nec non SAMVELIS STRYKII diſp. de *iure nauium* Cap. II. §. II. ſeq defenſa a B. G. KRAMERO et typis impreſſa Francofurti ad Viadrum 1668.

his Vassals and Subjects; cet. publicato die XXIX. Mart. ann. MDCCXLIV. sub finem enim Ariculi V. haec praefinita sunt; *that no Person, or Persons taken, or surprized in any Ship, or Vessel, as aforesaid, though known to be of the Enemy's Party, shall be in cold Blood killed, maimed, or by Torture or Cruelty inhumanly treated, contrary to the common Usage and just Permission of War: And whosoever shall offend in any of the Premisses, shall be severely punished.*

§. LII.

ARGVMENTVM, PROLATVM IN MEDIVM, EXPLANATVR PLVRIBVS.

Determinatus repressaliis vexandi hostes modus, a principe subiectis est praescribendus, ne fines legum transeant. (§. LI.) Hoc enim ex iure belli, quod penes principem est, immediate colligimus. Ita etiam obseruamus plerumque, hominibus priuatis non permitti quasuis exactiones, nec iis ordinarie potestatem esse, personas captas in catenas coniiciendi; *g*) quia principi plerumque tradi debent; id quod conuenit cum *L. generali, C. de decurionibus, et filiis eorum*, et laudandum est, quoniam alias, vi subacti hostes, priuatis hominibus, et horum saeuitiae, ceruices dare tenerentur, qua ratione iustitia, cum potestate principis coniungenda, facile posset perturbari atque conuelli; *b*) quamuis hac in re

g) Huc referimus exemplum a IO. GALLO expositum in *Quaestionibus per arresta Parlamenti decisis*, Quaest. CCCXXXIV. pag 56. libri, cuius titulus est: *Decisiones grauissimarum et subtilissimarum quaestionum, quae in vtroque iure versantibus occurrunt*, a variis auctoribus collectae et edit. Lugduni 1588. Add. Quaestio CCCLIX. eiusdem GALLI, pag. 60. Conf. CAROLVS DV FRESNE dominus DV CANGE Tom. III. *Glossarii ad scriptores mediae et infimae latinitatis* col. 519. seq. excus. Parisiis 1733 et DVARENVS ad Tit. *C. ne filius pro patre.*

b) *L. 6. D. de officio praesidis.*

re non semper excludant ciues a licentia quadam, regulae politicae. Ad res quod adtinet, has, faciliori modo, repressalias gerentibus, gentium iure adscribi, patimur; ea tamen lege, secundum ius strictum, vt, summam debitam excedentes res, restituantur repressaliatis, sin aliter peraequa proportio seruari potest; *i*) quam tamen, ob pretii varietatem, laesionumque multitudinem, vel in repressaliis generalibus, gentes non semper adsequuntur. *k*) Ea propter in *Traité de Navigation et de Commerce entre S. M. J. et C.* CHARLES VI. EMPEREVR DES ROMAINS, *et S. M. R. C.* PHILIPPE V. ROI D'ESPAGNE ET DES INDES, *signé à Vienne le 1. May 1725.* Art. XL. ita se habet: *Quant aux Marchandises et autres Effets mobiliers, qui auront été confisquez avant la conclusion de la Paix, ils ne seront point restituez. On en est convenu ainsi, pour éviter le grand nombre de Procez, qui pourroient en arriver.* Vid. *la Clef du Cabinet* Tom. XLIII. pag. 325. Princeps igitur res omnes potest capientibus, vi iuris belli, *l*) donare, *m*) vel iubere, vt, ad mores ciuiles, eiusmodi res consignentur, atque inuentarium conficiatur *n*) coram publicis personis, et sub hasta vendantur; vel, si

i) Venetorum aequitatem, qui captas repressaliis Genuensium naues mercesque, prorsus illaesas seruarunt, et reparato damno suo restituerunt, laudibus effert NICEPHORVS GREGORAS *Historiae Rom.* Lib. IX. excitatus ab illustri AVGVSTINO DE LEYSER *Meditationum ad Pandectas* Vol. I. Spec. XXX. pag. 308. edit. Lipsiae et Guelpherbyti 1733.

k) Conf. THEATRI EVROPAEI *achter Theil*, pag. 864. impress. Francofurti ad Moenum 1693.

l) Cardin. TVSCH *Concl. Pract.* Tom. V. lit. R. Concl. C C. pag. 555.

m) Vid. Artic. X. *Instructionis et Litterarum Marcae*, promulgatarum ab augustissimo Rege nostro, ann. MDCCXLIV. die XXIX. Mart.

n) Legatur IACOBVS MENOCHIVS de *arbitrariis iudicum quaestionibus et caussis*, Cas. DXXVII. n. 23.

ſi emtores non reperiuntur, res aeſtimatae et debitae addicantur laeſis, reſiduae autem fiſco cedant. Vid. SICHARDVS ad *Auth: ſed omnino, C. ne vxor pro marito*, pag. 896. Tom. I. *Praelectionum in libros Codicis*, edit. Baſileae 1565. IOANNES LOCCENIVS de *iure maritimo et nauali* Lib. III. Cap. IV. n. 9. p. 230. typis exſcripto Holmiae 1650. Praeſertim vero Articulus III. libelli, cuius index eſt: *Inſtructions given with Letters of Marque againſt France*, ibi enim AVGVSTISSIMVS REX noſter haec edixit: *That the ſaid Commanders of ſuch Merchant Ships and Veſſels ſhall bring ſuch Ships and Goods, as they have ſeized, or ſhall ſo ſeize and take, to ſuch Port of this Our Realm of England, or ſome other Port of Our Dominions as ſhall be moſt convenient for them, in order to have the ſame legally adjudged in Our High Court of Admiralty of England, or before the Judges of ſuch other Admiralty Court, as ſhall be lawfully authorized within Our Dominions: But if ſuch Prize be taken in the* Mediterraneum, *or within the* Streights of Gibraltar, *then the Captor may, if he doth not think fit to bring the ſame to ſome Port of England, or other Our Dominions, carry ſuch Ship and Goods into the Ports of ſuch Princes or States as are in Alliance or Amity with Us.* Art. IV. *That after ſuch Ship ſhall be taken and brought into any Port, the Taker or one of his chief Officers, or ſome other Perſon preſent at the Capture, ſhall be obliged to bring or ſend, as ſoon as poſſible may be, Three or Four of the principal of the Company (whereof the Maſter and the Pilot to be always Two) of every Ship ſo brought into Port, before the Judge of the Admiralty of England, or his Surrogate, or before the Judge of ſuch other Admiralty-Court, within our Dominions, as ſhall be lawfully authorized as aforeſaid, or ſuch as ſhall be lawfully commiſſioned in that Behalf, to be ſworn and examined upon ſuch*

Inter-

Interrogatories as ſhall tend to the Diſcovery of the Truth, touching the Intereſt or Property of ſuch Ship or Ships, and of the Goods and Merchandizes found therein: And the Taker ſhall be further obliged at the Time he produceth the Company to be examined, to bring and deliver into the Hands of the Judge of the Admiralty of England, his Surrogate, or the Judge of ſuch other Admiralty-Courts within our Dominions, as ſhall be lawfully authorized, or others commiſſioned as aforeſaid, all ſuch Paſſes, Sea-Briefs, Charter-Parties, Bills of Lading, Cockets, Letters, and other Documents and Writings as ſhall be delivered up, or found on Board any ſuch Ship; the ſaid Taker, or one of his chief Officers, or ſome other Perſon who was preſent at the Capture, and ſaw the ſaid Papers and Writings delivered up; or otherwiſe found on Board at the Time of the Capture, making Oathe, that the ſaid Papers and Writings are brought and delivered in, as they were received or taken, without any Fraud, Addition, Subduction, or Embezilment. Art. V. *That ſuch Ships, Goods, and Merchandizes, taken by Virtue of Letters of Marque or Commiſſions for Private Men of War, ſhall be kept and preſerved, and no Part of them ſhall be ſold, ſpoiled, waſted, or diminiſhed, and that the Bulk thereof ſhall not be broken before Judgment be given in the High Court of Admiralty of England, or ſome other Court of Admiralty lawfully authorized in that Behalf, that the Ships, Goods and Merchandizes are lawful Prize;* cetera. *o*) Multa frugis plena, hanc in rem quoque expedita ſunt, in *Regle-*

 ment

o) Hac de re egimus §. LI. Ceterum, quod ad diuiſionem rerum adtinet, in repreſſaliis generalibus ablatarum, gentium mores in ſe differunt. De legibus Batauorum autem, huc ſpectantibus, euoluatur GROOT PLACAET-BOECK Vol. IV. Lib. I. Tit. VII. pag. 217. et AIZEMA *Hiſtorie of verbael von Saken von Staet en Orlogh.* P. I. pag. 923. P. III. pag. 358. P. VIII. pag. 913. et paſſim.

ment publié par ordre DV ROI DE SVEDE *touchant les Armateurs et la nauigation dans la mer Baltique*, quod legimus edictum in diario, *la Chef du Cabinet des Princes*, inſcripto, Tom. XXII. pag. 331. ſeq. edit. 1715. Quemadmodum in RECESSV IMPERII MD. Auguſtae Vindelicorum confecto, ſub tit. 71. *Was dem Hauptmann von Brandſchatzungen, Accorden, Hauptgeſchütz, folgen ſoll*, p. 90. nec non in *der Reuterbeſtallung, die MDLXX. aufgerichtet iſt*, Art. LXXXIV. p. 825. Corp. Receſſ. Imp. edit. 1692. et Art. XCVI. p. 826. et paſſim leges promulgatae ſunt, eo collineantes.

§. LIII.
AN HOSTIS IN QVOLIBET TERRITORIO POSSIT REPRESSALIIS AGITARI?

Repreſſaliarum exſequutionem in ipſo territorio hoſtis inſtitui poſſe, expediti iuris gentium eſt. An vero in tractu terrarum, tertii ditioni ſubiectarum, habeat locum? anceps eſt quaeſtio. Subſidiariis litteris praemiſſis, id concedendum eſſe, quidam putant; nos vero huic haud ſuffragamur ſententiae; ſi nimirum requiſitus, neque ſubditus eſt (quod praeſupponitur tamen,) repreſſalias machinantis, neque foedus cum hoc iniit; quia nemo in ſtatu gentium libero, ad bellum, ſiue ſolemne, ſiue minus ſolemne, ab altero iuſſus, obligatur. Si vero iudex ciuitatis noſtrae, ſententiam iudicis, qui alteri reipublicae praeeſt, exſequi abnuit, quum tamen ſit requiſitus; merito repreſſaliis eiusmodi recuſatio vindicatur. *p*) In Imperio quidem noſtro Romano-Germanico priuilegia hac in re exceptionem interdum efficere, patet ex iis, quae §. XLIV. diſſerui. *q*) Conf. LVNIGIVS Part. Spec. *des Reichs-Archivs*. Contin.

p) Arg. L. a diuo Pio, D. de re iudicata et de effectu ſententiarum.

q) Apud LVNIGIVM c. l. legimus *Kayſers* CAROLI IV. Priuilegium

Contin. IV. Part. I. n. 7. pag. 60. nec non pag. 1508. Gentes plerumque etiam[l], quamuis repressalias generales suscipiant, parcunt eo tempore hostibus, quo in aliorum Principum regionibus, vel portu et dominio exterae gentis sunt. Quam

 ob

ẞm de non arrestando, *so er der Stadt Aachen im Jahr 1374. ertheilet;* quod ita se habet: *Wir Carll von Gottes Gnaden - - - thun kundt oeffentlich mit diesem Brieff, allen den, die ihn sehen oder hoeren lesen, wann vormahls saeliger Gedaechtnisse, vnssere Vorvaren ahn dem Reich, Roemische Kaysere vnd Koenige, den Bürgern vnd der Statt zu Aache, vnsern vnd des Reichs lieben Getreuen die Gnadt vnd Freyheit geben vnd gethan haben, dass sie, vnd alle derselben Statt zu Aache Mitbürger vnd Einwohner für vns, vnsere Nachkommen ahn dem Reich, oder für das Reich nimmer in keinen Zeiten pfandtbahr seyn sollen, also dass sie iemandt, in welchen Wesen, Ehren oder Würde der wehre, für vns vnd das Reich oder vnser Nachkommen ahn dem Reich vmb keinerley Sachen. pfenden oder kumberen solle oder moege in keine Weis, vnd wir ihn auch vnd derselben Stads zu Aache, dieselbe Gnad vnd Freyheit, mit rechter Wisse vnd Kayserl. Machte, von newes geben, bestetiget, beuestent vnd confirmirt haben; also, dass alles beyde in der ebegenanter vnser Vorvaren Roem. Kayser vnd Koenigen Briefen, vnd auch in vnsern Bestet-Briefen vnd Handvesten, die sie darüber haben, vollkommenlich begriffen ist, vnd nu ahn vns kommen ist, dass etliche Edlen, ihre Vmbseessen, die dho meinen sie haben Schuldt zu vns vnd dem Reiche, dieselbe von Aach angreiffen, vnd beschedigen, vnd fürgeben, dass sie vns vnd das Reich dho mitten pfenden, darumb durch mehrer Sicherheit vnd Gemachs willen, derselben vnserer Statt zu Aachen, so lautern vnd declariren wir ihn vnd allen ihren Mitbürgern vnd Inseessen, ihren Erben vnd Nachkommen, mit Krafft dies Briefs mit rechter Wissen vnd Kayserl. Machte Vollkommenheit, dass sie für vns vnd das Reich oder vnssere Nachkommen, Roemische Kaysern vnd Koenige, gen niemandten vmb keinerley Sachen pfandbahr, noch zu pfanden seyn sollen, so dass sie iemandt, wer der wehre, ahn ihren Leiben, oder Guten für vns vnd das Reich pfenden solle, oder moege in keinen Zeiten,* cetera. Conf. etiam *des Roemischen Koenigs* HENRICI VII. Priuilegium, *vermoege dessen die Stadt Leutkirchen vnd ihre Bürger vnd Einwohner von fremden Pfandungen vnd Arresten befreyet worden,* datum Pisis anno MCCCXII.

ob rem in POTENTISSIMI REGIS noſtri *Inſtructions given with letters of Marque againſt France*, Num. I. haec legimus: *But ſo as that non Hoſtility be committed, nor Prize attacked, ſeized, or taken, within the Harbours of Princes and States in Amity with Us, or in their Rivers or Roads within Shot of their Cannon.*

§. LIV.

DE RATIONE COMPONENDI REPRESSALIAS.

Ex dictis fluit, repreſſalias finiri, ſi ius noſtrum impetrauimus; (§.L.) quum igitur de rebus vel hominibus captis, ii poſſint ſponſores vel fideiuſſores fieri, qui idonei ſunt et locupletes; conſequens eſt, vt, ſi nobis ab illis cautum eſt, extinguantur repreſſaliae. *r*) Aequitas enim naturalis iubet, vt

MCCCXII. Id. Apr. quod legitur in LVNIGII *Teutſchen Reichs-Archiv* Partis Special. Cont. IV. pag. 1490. Iis iungimus LVDOVICI BAVARI Priuilegium anno MCCCXXII. conceſſum, et cura LVNIGII loco citato impreſſum pag. 1491. neque minus archiducis Auſtriae LEOPOLDI priuilegium, *daſs kein Bürger zu Kempten in Tyrol weder mit Leib noch Guth arreſtiret werden ſoll*, datum die II. Sept. anno MCCCLXXVI. inſertumque Tomo citat. LVNIGII pag. 1508. Quo facit etiam Imperatoris MAXIMILIANI II. priuilegium de non arreſtando, *ſo er der Stadt Hildesheim ertheilet* die XII. Maii anno MDLXVIII. recuſum auſpiciis LVNIGII *Part. Spec. Cont. IV. Th. II. Fortſ.* pag. 553. Permulta alia taceo diplomata. Facile tamen iis adſtipulor, qui exiſtimant, laeſum etiam repreſſalias perſequi poſſe in alieno territorio, et hoſtes, vel res hoſtium ibi comprehendere; ea vero lege, vt ibi etiam in iudicio ſiſtantur, nec in propriam iurisdictionem, niſi cum iſtius loci magiſtratus conſenſu, deducantur. Conf. interpretes ad *L. r. C. vbi quis de curiali*, et LOCCENIVS de *iure maritimo* Lib. II. Cap. III. §. II.

r) Conſulantur Dd. apud IO. KOEPPEN, *Deciſionum* Quaeſtione XXXV. n. 19. fol. 93. b. ſeq. edit. Magdeburgi 1617.

vt repressaliarum rigori interdum renunciemus, manumissis iis, pro quibus alii se constituerunt fideiussores. *s*) Corroboratur haec sententia bellis ipsis solemnibus, quibus finem, experientia teste, haud raro adferunt fideiussiones. Id ostendit Tractatus Pacis inter PHILIPPVM REGEM GALLIAE, et IOHANNEM REGEM ANGLIAE anno MCC. sancitae; quae legitur apud G. G. LEIBNITZIVM Part. I. *Cod. Iur. Gent. Diplomat.* Diplom. VI. p. 8. seq. *t*) Spectant huc etiam Transactiones, et alia remedia securitatis; cuiusmodi exemplum exhibet transactio inter Electorem Saxoniae AVGVSTVM, et IOHANNEM FRIDERICVM eiusque filios Saxoniae Duces, anno MDLIV. inita, de qua vid. FRIDERICVS HORTLEDERVS *von Handlungen vnd Ausschreiben - - - wie auch Rechtmaessigkeit, Anfang, Fort- vnd Ausgang des Teutschen Kriegs*, Tom. II. Lib. III. Cap. LXXXVIII. pag. 733. seq. edit. 1618. Huc spectant etiam Treugae seu induciae inter IOANNEM Regem Arragonum, et FRANCISCVM SFORTIAM Ducem Mediolanum eorumque subditos et fideles, *ad vtriusque partis beneplacitum etiam post earum reuocationem per annos duos duraturae, quibus praesertim Repraesalia, vindictae et persecutiones inuicem tolluntur; commercium, nauigatio et amica frequentatio instauratur* anno MCCCCLXIV. apud DVMONT *Corps Diplom.* Tom. III. Part. I. pag. 323.

§. LV.

s) De pluribus securitatis remediis differit NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS in *Iure naturae ac gentium*, Cap. XXVI. §. CXLV. pag. 478. edit. Halae Magdeburgicae 1728. et ERNESTVS FRIDERICVS SCHROETER in differt. *de iure securitatis, tum inter ciues, tum inter gentes*, Part. I. Cap. I. §. XIV. seq. et Part. II. Cap. II. seq. edita Ienae 1667. ac defensa a I. W. ROSENFELD.

t) Respice verba huius diplomatis: *Nos vero dedimus domino Regi Franciae securitates de hominibus subscriptis, scilicet: Baldi Comitis*, cetera.

§. LV.
BELLO IVSTO REPRESSALIAE SAEPE PRAECVRRVNT.

Si iurium nostrorum violator, repressaliis coerceri nequit, vel a laesionibus non desistit hostis, vel ablata bona recuperari repressaliis nequeunt, hostis bellum solemne, vel perfectum, in se conuertit. Igitur repressaliae bello iusto saepe praecurrunt. Vti enim mitiora remedia durioribus praemittuntur merito, (§. XVII.) ita prius ad repressalias descendendum est, quam ad bellum perfectum; quippe quod si contenditur cum repressaliis, repressaliae accensentur remediis iuris gentium lenioribus.

§. XVI.
QVI NOS REPRIMIT REPRESSALIAS CONTRA ALIOS MOLIENTES, EI REPRESSALIAS INFERIMVS MERITO.

Qui nos reprimit, repressalias contra alios molientes, vel hostem nostrum aliqua ratione adiuuat, is in hostium numero est; id quod ex moralium caussarum indole cognoscitur. Igitur et ei repressalias inferre licet, quibus hostes persequi solemus; quin etiam tum repressaliis, tum pleno et solemni bello, ille a nobis potest vexari. *u*) Adposite hinc, et iustitiae conuenienter, nuper REX noster AVGVSTISSIMVS, contra Gallos in *Instructions given with letters of Marque*, Art. II. haec edixit: *That all Ships of what Nation soever carrying any Soldiers, Arms,*

u) Vt eiusmodi incommoda euitentur, moribus multarum gentium, e. c. piratis ad portum appellentibus non permittitur isthic vendere bona spoliatorum, sed nauis cum bonis detinetur; vt laesis fiat satis. Vid. IOHANNIS FRIDERICI RHETII disp. de *iure Portuum*, Cap. III. §. VI. respondente ALBERTO WEGER 1671. Francofurti ad Viadrum defensa; add. BENEDICTVS DE PRATIS de *Stellion. Marit.* pag. 23.

Arms, Powder, Ammunition, or any other Contraband Goods, to any of the Territories, Lands, Plantations, or Countries of the French King, ſhall be ſeized as Prizes. Neque minus id docuit euentus, anno ſeculi huius decimo ſeptimo, quem auctor diarii inſcripti: *La Clef du Cabinet des Princes,* Tom. XXVI. pag. 135. ita adumbrauit: *Ce n'étoit ſans ſujet, que le Public avoit conjecturé, que les Villes maritimes de l'Empire étoient en riſque d'être inquietées dans leur Commerce en Suede, pour avoir fourni aux ennemis de cette Couronne, des Batimens pour le tranſport des troupes deſtinées à attaquer les Provinces. de cette Monarchie. Les villes de Hambourg, de Lubeck et de Danzick ont été informées, qu'on avoit publié à Stockholme une Declaration du Roi de Suede, qui declaroit de bonne priſe Vaiſſeaux appartenans aux Sujets de ces Villes là, par les raiſons qu'on vient d'alleguer, et autres déduites dans cette Declaration, par laquelle Sa. Majeſté Suedoiſe declare, qu'elle remet tous ſes droits, et ceux de ſon Amirauté, à ceux qui ſur ſes commiſſions armeront en courſe, et enleveront les Batimens et Effets appartenants à ſes ennemis et leurs adherans.* Huiusmodi ordinationes eo magis cum iuſtitiae praeceptionibus nobis conuenire videntur, ſi ante bellum exortum, vel tempore, quo arma ſtringuntur, reſpublica merces quasdam refert inter prohibitas. Id autem fieri ſolere, patet e DANORVM REGIS edicto, publicato anno MDCLIX. quum bellum Suecos inter et Danos gereretur; etenim num. 2. lex iſta complectebatur haec: *Allerband Victualien von Eſſen vnd Trinck-Wahren, ſo wol auch allerband grob vnd klein Saltz, ohn allen Vnterſcheid, nichts davon ausbeſcheiden, als alleine allerband Weine, Brandweine vnd Specereyen, Hering vnd Saltz, ſo nach Lieffland vnd Muſcovien geführet wird, u. ſ. w.* num. 3. *Soll auch vnter Contrebande Wahren gerechnet werden Galmey, Cattun,*

Cc

tun, auch was sonst zu Beförderung allerhand Manufacturen vnd Arbeit dienet, welche in Schweden, vnd dessen vnterliegenden Landen vnd Staedten gemacht, gewebet, oder sonst anderer Gestalt verfertigt oder zu wege gebracht, item *gegossen, gezogen oder geschmiedet werden.* Interdum tamen, tabulis publicis modus definiri solet, quo commercia tempore belli possint exerceri; vti patet *aus der Kayserlichen Ordnung*, quae ordinatio inserta est FABRI *Staats-Cantzley* Tom. X. pag. 402. Id perspicitur etiam ex conuentione inter FOEDERATI BELGII ORDINES PRAEPOTENTES et CIVITATES HANSEATICAS anno MDCXVI. die XIII. Iun. inita, quae legitur in *des Teutschen Reichs-Archivs vierten vnd lezten Continuation andern Theils Fortsetzung* pag. 144. seq.

§. LVII.

BELLO REPELLERE HOMINES POSSVMVS, QVI INIVSTIS REPRESSALIIS IMPETVM IN NOS FACIVNT.

Tantum comparatae sunt ad nos defendendos repressaliae; hoc enim ex caussis antea percensitis liquet. Itaque, tam bello perfecto, quam repressaliis, iure repellitur is, qui sub specie iustae repressaliarum caussae, in nos impetum facit; vel res, vel personas nostrae ciuitatis, hostili animo lacessere conatur.

§. LVIII.

BANNITIS, VEL CIVITATE PRIVATIS, OPEM NON FERIMVS REPRESSALIIS.

Quamuis iniuria iniuncta sit iis, qui discesserunt a republica nostra, repressaliis tamen a nobis non sunt defendendi,

dendi, quoniam repressaliis nostrum ius solummodo vltum imus, non vero aliorum. Ergo bannitis, vel ciuitate priuatis, opem non ferimus repressaliis, iustitiae praeceptionibus conuenienter congruenterque; quum mala, illis parata, re vera non sint mala nostrae reipublicae. *x*) Praeterea, ius repressaliarum inter commoda et iura ciuitatis referri, ostendimus; si quis igitur expulsus est ex vrbe quadam, vel regione, prono alueo inde fluit, eiectum amittere etiam beneficia status ciuilis. Qui discrepant a sententia nostra, repressalias oriri ex gentium iure, adserunt; indeque efficiunt conclusionem, repressaliis nos etiam bannitis praesto esse debere. *y*) Sed illud facile explodi potest argumentum; etenim repressaliae a gentium iure tantum praescribuntur, si nostrae reipublicae damnum euenit, vel ciui nostro id importatum est. Quum igitur in perniciem bannitorum parata, nobis non malefaciant, consequens est, vt banniti haud sint repressaliis tegendi.

§. LIX.

BANNITI AB HOSTIBVS NOSTRIS, A NOBIS REPRESSALIIS NON SVNT VEXANDI.

Quemadmodum vero pro bannitis repressaliae non suscipiendae a nobis sunt, (§. LVIII.) ita, bannitos ab hostibus nostris, a nobis non esse repressaliis vexandos, arbitramur. Quum enim aduersae reipublicae ciues non censeantur banniti, nec morali nexu ei iuncti; ea propter banniti non obligantur pro delictis reipublicae, quae struxit nobis

x) ORDINAT. CAMER. Part. II. Tit. IX. §. 2. CORP. IVR. PVBL. S. I. R. G. pag. 1120.

y) Heic locum tenet BARTOLVS in *L. amissione*, §. *qui deficiunt*, *D. de capite minutis.*


bis calamitatem. (§. citat.) Sunt tamen, qui ob *L. 17. ex facto, §. 5. ex facto, D. ad Senatus Consultum Trebellianum*, pronunciant, non melioris esse debere conditionis delinquentem, quam non delinquentem; z) sed flebile beneficium istud non in inuidiam adducendum in hac caussa esse, iuri gentium conuenienter existimo.

§. LX.

AN CIVES, QVI NOMEN DANT IN COLONIAM, REPRESSALIIS A NOBIS SINT DEFENDENDI;

Denique, si ciues quidam dant nomen in coloniam, et rempublicam nouam condunt, quae nostrae plane non est subiecta ciuitati; quum illus haud susceptum a nobis sit patrocinium, colligimus ex supra disputatis, repressaliis a nobis fulciendam non esse nouam istam ciuitatem. (§. LVIII.)

z) Conf. *L. 4. Seruius, D. quod vi aut clam, L. 13. non solum, D. de noxalibus actionibus.*



III. Com-

III.

COMMENTATIO IVRIS PVBLICI

DE

TRVTINA EVROPAE

QVAE

VVLGO ADPELLATVR

DIE BALANCE VON EVROPA

PRAECIPVA BELLI

ET

PACIS NORMA.

ILLVSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO DOMINO

DOMINO

ERNESTO

DE STEINBERG

DYNASTAE IN BODENBVRG

RELIQVA

AVGVSTISSIMI ET POTENTISSIMI
MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE
ET HIBERNIAE REGIS
BRVNSVICO LVNEBVRGICI DVCIS
ELECTORIS

STATVS MINISTRO

ET

CONSILIARIO INTIMO

TAM

TAM VIRTVTVM QVAM GENERIS GLORIA FVLGENTISSIMO

REI PVBLICAE SALVTI PROSPICIENTI

TRVTINAE EVROPAEORVM CVRATORI

SAPIENTISSIMO

PATRONO SVO SVMMO

GRATIOSISSIMO

HANC DE TRVTINA EVROPAE

COMMENTATIONEM

VT OMNIA SVA

IN SIGNVM OBSEQVII DEVOTISSIMI

VENERABVNDVS

OFFERT

AVCTOR.

DIS-

DISSERTATIO
IVRIS PVBLICI
DE
TRVTINA EVROPAE,
QVAM VVLGO ADPELLANT
DIE BALANCE VON EVROPA,
PRAECIPVA BELLI
ET
PACIS NORMA. a)

§. I.

Infinitam, quae principes quosdam inuasit, libidinem, integra ciuitatum multarum ſyſtemata ſub vno capite conſtituendi, et antiquiſſima ſcriptorum monimenta, et aeui noſtri memorabilium exemplorum documenta, decla-

a) Haec commentatio, repetitis typis publicata in lingua latina, et translata in Gallorum idioma opera celeberrimi Profeſſoris SAM. FORMEY Reg. Sc. acad. Boruſſ. Secret. perpet atque academ. imper. Petrob. ſodalis fuſe explicata et aucta eſt ab illuſtri KAHLIO, in libro, ferente titulum: *neue Erlaeuterungen der Europaeiſchen Balance; worin D. Kahlens Grundſaetze beſtetiget vnd beſtaercket werden* edit. 1746. Ceterum velim, obſeruet lector beneuolus, hanc notulam a me bibliopola eſſe adiectam, et exercitationem *de trutina Europae, praecipua belli et pacis norma*, inuito auctore celeberrimo, inſertam a me eſſe faſciculo primo opuſculorum KAHLII minorum. Parat quidem celeberrimus auctor nouam editionem, vndique locupletatam, et magna ex parte recedentem ab iis, quae prioribus editionibus euulgata ſunt capitibus, eo magis, quum tempore belli, a Goettingenſi Doctore typis exarata ſit illa commentatio, adeoque ſpiret nonnulla placita, quae hodienum reſpuit KAHLIVS excellentiſſimus, quemadmodum in litteris, ad me hac de re datis, ingenue declarauit; ſed tamen quia in tabernis librariis plane amplius non reperitur diſſertatio illa Kahliana, hanc typis ſtatim renouandam eſſe exiſtimaui.

declarant luculenter. Siue aduertam mentem ad orbem terrarum, soli orienti subiectum, siue ad tractus, quos occidens sol illustrat, pendeo animi, quem prius nominem principem. Secundis rebus mersi, imperium vniuersale, seu monarchiam numeris omnibus absolutam, et latissime patentem, plerumque in alios sunt machinati, quum felicium indiscreta pedissequa haud raro sit superbia, *b*) ac proinde vix cuiquam contingat, et abundare fortuna, et indigere arrogantia. *c*) Praetermitto Chaldaeos, Assyrios, Persas, Medos, Graecos, *d*) Romanosque. *e*) De Romanis quidem SALLVSTIVS haec enar-

b) GELLIVS *Noct. Attic.* Lib. VII. cap. II. pag. 236. edit. 1621.

c) LATINI PACATI DREPANII *panegyricus Theodosio Aug. dictus*, cap. XX. pag. 390. edit. duodecim Panegyr. veter. excus. Halae Magdeburgicae 1703. FRANCISCVS GVICCIARDINVS *Historiarum sui temporis* Lib. XVI. pag. 571. edit. Basileae 1566.

d) VELLEIVS PATERCVLVS Lib I. pag. 28. *Histor. Roman.* edit. Lugd. Batauorum 1659.

e) CICERO hinc sequentia posteris prodidit: *Nulla gens est, quae non aut ita subacta sit, vt vix exstet, aut ita domita, vt quiescat, aut ita pacata, vt victoria nostra imperioque laetetur.* Id confirmat POLYBIVS *Historiarum* Lib VIII. Tom. I. pag. 714. edit. Amstelodami 1670. et apud FLORVM verba leguntur: *Romani gentium domini.* Lib. IV. cap. XII. pag. 247. *Rer. Roman.* edit. Roterodami 1680. et apud MARTIALEM *Epigramm.* Lib. XII. Epigr VIII. v. 1. haec habentur: *Terrarum Dea, gentiumque Roma.* pag. 375. edit. Amstelodami 1645. Hinc etiam ISIDORVS Hispalensis in *Historia Gothorum*, apud LABBEVM Tom. I. *Biblioth.* MS. pag. 61. *Te* (Hispaniam) inquit, *iam pridem AVREA ROMA, CAPVT GENTIVM, concupiuit*: Conf. denique IOANNIS XIII. P. R. *Bulla de erectione archiepiscopalis Magdeburgensis nec non aliarum eidem subiectarum ecclesiarum*, apud CASPAREM SAGITTARIVM in *Antiquitatibus Archiepiscopatus Magdeburgici* §. 97. pag. 67. edit. Ienae 1684. Sed tamen terrarum orbem omnem imperio suo nunquam Romanos continuisse, dilucide probauit HERMANNVS CONRINGIVS in libro *de Germanorum Imperio Romano* Cap. II. pag. 3. seqq. edit. Helmstadii 1644. Ceterum de finibus imperii

enarrat: *namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis*, VNA ET VETVS CAVSSA BELLANDI EST, CVPIDO PROFERENDI IMPERII. *f*) Sed mitto illos, quorum exercitus, deuictis multis populis, regiones amplissimas peragrarunt, regnumque obtinuerunt augustum, augustius vero proposuerunt occupandum; nec de iis dico, qui vel matrimoniis, *g*) vel artibus obliquis, eundem impetum ceperunt. Excitare tamen perpauca exempla, quae ad rem nostram facere videntur maxime, liceat. *h*)

§. II.

Turcarum imperatores illa intumuere olim arrogantia, quippe qui, potiundae monarchiae vniuersalis spem affectantes, Asia fere omni capta, penetrarunt in Europaeorum fines, et in ditionem suam redegerunt Hungariae ingentem partem, Bosniam, Seruiam, Bulgariam, Macedoniam, Epirum, Graeciam, Peloponnesum, Thraciam, Archipelagum, insulasque adiacentes. *i*) Quum autem bellis variis postea sint vexati,

perii Romani, quando maximi fuerint, vid. IVSTI LIPSII *Admiranda siue de magnitudine Romana* Lib. I. Cap. III. pag. 18. seqq. edit. tert. Antuerpiae 1605. excus.

f) Conf. SALLVSTIVS de *bello Catilinario* pag. 10. typis exscript. Roterodami 1653.

g) IACOBVS AVGVSTVS THVANVS *Historiarum sui temporis* Tom. V. Lib. CIX. pag. 438. excus. Geneuae 1630.

h) Quamuis monarchia vniuersalis, proprie sic dicta, nunquam exstiterit, de qua vid. SAM. FRIDER. WILLENBERGIVS in *sicilimentis iuris gentium prudentiae* Lib. II. Cap XXII. quaest. 7. pag. 392. edit. Lipsiae 1711. et IVSTVS SINOLT. *cognom.* SCHÜTZ in collegio publico de *Statu rei Rom.* Vol. I. Exerc. III. ad th. X. lit. C pag. 170. edit. a CAROLO SCHARSCHMIDIO Francofurti ad Moenum 1683. constat tamen, vere magnas varias floruisse, maioresque monarchias machinatos esse principes bene multos.

i) Vid. AENEAE SYLVII, qui Papa Pius II. dictus est, oratio habita in

ti, ex fpe illa nunc deturbati iacent; quin etiam hodienum adeo repreffa eft illorum ferocia, vt nulla minantis Turcae hac in re auctoritas fit apud principes Europaeorum.

§. III.

Veniamus ad imperatorem Carolum V. et commemoremus generatim, hunc infolentia et nimia aeftimatione fui elatum, fibi fubiicere monarchiam vniuerfalem, deftructis reliquis rebus publicis, conftituiffe. *k*) Etenim, connexis Caftiliae et Arragoniae regnis, Belgio aeque ac Neapolitano regno *l*) in poteftatem fuam redactis, nouoque terrarum orbe detecto, *m*) mirifice inflammauit fuperbiam fuam, quum praeterea fumma imperatoris Romanorum dignitate fuerit con-

in conuentu Mantuano, fexto calend. octobris anno domini MCCCCLIX. Operum eius omnium pag. 905. feq. impreflorum Bafileae in officina Henricpetrina. Vid. ibidem pag. 678. feqq. et WAREMVND AB EHRENBERG L. I. de *foeder.* pag. 232. GEORGII PHRANTZAE *Chronicon de rebus Byzantinis*, paffim. *Lettres du Cardinal* D'OSSAT Tom. II. Epift. XCVI. pag. 366. edit. Amftelod. 1732. add. *Pii Secundi Pontificis Maximi commentarii rerum memorabilium, quae temporibus fuis contigerunt* concinnati, et a IOANNE GOBELINO edit. Francofurti 1614. et GEORGII OBRECHTI *difcurfus bellico-politicus* inuictiffimo et auguftiffimo principi ac domino, domino RVDOLPHO II. Romanorum imperatori anno 1604. oblatus, *in quo quomodo aduerfus Tyrannum bellum commode geri poffit, quam feliciffime oftenditur.* edit. 1617.

k) Vid. teftem grauiffimum IACOBVM AVGVSTVM THVANVM *Hiftoriarum fui temporis* Tom. V. Lib. XCVIII. pag. 41. add. idem Lib. C. pag 109. edit. Geneuae 1630.

l) MICHAEL RITIVS de *regibus Hifpan.*

m) Bullam ridiculam Alexandri VI. qua Ferdinando et Ifabellae ius confert in nouum terrarum orbem, a Chriftophoro Columbo detectum, legimus in G. G. LEIBNITZII *codice iuris gentium diplomatico* pag. 472. N. CCIII. edit. Hannouerae 1693. et in *Magno Bullario Romano* Tom. I. pag. 454. feqq. edit. Luxemburgi 1727. nec non *Annal. Ecclefiaft.* contin. ab odo-

conſpicuus, ornatusque. *n*) Tanta igitur poteſtate Caroli corroborata variis artibus, modo religione, *o*) modo blandimentis, aliisque dominationis arcanis, regiones omnes in idea Caroli, et poſtea in Philippi II. opinione, abſorbebantur. *p*) Sed ſapienter reſtiterunt ei, aemuli gloriae, principes reliqui, praecipue Anglorum Rex, *q*) quippe qui alimentis ſubtractis, ignem ambitioſum Hiſpanorum poſtea extinxerunt, *r*) quemadmodum iugum ſeruitutis excuſſere tam

Dd 3 ſeptem

ODORICO RAYNALDO Tom. XIX. ad Annum 1493. pag. 421. edit. Coloniae Agrippinae 1691.

n) Quam ob rem orbis vtriusque dominus dictus fuit. Vid. ALFONSVS LOPEZ in *opere genealogico* Lib. VIII. Cap. I. Generatim etiam obſeruari poſſunt CHRISTIANI HENRICI KREBS verba: *vnter allen Kayſern hat Carolus V. die weitlaeuftigſte Titulatur gefähret:* quae leguntur P. II. Cap. II. pag. 114. *Des Teutſchen Reichs-Staats* edit. Francof. et Lipſiae 1738.

o) Vid. *Speyeriſcher Reichs-Abſchied, welcher im Iahr MDXXVI. den XXIII. Auguſti aufgerichtet iſt*, §. 1. et conf. Caroli V. *reſcriptum* ad Clementem VII. Papam, quo rogat eum, ac per effuſum Ieſu Chriſti redemptoris ſanguinem obteſtatur, vt Chriſtiani populi calamitatibus proſpiciat; datum Granatae die XVIII. Septembris ann. MDXXVI. Hoc legitur apud GOLDASTVM *Conſtitutionum Imperialium* Tom. I. pag. 499. conf. etiam *tractatus confoederationis inter Carolum V. et Clementem VII. concluſus* anno MDXXIX. qui primum locum tenet Tom. IV. Part. II. *Corporis Diplomatici* a DV MONT euulgati.

p) Atro carbone hinc a multis notatur Carolus, praecipue in libro, cui titulus: *Stultitiae Caroli V.* nec non in opere Italico, inſcripto: *Le Gagate di Carolo V. nel ſuo Imperio*, de quibus vid. LETI *vita di Carolo V.* Tom. IV. pag. 343. ſeq.

q) IAMES WELWOOD in *Memoirs of the moſt Material Transactions in England, for the laſt hundred Years preceding the Revolution in 1688.* pag. 3. edit. tert. Londini 1700. de Eliſabetha haec memorat: *It was in a great meaſura owing to her Conduct and Fortune, that te Spaniard fell ſhort of the* VNIVERSAL MONARCHY. Vid. etiam HVBERI *Hiſtor. ciuil* P. II. Lib. I. Sect. IV. Cap. XII. pag. 276.

r) Faſtum hunc Hiſpanorum deſcripſit PAVLVS IOVIVS pag. 11. operum Baſileae excuſorum 1578.

ſeptem prouinciae Belgarum fortiſſimorum, quam Luſitania omnis. *s*) Paene igitur exitialem cladem Hiſpanis illatam eſſe, illosque ſuo exemplo probaſſe, detrimenta plura rebus publicis, quam adiumenta, eiusmodi faſtu et arrogantia importari, nemo eſt qui neſciat. *t*)

§. IV.

Theſaurum carbones ſaepe fuiſſe, obſeruauimus antea, nihilominus criſtas etiam erexerunt, ad exemplum Hiſpanorum, Galli, mirum in modum. *u*) Non ignoramus enim, Gallos gentes multas induxiſſe, decepiſſe, deſtituiſſe, omni fraude et malitia feſelliſſe, e. c. verbis palliatiuis cauillationibusque vſos, vel foederibus infami perfidia ruptis; *x*) vel armis

s) Vid. *Specula conſiliorum Hiſpanicorum* edit. Lugduni 1617.

t) Conf. liber inſcriptus: *Niederlaendiſcher Starſtecher, oder die aus alten vnd neuen Geſchichten wider beruor geſuchte vnſtreitbare Wahrheit, daſſ Spanien mehr nach der ſo genannten Vniuerſal-Monarchie ſoll geſtrebet haben als Franckreich.*

u) In libro a H. DE ROHAN conſcripto, cuius titulus eſt: *De l'intereſt des Princes et Eſtats de la Chreſtienté à Monſieur le Cardinal de Richelieu* edit. Pariſiis 1641. pag. 2. hanc ob cauſſam leguntur ſequentia: *Il faut poſer pour fondement, qu'il y a deux Puiſſances dans la Chreſtienté, qui ſont comme les deux Poles, desquels deſcendent les influences de paix et de guerre ſur les autres Eſtats, à ſçavoir les Maiſons de France et d'Eſpagne. Celle d'Eſpagne ſe trouvant accreüe tout d'un coup, n'a pû cacher le deſſein qu'elle avoit de ſe rendre maitreſſe, et de faire lever en Occident le Soleil d'une nouvelle Monarchie. Celle de France s'eſt incontinent portée à faire le contre-poids. Les autres Princes ſe ſont attachez à l'une, ou à l'autre ſelon leur intereſt.*

x) PHILIPPE DE COMINES ſcribit ſequentia: *La France a toûjours ſceu mieux profiter par traites, que les autres;* cetera. Sed fraudes eorum deſcriptas vid. a FRANCISCO GVICCIARDINO *Hiſtoriae Italiae* Lib. XVI. pag. 599. edit. Baſileae 1566. SAMVELE DE PVFENDORFF *de rebus geſtis Friderici Wilhelmi Magni* Lib. XVIII. §. LXI. pag. 1440. Tom. II. et paſſim ab eodem

mis adhibitis crudelibus. His insidiis inquam, Galli percusserunt vicinos, contulerunt pestem exteris, sed ingentem sibi, iam ante duo et quod excurrit secula, pararunt potestatem, *y*) reliquis Europae principibus exitium paraturi omnibus. *z*) Quum vero sola iniusta vis, possit media suppeditare turpi

eodem viro grauissimo. Quam ob rem merito ad eos ista adplicamus, quae AMELOT DE LA HOVSSAIE in notis historicis et politicis, adiectis Epistolis Cardinalis D'OSSAT Tom. IV. pag. 253. n. 7. edit. Amstelod. 1732. posteris prodidit, et ita se habent: *Il n'y a point de Princes qui ayent plus souvent à la bouche des propos de paix, ni qui feignent mieux de la desirer, que ceux qui ne peuvent la souffrir. Lisez les Prefaces des Traitez de Paix, il n'y a rien de plus beau, rien de plus cordial, rien qui montre plus de compassion de la misère des peuples: mais si vous lisez les Articles, vous trouverès à chaque ligne des équivoques, des termes captieux, et des clauses frauduleuses, qui sont autant de semences de guerre, et de préparatifs pour la recommencer.*

y) De hac potestate disserit IEAN DE SERRES in Praefat. libri inscripti: *Inventaire general de l'histoire de France*, pag. 2. seq. edit. Parisiis 1658.

z) De Henrico IV. inprimis vid. THVANVS, passim *Historiarum sui temporis* Tomo V. et *Histoire du Roi Henry le grand composée par Messire* HARDOVIN DE PEREFIXE *Archeveque de Paris*, edit. Amstelodami 1664. passim, add. IEAN DE SERRES *dans l'inventaire general de l'histoire de France*, qui in vita Ludouici XIV. Tom. II. Supplem. pag. 84. seq. de Ludouico scribit: *Louis desiroit etablir la monarchie universelle.* Praecipue vero conf. PVFENDORFFIVS *de rebus gestis Friderici Wilhelmi Magni* Tom. II. Lib. XVIII. §. LXI. pag. 1440. et §. LXXXIII. 1462. seq. Cuiusmodi Gallorum libidinem diiudicaturi, merito verba DE RAPIN THOYRAS comprobamus, haec tradentis: *C'est une chose bien déplorable, que l'ambition, qui porte les Princes à s'emparer du bien d'autrui, soit regardée dans le monde comme une Vertu, et que, par la dépravation des hommes, un Historien se trouve réduit à n'oser la faire connoitre sous son véritable caractere, puisque c'est pour l'ordinaire à ces Princes ambitieux qu'on donne le surnom de Grand!* Vid. *Histoire d'Angleterre* Tom. I. Lib. IV. pag. 284. edit. Hagae Comitum 1733. DE LARREY autem in *Histoire d'Angleterre* Tom. IV. pag. 460. edit. Roterodami 1713. scri-

turpi obtinendo Gallorum fini adcommodata, *a*) dudum Europaeorum principes, obices ponere ſtuduerunt, et repagula, quae haud facile peruelli frangiue poſſint. *b*) Auſtriae duces prae caeteris iam olim refraenarunt libidinem iſtam Galli, qua

ſcribit: *Louis faiſoit dans l'Europe ce que Philippe de Macedoine avoit fait autrefois dans la Grece. Rien n'eſt plus ſemblable que ces deux Princes dans la maniere dont ils ſe prirent a ſubjuguer leurs Voiſins, dans les ſucces qu'ils eurent, et dans les obſtacles qu'ils rencontrerent.* Add. BOVCLIER D'ESTAT ET DE IVSTICE edit. 1667. pag. 15. in quo libro de Gallis haec traduntur: *Il importe à tout le monde de penetrer plus avant jusques dans le fond de leurs deſſeins; ſi nous les en voulons croire, ils n'ont autre but qu'un honneſte accommodement avec l'Eſpagne, ils invitent eux mêmes les Princes Etrangers à s'y entremettre, ils proteſtent qu'ils ſe laiſſeront fleſchir à des conditions moderées, qu'ils ne font la Guerre qu'à contre coeur, qu'ils mettront les Armes bas avec plaiſir, et qu'ils s'en ſoumettront ſans difficulté au jugement de ceux qui s'y voudront employer. Voyons ſi leur conduite correſpond à leurs paroles.* Spectemur agendo. *Toutes leurs actions et leurs demarches tendent à un vaſte et profond deſſein, ce ſuperbe armement, cette deſpence prodigieuſe, cette profuſion enorme dans les Negociations eſtrangeres, cet empreſſement à faire des Ligues, à gagner des Miniſtres, à tenir occupés ceux qui leur peuvent faire ombrage, les inſtances reiterées, et les grandes offres faites aux Svedois pour troubler l'Empire, l'application extraordinaire à forcer les Polonois par corruption et par violence d'eslire un ſucceſſeur contre leurs loix fondamentales, ſont des indices capables de convaincre les moins eſclaires: que tout ce grand appareil d'Armes et d'intrigues a quelque choſe de plus vaſte, que la conqueſte de quelques Provinces, que noſtre credulité lui a expoſées en proye, et ne ſe termine pas dans un ſimple deſir d'en arracher ſeulement quelques pieces par un Traité; ces grandes montagnes ne ſont pas pour enfanter des Souris, mais pour produire des flammes comme le Veſuve pour embraſer tout le voiſinage.* cetera.

a) AVGVSTINVS de *Ciuitate Dei* Lib. IV. ſub finem Cap. VI. *Inferre bella*, inquit, *finitimis, et inde in cetera procedere, ac populos ſibi non moleſtos ſola regni cupiditate conterere, quid aliud quam grande latrocinium eſt?* Vid. Operum eius Tom V. col. 227. edit. Baſileae 1542.

b) *L'Eſpion dans les cours des Princes Chrétiens* Tom. II. Epiſt. LXXXI. pag.

qua propter ſuo tempore, anonymus in libro, cuius index eſt: *Le Mercure d' Eſtat, ou recueil de divers diſcours d' Eſtat*, edit. Geneuae 1634. pag. 2. haec tradidit: *Les deux grandes puiſſances qui tiennent en contrepoids les autres Princes de la Chreſtienté, ſont les maiſons de France, et d' Auſtriche: car ce ſont les ſeules, qui peuvent ſans ſecours d' autruy faire la guerre et l'entretenir tant qu'elles veulent, ne manquans pour cet effect ni d'hommes ni d' argent.* Paginarum harum anguſtia haud capit omnia, huc comparata, ab adulatoribus Galliae regis pronunciata, praecipue autem ab AVBERIO in libro *des iuſtes praetentions du Roy ſur l' Empire*, edit. Pariſiis 1667. quippe qui ſesquipedalibus verbis indicat, regem Gallorum eſſe dominum dominantium omnium, et regem totius terrarum orbis, praecipue vero Germaniae, quoniam ad patrimonium Gallorum, iam Caroli M. temporibus, fuiſſet relatum imperium Romano-Germanicum. Hinc adſerit, Delphinum Ludouicum XIV. eſſe monarchiae vniuerſalis haeredem et dominum legitimum, atque huic prophetico quaſi ſpiritu adſignat vniuerſale imperium: cetera. *c*) Sed ediſſeram ea tantum,

pag. 252. ſcribit tamen de Gallis: *Il s'avancent a grands pas vers le but, qui leur a fait prendre les armes, qui eſt de ſubjuguer tout ce qui eſt devant eux, et de mettre les Royaumes, les Provinces, et les villes aux pieds de leur Souverain; Les difficultez et les pertes ne les découragent point. Les échecs qu'ils reçoivent, et les obſtacles qu'ils rencontrent ne font que les animer davantage et leur donner une nouvelle vigueur.* Vid. etiam liber, cuius titulus eſt: *Des raiſons, pour montrer, que la France ne veut point la paix.*

c) HENRICVS KIPPINGIVS in *notis et animaduerſionibus in axiomata Gallicana Auberii de praetenſionibus regis Galliae ſuper imperium*, dudum iniurioſa et importuna eiusmodi figmenta repudiauit. Conf. AHASVERVS FRITSCHIVS Ictus, in addit. ad *ius publicum* IOANNIS LIMNAEI, Lib. II. Cap. VII. pag. 92. edit. Argento-

tantum, quae ad trutinam Europae ſpeciatim ſpectant. Eſt autem TRVTINA, ſeu BILANX GENTIVM vulgo *die Balance*, inſtitutum gentium, quo imperia ita confirmantur, vt proportio virium determinata ſeruetur; ne in damnum aliorum nimis augeantur, ſed ſalus communis populorum commode ſuſtineatur.

§. V.

Prius vero, quam exponere et naturam et indolem trutinae noſtrae liceat, oſtendendum nobis eſt, re ipſa gentes ſtateram appendiſſe ſibi inuicem, vel ea libranda imponere negotia publica, praecipuaque. Id quidem adfirmandum nobis eſt iuſtis de cauſſis, & colligendum tam ex tacita gentium conſenſione, naturaque ſtatus, quem obtinent, quam ex conuentionibus expreſſis, inter eas ſancitis. De ſingulis igitur ſeparatim diſpiciendum erit argumentis. Prodeant ſtatim prioris generis rationes, hoc eſt, ex natura ipſa ſocietatum, quas populi componunt, erutae.

§. VI.

Abripiuntur plerumque homines adfectuum impetu, et quaelibet gens in ſtatu naturali conſideranda eſt tanquam hoſtis alterius; vel hoſtiles gerit ſpiritus; qui enim propenſos ad pacem eſſe mortales, vel quemlibet populum alterius amicitias fructibus, et emolumentis, et vtilitatibus colere, exiſtimat, is egregie fallitur; ac tam experientiae repugnat, quam ignarus eſt omnium rerum. *d*) Licet enim amore com-

gentorati 1680. et NICOLAI MARTINI liber, cuius titulus eſt: *Libertas Aquilae Triumphans, ſiue de iure quod in imperium regi Galliarum nullum competit, ſchediasma nuperis* AVBERII *Parlamenti Pariſienſis aduocati impugnationibus oppoſitum,* Francofurti excuſ. 1668.

d) Vid. SCHÜTZII *collegium publicum de ſtatu rei Romanae*, Vol. II. Exercit. IV. ad Tit. II. pag. 159.

complecti debeamus omnes homines, et iura rationis id ipſum praefiniant; conſtat tamen, conſuetudinem aduerſam inualuiſſe, et in primis haec verba dudum firmata eſſe:

Nam ſi violandum eſt ius, regnandi gratia
Violandum eſt: aliis rebus pietatem colas.

Quo illa etiam PLATONIS facere videntur: *Omnia imperia ſunt corrupta;* vel ARISTIDIS haec: *Res publica multa eget iniuſtitia. e)* Conf. verba, quae apud praeſulem purpuratum D'OSSAT in *Epiſtol.* Tom. II. Epiſt. XCVI. pag. 361. legimus: *Le Pape ajouta, què les Rois, et autres Princes ſouverains ſe permetoient toutes choſes qui tournoient a leur profit, et que la choſe en étoit venu ſi avant, qu' on ne le leur imputoit point, et ne leur en ſavoit-on point mauvais gré. Et allégua un dire de* FRANCESCO MARIA, *Duc d' Urbin, qui ſouloit dire, que ſi un ſimple gentilhomme, ou un Seigneur non ſouverain, manquoit de ſa parole, il en ſeroit deshonoré et blamé d' un chacun: mais les Princes ſouverains, pour raiſon d' Etat, pouvoient ſans autre grand blame, faire des traitez, et s'en départir; prendre des alliances, et les laiſſer; mentir, trahir, et toutes telles autres choſes.* Reperiuntur quidem paſſim principes aequi et iuſtitiae pertinaces, ſed perſuaſum nobis non eſt de fide ſucceſſorum. Fingamus, vicinos noſtros ſeruare pacta, et officia ſequi tuenda; quis quaeſo inde euincere poterit hanc enunciationem: Ergo nunquam in periculum adduci poterit res publica noſtra a vicinis illis? Vel quis hanc eruet: non turbidae fidei nec ambiguae erunt vnquam prouinciae ſuburbanae. Riſum mouent, qui iuris ciuilis iſtam de bonitate hominum

Ee 2

e) Vid. MENTETI KETXWIG *epiſtola de veritate philoſophiae Hobbeſiande contra Vlricum Huberum* ad GERHARDVM FELTMANNVM, edit. 1695. §. 2. pag. 6.

minum praesumtionem, reponere nobis velint. Haec leui probabilitate animos percutit regula, sed solatium non adfert, nec praesidium, in quo adquiescere licet. Si enim in statu ciuili praecipua quadam se commendat verisimilitudine regula ista, posita tamen est praesertim in metu poenae, qua subiecti deuinciuntur. Quum itaque in statu naturali poenae ciuiles haud habeant locum, corruere normam istam, nemo non videt. Quae possunt facili modo dare damnum gentes, id etiam plerumque solent iniungere; nam vix cunctantur, nimirum vehementer exspectant, et ea desiderant, quae bona videntur, quamuis re ipsa mala sint. *f)* Remoti igitur a iustitia populi facere non possunt, quin ob potentiam, qua priuatos homines antecellunt, impugnent innocentes nationes. Ex his igitur facile est ad intelligendum, gentibus haec tela, per varia instituta, esse depellenda, praecipue vero per conuentiones vel expressas, vel tacitas, et processu arcendos refrenandosque principes, tanta vi pollentes, quanta reliquis interitum adferre potest. Quum enim crescens, seu nimia potestas, suppeditet facultatem laedendi gentes minores, vel has funditus euertendi; *g)* consequens est, vt eiusmodi periculum ipsis armis a capite propulsandum sit. *h)* Laudibus igitur decoranda est Laurentii Medicaei pru-

f) GVICCIARDINVS *Historiae Italicae* Lib. XVI. pag. 598.

g) Pontentiores velle dominari imbecillioribus, declarat VLRICVS HVBERVS *histor. ciuil* Lib I. Cap. II. pag. 4. edit. Franequerae 1703. et FRANCISCVS GVICCIARDINVS *Historiarum sui temporis* Lib. XVI. pag. 571. edit. Basileae 1566.

h) Hinc contra principes, dictos a maioribus, *gefaehrlich maechtige*, belli media parata esse, non ignoramus: Vid. *Verein zwischen den Praelaten, Grafen, Freyen, vnd den von Adel, wie auch denen Staedten des Schwaebischen Bundes an einem, vnd der Gesellschafft des Loewens, anderu Theils, zu desto besserer Handhabung des von Kayser Frie-*

prudentia, quippe qui, quum probe intelligeret, e suae ciuitatis re non esse, si Italiae principis cuiusdam potentia augeretur nimium, summa opera efficiebat, vt Italorum res publicae in aequilibrio consisterent, nec in hanc magis, quam in illam propenderent partem. *i*) Quis adeo nullius animi est, vt velit exspectare, donec princeps ille, immoderatis praeditus opibus, seruitutis iugum imponat omnibus? *Ratio summa imperiorum est, ne noceri possit*, quemadmodum in aegris corporibus, quod est nociturum, prouidi non relinquunt medici. In vsus igitur conuertenda sunt illa POLYBII verba, c. l. adserentis: „ Magna imperia crescentia, omnibus populis metuenda esse, etiam remotis, non enim „ prius conquiescere, quam omnia domuerint, itaque de impediendo eorum cursu mature capienda consilia. „ Ergo gentibus curandum est se ipsas seruaturis, vt eum tanquam hostem adoriantur, qui finibus potentiae moderatae, et a reliquis populis stabilitae, excedit, vel adspirat ad imperium, quo alios bene multos populos solus potest sub iugum mittere. Itaque, vel ob hanc rationem, gentes, inde a primis conditis ciuitatibus, sancire debuerunt legem sequentem: Quum nimia aliorum potentia nobis sit calamitati, cuiusuis populi potestati certi modi ac limites adsignandi sunt, et extra cancellos determinatos egredientes, vi subacti reducendi sunt ad pristinum, vel eum statum, quo alios opprimere nequeunt. *k*) Vbi autem hae proprietates trutinae reperiuntur;

Friedrich zu Franckfurt aufgerichteten Landfriedens; cet. apud IO. PHILIPPVM DATT, in *Volumine Rerum Germanicarum Nouo* Lib. II. Cap X. pag 309. §.XLIV. col. a. edit. Vlmae 1698.

i) GVICCIARDINVS *Histor. Italicae* Lib. I.

k) Hinc IVSTINVS Lib I. Cap. I. *histor.* pag. 3. *Fines imperii*, inquit, *tueri magis, quam proferre, mos erat;* (de

untur, ibi vt ipsa locum habeat statera, necesse est, si notionem eius paulo curatius ponimus ob oculos.

§. VII.

Modo a nobis explanata, confirmantur gentium consuetudine eaque antiquissima. Nemo est qui ignoret, inter arcana dominationis, temporibus ab aetate nostra remotissimis, instar normae vniuersalis, aequilibrium regionum fuisse relatum, et ob metum crescentis potentiae, olim gentes bella suscepisse. *l*) Hinc Perseus, hinc Mithridates aduersus Romanos mouebant alios in communia foedera. *m*) De reliquis deinceps. Quamuis enim in statu ciuili, ob opem a principe ferendam, ingens debeat semper esse periculum, quod vi aperta propulsare licet, id tamen ad naturalem, seu libertatis statum, adplicandum minus est. Si melius saepe est, intacta iura in statu ciuili seruari, quam post caussam vulneratam remedium quaerere, secundum *L. vlt. C. in quibus*

(de antiquissimis temporibus sermo est) *intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium* NINVS, *rex Assyriorum, veterem et quasi auitum gentium morem noua imperii cupidiate mutauit.* edit. Hamburgi 1678. Conf. TACITVS *Annal.* Lib. I. Cap. XI. pag. 28. seq. excus. Lipsiae 1714.

l) Legatur *Traité de la Politique de France par Monsieur P. H. Marquis de C. reveu, corrigé, et augmenté d'une seconde partie*, edit. Coloniae 1677. Cap. XIV. pag. 290. Conf. LIVII illud Lib. XXXIII. Cap. XIX. effatum, adplicatum nuper a nobilissimo viro quodam ad Britannorum bellum, quod libertatis communis caussa, hoc ipso tempore geritur; Verba LIVII ita se habent: *Esse aliquam in terris gentem, quae sua impensa, suo labore, ac periculo, bella gerat pro libertate aliorum, nec hoc finitimis aut propinquae vicinitatis hominibus, aut terris continenti iunctis praestet, maria traiiciat, ne quod toto orbe terrarum iniustum imperium sit, et vbique ius, fas, lex potentissima sit.* pag. 838. edit. Francofurti 1659.

m) Alia exempla collegit CHRISTOPHORVS FORSTNERVS in *notis politicis ad Tacitum*, Tom. I pag. 713.

bus caufis in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt, ſane multo magis, in libertate naturali poſiti homines, iſto iure vtuntur. *n*) Vere et grauiter GELLIVS Lib. VII. *Noct. Attic.* cap. II. pag. 240. edit. 1621. pronunciat: „Gladiatori compoſito „ad pugnandum, pugnae haec propoſita ſors eſt, aut occi-„dere ſi occupauerit, aut occumbere ſi ceſſauerit; „ et VELLEIVS PATERCVLVS *Hiſtor. Rom.* Lib. II. pag. 308. de Arminio haec prodit: *Haud imprudenter ſpeculatus, neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret; et frequentiſſimum initium eſſe calamitatis ſecuritatem.* Quis ſapiens exſpectat interitum, et ſe non laedi putat, antequam damnum irreparabile fuerit contractum? Mitiſſima remedia ſane coniuncta ſunt, haud raro, ingenti cum periculo, ita, vt locum habeat oraculum VIRGILII, *Aeneid.* Lib. III. vers. 259. ſequ.

At ſociis ſubita gelidus formidine ſanguis
Diriguit: cecidere animi; nec iam amplius armis
Sed votis precibusque iubent expoſcere pacem.

Quilibet perſpicit, nimiam alterius potentiam, vel ſtatim, vel poſt temporis interuallum aliquod, nocere, *o*) et interdum principes, ipſos iuſtos, maximis firmatos opibus, occoecatosque, ad arma animum adtendere, iuſtasque cauſſas ſubeſſe credere bellis, iis inferendis, quorum res tenues, ſeu afflictae ſunt, *p*) quum tamen iniuria minus ſint ab his laceſſiti. Huc

n) Conf. *L.* 2. 3. et. 4. *C. ad legem Corneliam de ſicariis*, et *Conſt. Crim.* Art. 140.

o) Huiusmodi mores regum, qui Anglo-Saxonibus praefuerunt, dum deſcribit RAPIN THOYRAS in *Hiſtoire d'Angleterre* Tom. I. Lib. III. pag. 151. addit: *Mais ce n'eſt pas un caractere qui leur ſoit particulier, puisque dans les ſiecles ſuivans, on n'a pas vu plus d'union entre les Souverains de l'Europe.*

p) Contra Potentiores militare praeſumtionem, quod tenuiores ſupprimant,

Huc illa ſpectant PLVTARCHI: ὁ ταύτης (μαχαίρας) κρατῶν, βέλτιστα περὶ γῆς ὅρων διαλέγεται: *Qui iſto* (gladio) *praeualet, is optime de finibus diſputat:* v. Lacon. Apophthegmata, Operum eius Tom. II. pag. 229. edit. Francofurti 1620. *q*) Quis non videt, plerumque id ipſum adimpleri, quod PVTEANVS de Ricimero contra Athemium in *Hiſtor. Inſub.* expoſuit? en verba: ALTER CAVSSA, ALTER VIRIBVS MELIOR, VIRES AVTEM CAVSSAM EFFECERE; vel ducis ROHANI principium: *Les Princes commandent aux peuples, et l'intereſt commande aux Princes.* Vid. BOVCLIER D'ESTAT, p. 206. Quomodo igitur gens aliqua ſe permittere fidei ambiguae alius adeo poteſt, vt in alterius arbitrio ponat omnia, *r*) vel vt illa aliam tranquillam, ſed inconſiderate et minus circumſpecte agentem, queat armis ſubiicere? Pax, cum eiusmodi principe inita, admodum periculoſa eſt, eamque merito adpellamus *La Paix boiteuſe*, vel *mal aſſiſe. s)* Hinc armis potius hoſti occurrendum, quam aduentum eius exſpectandum eſſe, exemplo ſuo declarauit egregie, prouinciarum confoederatarum res publica, anno MDCLXXII. ab Anglis, Gallis,

mant, declarat etiam *L. ad inferiorum* 1. *C. de Apochis publicis, et de deſcriptionibus curialibus, et de diſtributionibus ciuilibus.* Quam ob cauſſam quoque ceſſio facta in potentiorem, praeſumitur animo vexandi facta. Vid. MENOCHIVS Lib. III. *Praeſ.* 129. n. 36.

q) Ab ELISABETHA, Britannorum regina, auxilium Belgis contra Hiſpanos praeſtitum, maxime defendi hac ratione poteſt; vid. *the Hiſtory of the moſt renowned and Victorious Princeſſ Elizabeth*, Lib. III. pag. 320. ſeq. *written by* WILLIAM CAMDEN, edit. tert. Londini excuſ. 1675.

r) EPICHARMI dictum, in promptu habendum eſt: Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. *Sobrius eſto; et nemini credere memento; hi ſunt articuli prudentiae.* Vid. POLYBII *Hiſtoriarum* Lib. XVII. Tom. II. pag. 1070. edit. Amſtelodami 1670.

s) Illuſtre huius exemplum deſcripſit RAPIN THOYRAS *Hiſt. Angl.* Tom. VI. Lib. XVII. pag. 252.

lis, et Colonienſi epiſcopo, impugnata, *t*) aliaeque id ſapienter dederunt probatum ciuitates. Igitur non prudentiae ſolum regulae iubent, vt cancellis circumſcribantur permagna capientes incrementa populi, ſed ipſa neceſſitas cogit illud, atque efflagitat. Nam dum clauum rectum tenet populus, vt ſe ipſum conſeruet, requiritur; itaque bilancem etiam rerum publicarum aliarum aequipondio aptare debet, ne alia ciuitas alias abſorbeat. *u*) Iam vero illa obligatio, luce meridiana clariori modo, ex iuris principio primo fluit; ergo non minus conſequitur inde noſtra enunciatio. Omnes hinc gentes tacita conſenſione aliquod aequilibrium praefiniunt, et reliquas hoſtium more impugnant, quae rumpunt vel peruellunt inſtitutum iſtud; quod generis humani rationibus conducere putamus maxime; vel quae illi ſunt impedimento. *x*) Redeunt hic igitur cuncta ad proportionem poteſta-

t) Vid. *Theatri Europaei* Tom. XI. pag. 125. ſeq.

u) Vid. THEMISTII EVPHRADAE *Oratio de pace, ad Valentem Imp. Auguſt.* pag. 96. ſeq. *theſauri principum*, e graeco in latinum ſermonem translati a GEORGIO REMO, I. C. edit. Francofurti 1614. Huc comparata etiam ſunt VLRICI HVBERI verba: *Tanta eſt hominum peruerſitas, et potentiorum ambitio, vt nihil foedera, vel pacis fiduciam, efficacius, quam nocendi impotentia, ſtabiliat, tam reſpectu imbecilliorum, quos ſuae conditionis poeniteat, quam aequalium, quos τὸ ἀντίπαλον δέος, mutuus metus ad pacem cuſtodiendam adigit: nec aliud contra potentiores remedium, quam coniunctio plurium, quos eiusdem vtilitatis ratio deuinctos tenet, quaerendum et adplicandum.* Vid. de *iure ciuitatis* Lib. III. Sect. IV. Cap. III. n. XXVII. pag. 729. edit. Francofurti et Lipſiae 1708.

x) Illuſtrari haec poſſunt iis, quae auctor reſponſionis ad obiectionem IX. Ducis Holſato-Gottorpienſis, in cauſſa cum Rege Daniae, apud LONDORPIVM *Act. Publ.* Tom. XII. Lib. XIII. Cap. CXIX. ad an. MDCLXXXV. pag. 397. profert; verba ita ſe habent: *Die Politici ſind der Meinung, vnd behaupten es durch die vorhandene oeftere Praxin, daſs einem Potentaten der*

poteſtatis, ſtatui rerum publicarum conuenientem, quippe qui hodienum e. c. coniunctionem harum illarumue prouinciarum permittit, quoniam aetate noſtra non eſt impedimento ſaluti communi; alio autem tempore imperia quaedam diuellit, ac diſtrahit, quia officiunt atque obſtant ſalutis gentium remediis.

§. VIII.

A poſſe ad eſſe, vti philoſophi loquuntur, non valere conſequentiam, nec a facultate vulnera aliis inurendi, quam interdum laeſionis vel cauſſae belli iuſti ſimilem eſſe, diximus; pendere ipſas laeſiones, vel damna importata, pronunciabunt ii forſan, qui contra noſtram ſtant ſententiam. Sed non ita ſubducimus rationes; oſtendimus tantum, ad arma eſſe in ſtatu naturali deſcendendum, magnae vel periculoſae potentiae alterius cauſſa, hoc eſt potentiae, quae alios facile opprimit, et moraliter certae laeſionis gratia; quoniam incertitudini,

des Nachbahrs veſten Platz, wenn er denſelben nicht ſicher genung bewahren kan, oder will, bey beſorglicher Gefahr, daſs der Feind ſich deſſen bemaechtigen, vnd zu Vebung allerhand Schadens bedienen moechte, wegzunehmen, vnd entweder ſo lange die Gefahr dauret, beſetzt zu halten, oder auf den Nothfall, gar zu ſchleiffen, vergoennet ſey. Da nun dieſes; in natürlichen vnd aller Voelcker Recht, daſs einem ieden, ſo gut er kan, fur Schaden ſich zu verwahren, vnd des Feindes Anfall nicht zu erwarten, ſondern demſelben furzukommen, erlaubet, ſeinen Grund findet, wird vielmehr ein Potentat ſeinem Nachbahr, den er vnd von boeſer Intention, aus langwiriger Erfahrung kennet, auch allerhand gefaehrliche Anſchlaege vnter Haenden zu haben, verſichert iſt, einen neuen Veſtungs-Bau, vnd zwar recht in der Mitte ſeines Landes, zu verwehren, berechtiget ſeyn; vnd dieſes iſt, was die Iura ſagen: Nulli principum fortalitia, ad aemulationem, inuidiam, moleſtiam, periculum vel metum vicini, exſtruere licere, cetera. Haec firmat etiam GAILLIVS de *Pace publica* Lib. I. Cap. I. §. 4. pag. 73. et *Obſeruat. Practic.* Obſeruat. LXIX. §. XVIII. pag. 423. ſeq.

dini, vel voluntati liberae vnius principis, qui moderatur rei publicae, tantis viribus conspicuae, quantae aequilibrium, vel ἰσονομίαν gentium, prorsus tollunt, nos submittere non licet, *y*) sine summo libertatis et aequalitatis naturalis discrimine, *z*) quoniam naturalis status longe alia est, quam ciuilis, ratio, et apud illum ius in armis plerumque consistit. Tu te tibi ipse, lector candide, si ponis ob oculos cupiditates infinitas, quibus agitantur homines, non eris nescius, plerumque has esse prauas, atque actiones, inde emanantes, improbas. *a*) Quis igitur nos securos reddit? quomodo naufragia aliorum, ex terra intueri possumus, circumdati iis, qui staterae lancem nimis onerant, vel, quia αὐτονομίαν absolutam sunt adepti, queunt nos ad incitas redigere? *b*) Sapienter sane iam olim Gothi, a pace et quiete insidiosa, a potentissimis gentibus oblata, abhorrebant, dudum experti,

y) *Aditum nocendi perfido praestat fides.* Vid. SENECA *Oedip.* Act. 3. v. 178. In edit. Lugduni 1536. excusa legitur quidem *dies*, loco vocabuli *fides*, sed tamen illa lectio a multis probatur.

z) Huc IVLII CAESARIS spectant verba: de *bello ciuili* Lib. III. pag. 295. ed. Amstelod. 1657. *Hoc vnum esse tempus de pace agendi, dum sibi vterque confideret et pares ambo viderentur: Si vero alteri paullum modo tribuisset fortuna, non esse vsurum conditionibus pacis eum, qui superior videretur, neque fore aequa parte contentum, qui se omnia habiturum confideret.*

a) Legatur Epistolica dissertatio *de principiis iusti et decori*, continens apologiam pro tractatu HOBBAEI *de ciue*, pag. 34. edit. Amstelodami 1651.

b) Quae de ciuitate generatim disputantur apud PLVTARCHVM, in *Laconic. Apophthegmat.* Operum Tom. II. pag. 224. edit. Francofurti 1620. facile ad trutinam gentium adplicari possunt; interprete XYLANDRO, verba ita se habent: *Leo Eurycratidae f. interrogatus, quanam in vrbe aliquis tutissime habitaret? respondit, in ea,* IN QVA OMNIVM CIVIVM POSSESSIONES ESSENT AEQVALES. cetera.

perti, *c*) damnum longe maius pacem exulceratam cum Romanis initam attulisse, quam bella acerrima aliis populis parata. Vid. *Historia* IOANNIS MAGNI de *omnibus Gothorum Sueonumque regibus, qui vnquam ab initio nationis extitere, eorumque memorabilibus bellis*, Lib. XV. Cap. XV. pag. 494.

§. IX.

Reponitur forsan aliud argumentum, adfirmaturque, naturalem cognationem hominum haud nos imbuere eiusmodi doctrina, sed amoris mutui praeceptis animos componere. Verum licet iurium et obligationum conuenientia in nobis reperiatur, ex his tamen fontibus non statim ducitur beneuolentia nauata in alios, vel studium in eos, ita inflammatum, vt extinguat amorem rerum suarum caecum et improuidum, arrogantiam, proteruiam, nimiam sui aestimationem, auaritiam, omnem auiditatem, cupiditatumque lenocinia; vel sententiam, qua mortales existimant, μηδὲν εἶναι σὺν κέρδει κακὸν *mali nihil esse quod cum lucro coniunctum sit. d*) Quam blanda conciliatrix, et quasi sui est, lenis natura! Suum cuique pulchrum est. Omnes sibi melius malunt esse, quam alteri. Cuiuslibet gentis rationes a reliquis dissentiunt. Similitudines in iis vix adparent; nulla inter eas est conuenientia; ex diametro pugnant et diffident agendi principiis; inde igitur varii dissensus atque impedimenta nascuntur; quibus in varias trahuntur partes, discordiasue, pestem aliarum natio-

c) Recenset huiusmodi exempla IOANNES MAGNVS in *Historia* de *omnibus Gothorum Sueonumque regibus*, Lib. XII. Cap. I. et Cap. II. pag. 394. nec non Lib. XII. Cap XXII. et Cap. XXIII. pag. 414. edit. Romae 1554.

d) Haec Graeca delibauimus ex SOPHOCLE, apud ATHENAEVM Lib. III. Cap. XXXIV. *Deipnosoph.* pag. 122. edit. Lugduni 1612.

nationum anhelantes, contrahentesque. *e*) Ergo dubium istud euanescit, nec vlla se commendat verisimilitudine.

§. X.

Praeterea, quae adferri possunt magnae vel immoderatae potentiae exempla, perdocent, illamque plerumque tentasse et molitam esse res nouas, vel aliis exitium parasse rebus publicis. Inductione igitur quadam nisi, arbitramur merito, stateram ciuitatum, si inaequali prorsus lance regitur, gentium importare interitum, et hanc ob caussam, nimiam semper comprimendam esse ciuitatum potestatem. Consequens igitur est, vt, vel ob eandem rationem, trutinae necessitas antiquissimis fuerit temporibus perspecta, atque explorata; quamuis de ea tanto studio, veluti in Europa, non sit disputatum, iis tempestatibus, quibus omnia conquassata erant regna, et vsque eo eneruata, vt penes nullum regnum esset potestas aliud deuorandi. Ratio igitur facile redditur, cur praesertim sub finem seculi XV. ansa bilancis adprehensa sit, et inde ab isto aeui spatio, vsque ad nostram aetatem, pro norma administrandarum ciuitatum praecipue accepta trutina, quoniam, ex eo temporis tractu, regna varia maiorem adquisiuerunt potestatem.

§. XI.

Sunt, qui opinionem tenent, nimiam aliorum potentiam frenandam esse foederibus, *f*) vel munimentis et castellis, vel exercitibus conscribendis, vel admonitionibus; non vero statim arma esse contra eiusmodi gentem stringenda;

 inde-

e) Vid. *L. 5. D. de I. et I.* et *L. 5. D. §. 2. de captiuis et postliminio et redemptis ab hostibus.*

f) De periculosa foederatorum fide disputat POLYBIVS, *Historiarum* Lib. XI. pag. 890.

indeque colligunt, aequilibrium detractum, vel ereptum, caussam belli iusti non struere. Non repudio remedia ista; nam laudo ea potius, quoniam *omnia prius experiri verbis, quam armis, sapientem decet; g)* sed res publica illa opibus adfluens, iustam nobis non semper iniiciet moram, sine qua remedia ista parari nequeunt. *h*) Praepotens hostis, verum circumspectus et sagax, non exspectat, dilationem haud patitur; nos adoritur statim. *i*) Ergo in eiusmodi caussis non raro vi aperta occurrendum huic est. *k*) Itaque ad similem casum illa LIVII adplicanda esse, putamus: *Stultitia est sedendo aut votis debellari credere posse, armari copias oportet, deducendas in aequum, vt vir viro congrediatur.* Dum nauis est salua, prompte consulere et prouidere oportet, ne euertatur;

g) Legisse iuuabit TERENTII *Eunuch.* Act. IV. Scen. VII. vers. 19. pag. 157. edit. Roterodami 1670. CICERO etiam grauiter hoc edisserit: *Quum sint duo genera decertandi, vnum per disceptationem, alterum per vim; quumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum; confugiendum est ad posterius, si vti non licet superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam caussam, vt sine iniuria in pace viuatur.* Vid. de *Officiis* Lib. I. Cap. XI. pag. 29. edit. Lipsiae 1690.

h) Dd. ad *L. liberam. 1. C. quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare*, regulam semper commendant: *melius occurrere in tempore, quam post exitum vindicare.* Quin etiam in statu ciuili, vindictam ipsos subiectos exercere posse, nec non ob minas saepe, coniecturasque, opprimere hostes, tradidit IOANNES BRVNNEMANNVS in *Commentar. in XII. Libros Codicis* pag 263. edit. Lipsiae 1679.

i) THVANVS *Historiarum sui temporis* Tom. V. Lib. CXVIII. pag. 724. seq. et WILLIAM CAMDEN in *History of the most renowned and victorious Princess Elizabeth*, Lib. III. pag. 320.

k) Illustrari haec possunt *L. 2. 3.* et *4. C. ad Legem Corneliam de sicariis*, et praesumtione iuris ciuilis, qua illud videtur defensionis caussa factum, quod periculi remouendi gratia suscipitur. Vid. IO. BRVNNEMANNVS in *Commentario ad Pandectas* pag. 420. edit. Wittenbergae 1714.

tur; poſtquam fluctus exſuperat, inane eſt ſtudium. *l*) Id ſane exemplis ſuis declararunt ciuitates Graeciae, a regis Philippi potentia praeponderante ſubito oppreſſae. *m*) Quamuis igitur foederibus tantum compeſcere licere praepotentem populum, quidam doceant, re vera tamen vi repelli poſſe creſcentem potentiam, pronunciant, ſiue offenſiua ſiue defenſiua foedera iſta adpellitent; Itaque nobis non videntur dubiis ſuis repugnare.

§. XII.

Audiendi denique illi minus ſunt, qui ad deum optimum maximum prouocant, repudiaturi doctrinam noſtram. Adſerunt nimirum, Chriſtianis indignam eam eſſe, nec Chriſti placita ſuppeditare nobis cauſſam iuſtam, bellum ſuſcipiendi contra eos, qui aequilibrium iſtud ſuperarunt, inter gentes probatum. Chriſtianorum ſacra, manſuetudinem et amorem ſummum conciliare, et improbos principes puniendos tantum eſſe a deo, illi autumant. Sed reſpiciant ad COMINEI verba: *Vous pouvés voir, en liſant ces choſes, avec ce que vous en ſçavez davantage, que de ces mauvais Princes et autres ayans authorité en ce monde, et qui en uſent cruellement et tyranniquement, nuls ou peu demeurent impunis: mais ce n'eſt pas touſjours à jour nommé, ni à l'heure que ceux qui ſouffrent le deſi-*

l) Locum hic occupat IVSTVS LIPSIVS *Politicorum* Lib. III. Cap. VIII. n. 2. edit. Argentorati 1641.

m) IVSTINVS Lib. VIII. Cap. I. pag. 77. ait: *Graeciae ciuitates, dum imperare ſingulae cupiunt, imperium omnes perdiderunt, quippe in mutuum exitium ſine modo ruentes. Omnibus perire quod ſingulae amitterent, non niſi oppreſſae ſenſerunt. Siquidem Philippus rex Macedoniae, veluti e ſpecula quadam, libertati omnium inſidiatur, dum contentiones ciuitatium alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter victoreſque ſubire regiam ſeruitutem coegit;* cetera.

desirent. n) Praeterea, si principes praepotentes, actiones suas ad istas fidei christianae adtemperarent praeceptiones, sane momenti alicuius essent haec dubia; quum autem ad mandata illa claudi, caeci, muti, manci, debilesque sint plerumque, et hinc animi perturbationes, tanquam normas, sequantur; quilibet percipit, sententiam nostram eiusmodi ratiunculis redargui non posse. Hanc forsan ob caussam *l' Espion dans les Cours des Princes Chrétiens* Tom. I. Epist. XVII. pag. 45. scribit: *Les animositez et les violences de tous les autres Princes du monde, n'approchent pas des inimitiez, qui regnent parmi les Princes Chretiens de l' Europe. Je ne puis pas concevoir, pourquoi ces infidéles ne peuvent vivre en Paix, et peut-être ne les comprenent-ils pas eux mêmes. Il semble, que le Ciel ait resolu, que l' homme soit toujours contraire à l' homme; et qu' il y ait des inimitiez aussi long tems qu' il y a des Royaumes.* Add. Epistola CXXII. pag. 377. eiusdem Tomi I. edit. Coloniae Agrippinae 1696. et Tom. II. Epist. XCIII. pag. 297. In hac leguntur sequentia: *L' Europe est un champ fecond en rebellions, en tumultes, en desordres, et en guerres extraordinaires.* Qua propter etiam ii egregie falluntur, qui existimant, deo optimo maximo repugnare bella, praepollentibus gentibus illata, trutinae commutatae caussa. Quamuis enim adfirment, a deo potentiam tradi, et eiusmodi bona adducentes in discrimen homines, ipsum deum lacessere; probe tamen scimus, hos rem acu non tangere, quia alias hostis nullus esset impugnandus. Etenim semper eadem ratio potest interseri, haec nimirum: hosti vires largitus est summum in coelis numen; ergo hostis non est reprimendus. Quam ieiuna

n) Animaduersione digna haec reperiuntur in *Memoires* DE PHILIPPE DE COMINES Tom. I. Lib. III. Cap. IV. pag. 156. edit. Bruxellis 1723.

ieiuna autem et tenuis iſta ſit conſequutio, quilibet animaduertit, paulo penitius iuris diuini perpendens praeceptiones.

§. XIII.

Oſtendimus, temporibus antiquiſſimis gentes iure meritoque trutinam aliquam confeciſſe, et tacita eam confirmaſſe conſenſione. Progredimur igitur ad conuentiones expreſſas, quae bilancem firmant ſtabiliuntque. Infinitae hanc in rem poſſent a nobis excitari nationum conſtitutiones, eius generis, ſi paginarum id permitteret anguſtia. Ita e. g. Campanorum legati, *Omnes ipſi*, inquiunt, *in hanc neceſſitatem venerunt; quanquam pugnauimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, quum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti, et vbi conflagraſſent Sidicini, ad nos traiectum illud incendium eſſe.* Conf. LIVIVS Lip. VII. cap. XXX. Pari modo Peloponneſiacum bellum gerebatur, quoniam Athenienſium opes reliquis Graeciae gentibus formidoloſae videbantur, teſte THVCYDIDE Lib. I. de *bello Peloponneſiaco* pag. 19. edit. Amſtelaedami 1731. Sic Lacedaemonii Siciliae regem rogabant, vt commune Perſis bellum inferret, quod victis aliis Perſae Siculos etiam ſint oppreſſuri; qua de re HERODOTVS *Hiſtor.* Lib. VII. varia prodidit poſteris. Neque minus illuſtre exemplum apud PAVLVM AEMYLIVM de *rebus geſtis Francorum*, *in Clodoueo*, reperimus. Verba ita ſe habent pag. 9. edit. Baſil. opera SEBASTIANI HENRICPETRI euulgatae: *E veſtigio ad totius orbis reges litteras, quantum exemplum nunc quoque legitur, dedit, omnino inclementes in Francum, eius aures aequo iurique clauſas, in iniuriam viribusque ac ferro eum omnia reponere;* COMMVNEM GENTIVM CAVSSAM AGI, *ne opes Francorum nimiis augeſcerent incrementis, futuras exitio reliquis regnis, ſi euerſis Alemannis,*

 Viſigo-

Visigothi tollantur. Omnium reliquorum regum vnum concilium corpusque constituendum esse, ad cuius iudicium Francus euocetur; cetera. Hunc in modum Hieron, (seu Hiero) Syracusarum Rex, Romanorum socius atque amicus, metu Romanae potentiae, suppeditabat Carthaginensibus omnia, ad bellum gerendum necessaria. *o*) Quamuis vero quibusdam populis, alia tempestate magis, quam alia, obseruandum fuerit aequilibrium, atque hinc mentio eius non tam saepe repetita sit illo aeuo, quam alio, semper tamen trutina recepta est. *p*) Potestate Imperatorum Romanorum labefactata, *q*) vsque ad seculum post Christum natum XVI. e. c. Galliae regis vires exiguae erant, ob vasallorum opes, discordias, *r*) et bella, quibus ab Anglis vexabatur.

o) De hoc agit POLYB. Lib. I. alia autem exempla excitauit CHRISTOPHORVS FORSINERVS in XV. *Libros Annalium* c. CORNELII TACITI, *not. Polit.* Tom. I. pag. 714. seq. edit. Francofurti 1662.

p) Quae de Lycurgo differit POLYBIVS *Historiarum* Lib. VI. pag. 638. ea, leui adhibita mutatione, egregie illustrant gentium trutinam; verba illius, latine versa, ita se habent: *Lycurgus non simplicem neque vniformem Rempublicam constituit: sed optimarum quarumque Rerumpublicarum virtutes omnes ac proprietates in vnum copulauit: ne, si qua illarum supra modum augeretur, ad vitia congenita deflecteret: sed dum cuiusque vis mutuo omnium nisu in contrarium retrahitur, nulla pars illarum vergat vsquam aut nimium propendeat: verum aequis ponderibus librata, et aequa lance suspensa, quam diutissime res publica duraret, non secus ac fieri semper amat in nauibus, quas hinc inde par vis ventorum impellit;* cetera.

q) Conf. PAVLI IOVII *historiarum sui temporis* Lib. I. pag. 1. edit. Basileae 1578.

r) Vid. *traité de Paix entre Louis XI. Roi de France d'une part, Charles Comte de Charolois les Princes Liguez, sous le nom du* BIEN PVBLIC, *d'autre, fait à Constans près Paris le V. Octobre MCCCCLXV.* qui legitur tractatus in *Chroniques de* MONSTRELLET Tom. II. fol. 122. seq. Add. eiusmodi publica documenta a FRIDERICO LEONARDO collecta Tom. I. pag. 68. seq. in *Recueil des Traitez* edit. Parisiis 1693.

tur. *s*) Hispania in multas erat diuisa res publicas, quibus singuli reges praeerant. *t*) Germania etiam in varias ciuitates distribuebatur. Anglia, praeter bella gerenda cum exteris, ciuilem gustabat sanguinem, vel potius exsorbebat, quum Eboracenses et Lancastrienses arma capesserent. Italorum res, pariter ac Germanorum, perturbatae atque adflictae videbantur. Itaque rebus secundis postea corroboratae gentes illae, in primis, cynosurae instar, aequilibrium intueri et sequi debuerunt, illudque expressis stabilire foederibus, sanctionibusque aliis. Prae ceteris vero, non sine diuinis auspiciis, Anglorum reges, firmare res Europaeorum aequilibrio, studuerunt; vti nempe, pro virtutibus et opibus suis, ingentem dudum Britanni consequuti sunt gloriam, ita diu Gallos antecelluerunt viribus. Quamuis enim postea, intestinis turbis aliqua ratione debilitati Britanni, in Gallia occupatas prouincias seruare non potuerint, id tamen sibi Britannorum reges negotium salutare datum crediderunt, aemulas gentes, Gallos Hispanosque, aequilibrio temperare. Hinc Britanni in tabernaculo, quod apud oppidum *Guines*, vbi colloquium cum Gallorum rege MDXX. celebrabatur, iuxta hominem Gallum et Hispanum pugnantes, pictum exhibuerunt sagittarium Anglum, cum hoc elogio: CVI ADHAEREO, PRAEEST. Quam ob caussam CAMDENVS etiam, in historia ELIZABETHAE Lib. II. pag. 223. haec tradidit posteris: *True it was which one hath written, that France and Spain aire as it were the Scales in the Balance of Europe, and*

 ENG-

s) Vid. *Histoire d'Angleterre par Monsieur* DE RAPIN THOYRAS, passim, praecipue vero Tom. III. pag. 199. seq. edit. Hagae Comitum 1733.

t) Coaluit Hispania, imperante Ferdinando Catholico; vid. *historia orbis terrarum* pag. 450. edit Francofurti ad Oderam 1680.

ENGLAND THE TONGUE OR THE HOLDER OF THE BALANCE. Ita quoque SAMVEL DE PVFFENDORFF de *rebus gestis Friderici Wilhelmi Magni* Lib. XIX. §. 84. pag. 1611. edit. Berolin. 1695. ait: *Quo nomine*, (de aequilibrio firmando sermo est,) *superiore seculo, insignem gloriam quaesiuere* HENRICVS VIII. *et* ELISABETHA *regina, eoque ipso bellicosae nationi campum praebuere exserendae virtuti.* Elizabetham quod adtinet, IAMES WELWOOD in *Memoirs of the most material transactions in England, for the last hundred years, preceding the Revolution in 1688.* pag. 3. edit. Londini 1700. haec refert: *Her People* (Elizabethae) *liv'd at their Ease, and were happy under her Auspicious Conduct; and her oppress'd Neighbours felt the benign Influences of her great and bountiful mind. She it was that made Head against the then Paramount Power of Christendom, and that in both the Old and New Worlds.* De GVILIELMO III. hac in re etiam praepollente, vid. DE LARREY in *Histoire d'Angleterre* Tom. IV. pag. 821. Haec missa facimus, et pro instituti nostri ratione, tantum ob oculos posituri sumus nonnullas, hac ipsa, quam degimus, aetate, promulgatas constitutiones huius generis. Hinc memini foederis, *inter sacram Caesaream majestatem Leopoldum I. Regiam Maiestatem Britanniae Wilhelmum III. nec non praepotentes Ordines Generales foederatarum Belgii prouinciarum*, Hagae Comitum die VII. Septembr. Anno MDCCI. initi; Praemisso titulo imperatoris, subiuncta verba, id declarant luculenter, ita enim se habent: *u*)

Notum testatumque facimus omnibus, et singulis quo-
„ rum interest, aut quomodolibet interesse potest, quod quum
„ nos

u) *Corps Vniversel Diplomatique du Droit des Gens par* J. DV MONT Tom. VIII. P. I. pag. 90.

„ nos inter et sereniſſimum ac potentiſſimum principem, do-
„ minum Wilhelmum Magnae Britanniae, Franciae et Hi-
„ berniae Regem, conſanguineum et fratrem noſtrum cha-
„ riſſimum; nec non chariſſimos amicos noſtros, Ordines Ge-
„ nerales foederatarum Belgii prouinciarum per vtrinque ad
„ id deputatos, et ſufficienti mandato inſtructos et miniſtros
„ plenipotentiarios die ſeptima currentis menſis et anni, Ha-
„ gae comitum tractatus foederis ſequentem in modum ini-
„ tus et concluſus ſit: Quandoquidem mortuo ſine liberis
„ non ita pridem glorioſiſſimae memoriae Carolo II. Hiſpa-
„ niarum rege, ſacra ſua Caeſarea maieſtas ſucceſſionem in
„ regna, et prouincias regis defuncti domui ſuae auguſtae
„ legitime deberi aſſeruerit, rex autem Chriſtianiſſimus pro
„ nepote ſuo duce Andegauenſi eandem ſucceſſionem ambi-
„ ens, et ius illi ex teſtamento quodam regis defuncti na-
„ tum eſſe praeferens, pro modo dicto duce Andegauenſi
„ poſſeſſionem vniuerſae haereditatis ſiue monarchiae Hiſpa-
„ nicae arripuerit, prouincias Hiſpano-Belgicas, ducatum-
„ que Mediolanenſem armis occupauerit, claſſem in portu
„ Gaditano paratam teneat, naues plures bellicas ad Indias
„ Hiſpano parentes miſerit, atque hoc modo aliisque pluri-
„ mis regna Galliarum et Hiſpaniarum tam arcte inter ſe vni-
„ antur et coaleſcant, vt poſthac non aliter quam pro vno
„ eodemque regno conſideranda eſſe videantur, adeo vt niſi
„ proſpectum fuerit, ſatis appareat caeſareae ſuae maieſtati
„ abiiciendam eſſe omnem ſpem, vnquam ſibi de praetenſi-
„ one ſua ſatisfactum iri, ſacrum Romanum Imperii iura ſua
„ in feuda, quae ſunt in Italia et in Belgio Hiſpanico perdi-
„ turum, Britannis et Belgis foederatis liberum nauigationis
„ et commerciorum vſum in mare mediterraneum, in Indias

 „ et

„ et alibi funditus periturum, vnitumque Belgium destitu-
„ tum iri securitate, quam ex interpositis inter se et Gallos
„ prouinciis Hispano-Belgicis, vulgo *Barriere*, tenebat, de-
„ nique Gallos et Hispanos ita coniunctos adeo omnibus for-
„ midandos breui euasuros, vt totius Europae imperium fa-
„ cile sibi vindicaturi sint. Quum autem ob hunc proceden-
„ di modum regis christianissimi, Caesareae suae maiestati ne-
„ cessitas imposita fuerit, exercitum in Italiam mittendi ad
„ conseruanda tam iura sua priuata, quam feuda Imperii, rex
„ magnae Britanniae necessarium existimauerit, copias suas
„ auxiliares mittere Belgio foederato, cuius res eo loco sunt,
„ ac si re ipsa iam aggressum foret, et domini ordines gene-
„ rales vniti Belgii, quorum fines vndique fere patent, effra-
„ cto et remoto obice, vulgo *Barriere*, qui Gallorum vicini-
„ tatem arcebat, coacti sint, ea cuncta pro securitate et salu-
„ te reipublicae facere, quae bello impetiti facere debuissent,
„ vel potuissent, quumque tam anceps rerum constitutio ipso
„ bello periculosior sit, et hoc rerum statu Gallia et Hispania
„ abutantur, vt se magis et magis inter se deuinciant, ad
„ opprimendam Europae libertatem, et tollendum commer-
„ ciorum vsum; his rationibus adducti, sacra sua Caesarea
„ Maiestas, sacra sua Regia Maiestas Magnae Britanniae, et
„ celsi ac praepotentes Domini Ordines Generales Vniti Bel-
„ gii, tantis malis hinc surrecturis obuiam tendentes, et pro
„ viribus remedia afferre cupientes arctam inter se coniun-
„ ctionem, et confoederationem pro depellenda communis
„ periculi magnitudine necessarium esse existimauerunt, et
„ hunc in finem mandatis suis instruxerunt N. N. *cetera.*
„ Qui vi mandatorum suorum in sequentes foederis leges
„ conuenerunt. I. Sit maneatque inter sacram Caesaream
„ maie-

„ maieſtatem, ſacram regiam maieſtatem magnae Britanniae, „ et dominos ordines generales vniti Belgii, conſtans, perpe- „ tua et inuiolabilis amicitia et correſpondentia, teneaturque „ alter alterius commoda promouere, damna vero et incom- „ moda pro poſſe auertere. II. Sacra ſua Caeſarea maieſtas, „ ſacra Regia maieſtas magnae Britanniae et domini Ordines „ Generales, cum nulla res ipſis magis cordi ſit, quam pax „ et tranquillitas generalis totius Europae, iudicauerunt ad „ eam ſtabiliendam nihil efficacius futurum, quam procuran- „ do Caeſareae ſuae maieſtati ratione praetenſionis ſuae in „ ſucceſſionem Hiſpanicam ſatisfactionem aequam et rationi „ conuenientem, et vt rex magnae Britanniae et domini ordi- „ nes generales ſecuritatem particularem et ſufficientem pro „ regnis, prouinciis ditionibusque ſuis, et pro nauigatione, „ et commerciis ſubditorum ſuorum adipiſcantur. *cetera.*

Neque minus huc facit *Tractatus pacis et amicitiae, inter Annam magnae Britanniae reginam et Philippum ducem Andegauenſem tanquam regem Hiſpaniarum initus; quo adhibitis inſertisque renunciationum inſtrumentis, Philippi nempe ab vna, et ducum Bituricenſis et Aurelianenſis ab altera parte, praecauetur, ne vllo tempore regna Francorum et Hiſpanorum vniantur vel ab vno capite regantur, cetera. x*) Adſcribamus modo verba prima: „ I. Pax ſit chriſtiana, vniuerſalis, et perpetua, veraque amicitia inter sereniſſimam ac potentiſſimam princi- „ pem, Annam Magnae Britanniae Reginam, et sereniſſimum „ ac potentiſſimum principem Philippum quintum Hiſpania- „ rum Regem Catholicum, eorumque heredes et ſucceſſores, „ nec non vtriusque partis regna, ſtatus, ditiones, et pro- „ uincias vbicunque ſitas, eorumque ſubditos, *cetera.* II. „ Quan-

x) DV MONT c. l. pag. 394. ſeq.

„ Quandoquidem vero bellum, cui finis pace hac feliciter a „ deo impositus est, ab initio susceptum, et tot per annos, „ vi summa, immensis sumptibus, et occisione prope infi„ nita gestum fuerit, propter ingens periculum, quod liber„ tati, salutique totius Europae, ex nimis arcta regnorum „ Hispaniae, Galliaeque coniunctione, impenderet; Cum„ que ad euellendam ex animis hominum sollicitudinem om„ nem, suspicionemque, de istiusmodi coniunctione, et ad „ firmandam stabiliendamque pacem ac tranquillitatem chri„ stiani orbis, iusto potentiae aequilibrio (quod optimum et „ maxime solidum mutuae amicitiae et duraturae vndiqua„ que concordiae fundamentum est) tam rex catholicus quam „ rex christianissimus, satis iustis cautelis prouisum esse volu„ erint, ne regna Hispaniae et Galliae vnquam sub eodem „ imperio veniant, et vniantur, nec unquam vnus et idem „ vtriusque regni rex fiat; atque eum in finem maiestas sua „ catholica, pro se, heredibus et successoribus suis, iuri, titulo, „ praetensionique omnimodae ad coronam Galliae solemnis„ sime renunciauerit. *cetera.*

Spectat huc porro *tractatus pacis et foederis inter Philippum ducem Andeiauensem vel Hispaniae regem, et Victorem Amadeum Sabaudiae ducem confectus die VIII. Nouembr. Ann. MDCCXIII.* Qui in Gallorum et Hispanorum idiomate legitur in *Actes et Memoires de la Paix d' Utrecht* Tom. VI. pag. 724. Num. III. haec proferuntur: *Por las mismas razones, y por los mismos motivos del bien publico de la Paz, del reposo, y del équilibrio de la Europa y de la tranquilidad del Reyno Espanna an particular, que S. Mag. Cat. ha hecho por si, y por todos sus descendientes par a siemper la renonciacion de la Corona de Francia, en cinco de Nov. de 1712. vel reconocimiento y declaracion*

cion que S. Mag. Cat. ha hecho por el mismo Acto, passado por Ley en 8. de Marco proximo passado, que en defecto de sus Descendientes asegura la succession de la Corona de Espanna, y delas Indias, à S. A. R. de Saboya, y a sus Descendientes Varones, nacidos de constante, y legitimo matrimonio, y subcessiramente à los Varones de la casa de Saboya, y à sus Descendientes Varones, nacidos de constante, y legitimo matrimonio, exclayendo qualquier a otra casa, por las mismas razones, y motiuos, que seban de tener aqui expressados; sehà convenido, y estipulado expressamente por el presente, que el dicho Acto de 5. de Noviembre, deve hazer, vser tenido per una partida Exempcial de esto Tratado, como tambien el Acto de 9. del dicho mez de Noviembre, hecho per las Cortes de Espanna, que han passado, aprovado, y confirmado el dicho Acto de S. Mag. Cat. cetera.

Conferatur etiam *Concordatum et foedus*, (quadruplex foedus vulgo dictum) *inter Carolum VI. Romanorum Imperatorem et Ludouicum XV. Regem Galliae, atque Georgium Regem Magnae Britanniae, etc. pro pacificatione rerum Europaearum, iam a pluribus annis occasione successionis Hispanicae turbatarum. Actum Londini die XXII. Iulii II. Augusti MDCCXVIII. y)* Cuius articulus I. haec continet: „ Ad „ reparanda ea quae contra pacem Badensem die VII. Septem- „ bris MDCCXIV. conclusam, prout et contra neutralitatem, „ per tractatum die decima quarta Martii MDCCXIII. pro „ Italia stabilitum, nouissime turbata fuerunt, sereniss. et po- „ tentiss. Hispaniarum rex obligat se ad restituendam suae „ maiest. Caesareae, prout et idem, mox, vel ad summum „ duos post menses, a commutatione ratificationum praesen- „ tis

y) DV MONT c. I. pag. 531. seq.

„ tis tractatus, actu reſtituet inſulam et regnum Sardiniae, in
„ eo ſtatu quo erat tunc, cum illud occupauit, renunciabit-
„ que ſuae maieſtati Caeſareae omnia iura, praetenſiones,
„ rationes, et actiones in dictum regnum, ita, vt ſua maie-
„ ſtas Caeſarea de illo, ceu de re ſua, plene libereque atque
„ ad eum modum, iuxta quem amore boni publici facere
„ ſtatuit, diſponere poſſit. II. Quandoquidem vnica quae
„ excogitari potuit, ratio ad conſtituendum duraturum in
„ Europa aequilibrium ea viſa fuerit, vt pro regula ſtatua-
„ tur, ne regna Galliae et Hiſpaniae vllo vnquam tempore,
„ in vnam eandemque perſonam, nec in vnam eamdem-
„ que lineam, coaleſcere, vnirique poſſent, iſtaeque duae
„ monarchiae, perpetuis retro temporibus ſeparatae rema-
„ nerent, atque ad obfirmandam hanc regulam tranquilli-
„ tati publicae adeo neceſſariam, ii principes quibus natiui-
„ tatis praerogatiua ius in vtroque regno ſuccedendi tribu-
„ ere poterat, vni e duobus pro ſe, totaque ſua poſteritate
„ ſolemniter renunciauerint, adeo vt iſta vtriusque monar-
„ chiae ſeparatio in legem fundamentalem abierit, in comi-
„ tiis generalibus, vulgo LAS CORTES, Madriti die IX.
„ menſi Nouembris MDCCXII. receptam, et per tractatus
„ Traiectenſes die XI. Aprilis MDCCXIII. conſolidatam; ſua
„ maieſtas caeſarea legi adeo neceſſariae et ſalutari vltimum
„ complementum datura, atque omnem ſiniſtrae ſuſpicionis
„ anſam tollere, tranquillitatique publicae conſulere volens,
„ acceptat, et conſentit in ea, quae in tractatu Traiectenſi ſu-
„ per iure et ordine ſucceſſionis in regna Franciae et Hiſpa-
„ niae acta, ſancita et tranſacta fuerunt, renunciatque tam
„ pro ſe, quam pro ſuis heredibus, deſcendentibus et ſuc-
„ ceſſoribus maribus, foeminis, omnibus iuribus, omnibus-

„ que

„ que in vniuerſum praetenſionibus quibuscunque, nulla pe-
„ nitus excepta, in quaecunque regna, ditiones et prouinci-
„ as monarchiae Hiſpanicae, quarum rex catholicus, per tra-
„ ctatus Traiectenſes agnitus fuit legitimus poſſeſſor, ſolem-
„ nesque deſuper renunciationis actus, in omni meliore for-
„ ma expediri, eosque publicari, et in acta loco congruo re-
„ ferri curabit, ac ſuper his inſtrumenta ſolita ſuae maieſtati
„ catholicae, partibusque compaciſcentibus, exhibituram ſe
„ promittit. III. In vim dictae renunciationis, quam ſua
„ maieſtas caeſarea amore vniuerſae Europae ſecuritatis, ha-
„ bita quoque ea ratione, fecit, quod dominus dux Aureli-
„ anenſis, iuribus et rationibus ſuis in regnum Hiſpaniae,
„ pro ſe et pro ſuis deſcendentibus, ſub ea conditione renun-
„ ciauerit, ne imperator aut vllus eiusdem deſcendentium in
„ dicto regno ſuccedere vnquam poſſet; ſua maieſtas caeſa-
„ rea agnoſcit regem Philippum V. legitimum Hiſpaniarum
„ et Indiarum regem, eidemque tribuere promittit titulos et
„ praerogatiuas dignitati ſuae, regnisque ſuis debitas; ſinet
„ praeterea eundem, eiusque deſcendentes heredes, et ſuc-
„ ceſſores, maſculos et foeminas, pacifice frui cunctis iis di-
„ tionibus monarchiae Hiſpanicae in Europa, in Indiis, et
„ alibi, quarum poſſeſſio ipſi per tractatus Traiectenſes aſſer-
„ ta fuit, neque eum in dicta poſſeſſione directe vel indire-
„ cte turbabit vnquam, aut vllum ius in dicta regna et pro-
„ uincias ſibi ſumet. „ *cetera.*

Iungatur iis *Pax inter Carolum VI. ab vna, et Philippum V. ex altera parte; quo tractatu Londinenſi Anni MDCCXVIII. pro baſi et fundamento huius ſtatuto, regna Hiſpanica et Indiarum regi Philippo, Neapolis vero, Sicilia et omnes ceterae ditiones et prouinciae, quae vel quas Caeſar ex monarchia Hiſpanica* *in*

in Italia et in Belgio actu possidet, suae sacrae caesareae maiestati ceduntur, cetera; cuius articulo III. verba inserta sunt: *Quandoquidem vnica, quae excogitari potuit, ratio ad constituendum duraturum in Europa aequilibrium ea visa fuerit, vt pro regula statuatur, ne regna Galliae et Hispaniae, vllo vnquam tempore in vnam eandemque personam, nec in vnam eandemque lineam coalescere, vnirique possent.* cetera. z)

Denique addere liceat *Acte d'accession de L. H. P. au traité d'Hanovre*, nam in Declaratione articuli separati et secreti Hagae comitum composita die IX. Aug. 1726. haec leguntur: *Comme dans le quatrieme article du traité signé à Hanovre le 3. Sept. 1725. entre leur majestés, le Roi très chrétien, le Roi de la Grande Bretagne, et le Roi de Prusse, il est parlé entre autres cas y mentionées de l'examen de ce, qui seroit propre à maintenir l'equilibre de l'Europe, qu'il est si necessaire de conserver pour le bien de la paix en general. Les Deputés des Etats Generaux des Provinces Unies du consentement des Ministres des trois Puissances contractantes ont reservé, que leurs Majestés venants à juger necessaire de concerter ensemble, et avertir les dits Seigneurs Etats Generaux des points, qui auroient pour objet le maintien d'un Equilibre dans l'Europe. Les Seigneurs Etats Generaux conserveront sur tout ce qui leur seroit proposé de concerter à cet egard, la même liberté, qu'ils ont eûe avant leur accession au dit traité, sans que par leur accession ils fussent tenu de prendre part aux mesures, dont ils ne demeureront pas d'accord.* cetera. *a*)

Non dicam de foederibus, quorum finis cum illis conuenit, quo spectat *Traité d'Alliance et de Garantie, appellé* com-

z) DV MONT Tom. VIII. P. II. pag. 106. seq.

a) *Corpus iuris gentium academicum* Tom. II. pag. 2031. seq.

communement le TRAITE' DE BARRIERE, *fait et conclu entre Anne Reine de la Grande Bretagne et les Seigneurs Etats Generaux des Provinces Unies des Païs-Bas, pour le maintien de la Succession à la Couronne de la Grande Bretagne dans la Ligne Protestante, selon qu'elle est établie par les Loix, et asseurer à L. H. P. une Barriere suffisante aux Païs-Bas, contre la France, et autres, qui les voudroient surprendre et ataquer. A la Haye le 29. d' Octobre 1709. b)*. neque minus *Foedus inter Annam Magnae Britanniae Reginam, et Ordines Vnitarum Belgii Prouinciarum Generales, pro mutua Guarantia, successionis nimirum ad thronum Britannicum, in stirpe Protestantium, et Obicis vulgo* BARRIERE *dictis Ordinibus debitae, atque aduersus Galliam perquam necessariae;* quem in finem, priori foedere, quod die XXIX. Octobris MDCCIX. factum fuit, prorsus rescisso et abrogato, ad nouas conuentiones, stipulationes coronae Britannicae magis acceptas, deueniunt, seseque inuicem obstringunt; Vltraiecti die XXIX. Ian. an. MDCCXIII. *c*) Porro *Traité entre Charles VI. Empereur des Romains et Roi Catholique des Espagnes d' une part, George Roi de la Grande-Bretagne, et les Seigneurs Etats Generaux des Provinces Unies des Païs-Bas, d' autre part, pour la Restitution, à sa Majesté Imperiale et Catholique, de tout le Païs-Bas Espagnol, sous la reserve d' une forte et solide* BARRIERE *aux mêmes Païs-Bas en faveur de Leurs Hautes Puissances; comme aussi du payement annuel de diverses grosses Sommes, tant pour l' entretien de la dite Barriere, que pour le rembourfement de celles qui leur étoient deues auparavant. Fait à Anvers le 15. Novembre 1715. d)* et *Convention*

 entre

b) *Actes Memoires et autres pieces authentiques concernant la Paix d' Utrecht*, Tom. I. pag. 54. seq. edit. Traiecti ad Rhenum 1714.

c) *Actes et Memoires de la Paix d' Utrecht.* Tom. II. pag. 260.

d) *Corps Diplomatique du Droit des Gens* Tom. VIII. Part. I. pag. 458.

entre Charles VI. Empereur des Romains et Roi Catholique des Espagnes, et George Roi de la Grande Bretagne et les Seigneurs Etats Generaux des Provinces Unies, touchant l'execution de quelques Articles et Points du Traité de Barriere du 15. Novembre 1715. Signée à la Haye le 22. Decembre 1718. e) Sed mitto reliqua, et animaduerto tantum, fanctionem pragmaticam Caroli VI. aequilibrii cauffa praecipue fuiffe firmatam a multis principibus; *f)* qua propter fcriptor quidam anonymus haec tradit: *L'Empereur Charle VI. ayant projetté d'établir en faveur de sa Fille Ainée l'indivisibilté de ses Etats, a fait utilement valoir le sisteme de l'équilibre, il a insinué dans les Cours, que toute l'Europe avoit interêt d'empêcher l'affoiblissement de la Maison d'Autriche, parcequ'au cas que la France vint à entreprendre quelques nouveaux projets, d'aggrandissement, Elle (Maison d'Au-*

e) *Corps Diplomatique* Tom. VIII. Part I. pag. 521.

f) Conf. *Hinlaengliche Ausführung, dass die von Ihro Roem. Kayserl. Maj. bey dero Ertz-Hause fest gestellte Erb-Folgs-Ordnung vnd dessfalls übernommene Garantie, weder dem Wohlseyn des ganzen Europae, noch der Verfassung Teutschlandes zu wider sey,* cetera, *gedruckt zu Wolffenbüttel.* Add. *Remarques sur l'ordre de la Succession etablie dans les Pays hereditaires de la Maison d'* Autriche, *autrement nommée la Pragmatique sanction;* et *gründlicher Beweiss, dass durch Garantirung der Allerdurchlauchtigsten Oesterreichischen Erb-Folge die allgemeine Wohlfahrt des heiligen Roemischen Reichs vortrefflich befestiget werde;* nec non *Pragmatisches Archiv, oder Historische Nachricht von der Pragmatischen Sanction Caroli VI.* edit. 1741. Sed vid. etiam *die gegen die Pragmatische Sanction des hochseligen Kaysers Caroli VI. vertheidigten Gerechtsame eines dritten, oder neueroeffnetes Pragmatisches Archiv,* typis exfcript. Francofurti 1742. et qui refellit generis huius rationes, illuftris ICtus IO. WILHELMVS DE GOEBEL in differtatione academica de *obferuantia gentium et imperii*, in cuius Cap. III. *perpetua fuccedendi in terris imperatoriae maieftati hereditario iure parentibus, ad modum in fanctione pragmatica praefcriptum, obferuantiam fiftit*, pag. 76. feq. edit. Helmftadii 1733.

d'Autriche) étoit la ſeule, qui put en contrebalancer les forces: Ces inſinuations ont trouvé accés. g)

§. XIV.

Adhuc explanata curatius penſitantes, facere non poſſumus, quin pronunciemus, bilancem, quam omnes gentes oportet ſequi, in Europa eſſe belli et pacis praecipuam normam; quum Europaei, non obligatione tantum vniuerſali, quam ſupra expediuimus, adſtringantur trutina, ſed et multae inter eos gentes, vinculis nouis, nimirum pactionibus, publicae ſalutis obtinendae ſeruandaeque cauſſa confectis, deuinciantur. Praeter multa adlata a nobis ſeculi huius teſtimonia, id luculenter probarunt Britanni, Sueci et Bataui, in foedere tergemino, ſuperiore ſeculo, Belgii Hiſpanici ſeruandi cauſſa facto. Eundem finem, aequilibrium nempe rerum publicarum, anno MDCXLVII. perplures Germaniae principes ſtabiliendum eſſe, exiſtimarunt, vti acta pacis Weſtphalicae declarant. Eo porro collineauere foedera, inter Imperatorem Romanorum et Sueciae Regem, nec non inter Suecos et Batauos anno ſuperioris aeui LXXXII. ſancita. *b*) Neque minus patet, vnionem Auguſtae Vindelicorum anno MDCLXXXVI. inter Caeſarem, Regem Hiſpaniae, Regem Sueciae multosque Imperii Romano-Germanici Status, initam, Gallis, hoc eſt aequilibrii turbatoribus, eſſe oppoſitam; *i*) quem-

g) Libellus, in cuius pag. 8. verba Gallica adlata leguntur, fine die et conſule editus, inſcriptusque eſt: *Reflexions touchant l'Equilibre de l'Europe.*

b) Haec leges in LVNIGII C. G. D. T. I. pag. 758.

i) Vid. *die Augſpurgiſche Allianz, ſo zwiſchen der Roemiſch Kayſerlichen Maieſtaet; der Cron Spanien wegen Burgund; der Cron Schweden wegen dero im Heiligen Roemiſchen Reich gelegenen Landen; Chur-Bayern, denen Bayriſch-Fraenckiſch-Schwaebiſchen Cray-*

quemadmodum anno MDCLXXXIX. Imperator Romanus et Bataui composuerunt huius generis pactionem, *k*) postea a Carolo II. Hispaniarum Rege, *l*) et a Wilhelmo III. Angliae Rege, firmatam. *m*) Facili igitur negotio a nobis, digitum ad fontes illos intendentibus, potest commonstrari, incurrere in iniustitiam Europaeos prae ceteris, si moliuntur eius conuentionibus repugnantia negotia; id quod mihi propositum est fusius ostendere sequentibus.

§. XV.

Liberarum gentium negotia, quae volui agique videmus, vel naturam ipsam sequuntur, vel hominum normas, in arbitrio et libera voluntate positas vnice. Ad naturae decreta viuunt, si nexum mediorum et finium, cuius circumflexu cuncta teguntur, ope rationis rite introspiciunt. Hae autem, nimirum arbitrariae regulae, pendent ex variis conditionibus circumstantibus aut consequentibus, quibus impelluntur atque incenduntur diuersimode, ad naturae leges in adplicatione huius illiusque officii determinandas, et mortales adstringendos, vt his cumulate faciant satis. Quamuis igitur

Crayßen, dem Hochfürstlichen Hauße Sachßen, vnd denen dißeits Ober-Rheins gelegenen Fürsten vnd Staenden zu Handhabung des Armistitii Germano Gallici, dann zu Erhaltung Ruhe vnd Frieden-Standes im Heiligen Roemischen Reich, wie auch zur mutuellen Defension wider alle feindliche Beeintraechtigungen auf drey Iahr aufgerichtet worden. Legitur hoc instrumentum publicum, apud LONDORPIVM *Act. publ.* Tom. XII. pag. 522.

k) Foedus hoc defensiuum et offensiuum (magnum foedus postea dictum) exhibet LVNIG *Part. Spec. Contin. I.* pag. 804.

l) Vid. PVFENDORFFIVS *Rer. Brandenburg.* Lib. XIX. §.25. seq. et LVNIGIVS *Part. Spec. Cont. I.* pag. 507.

m) *Accessio Guilielmi III. ad foedus magnum* edita est a DV MONT in *Corps Diplom.* Tom. VII. Part. II. pag. 241.

igitur instituta haec deus in mores nostros non induxerit; attamen cum voluntate diuina conspirant, si commoditas, prosperitasque vitae, id ita ferunt. Consequens etiam est, vt homines, nullo incitante, per prima inuitamenta naturae agantur ad pactiones, ex quibus magnum fructum capiunt. Quum igitur trutina, seu bilanx gentium, sit institutum humanum eiusdemmodi, idque aequalitatem naturalem corroboret, n) vti id fuit antea nobis excutiendum; cuilibet etiam argumento iudicioque patefactum est, sapienti et alta mente praeditum principem, merito et magni eam facere, et se, suasque actiones, praecipue ad illam adcommodare. Ex necessaria porro conficitur consequutione, illas gentes lineas transilire, quae trutinam istam communem e medio tollere, vel vtilitatum propriarum caussa, dubiam et ancipitem reddere, vel reliquos opprimere populos, satagunt; vel potentem populum, sub specie aequilibrii, ita debilitant, vt aliis prorsus resistere, vel se salutemque necessariam sustinere, nequeat. o) Licet enim immediate deus stateram, de qua quae-

n) SOLONIS illud: *aequalitas nullum bellum suscitat;* bilancis egregie illustrat vtilitatem. Et auctor *du Project pour faire une paix generale*, scribit: *Plus il y aura d' Etats souverains en Europe d' une puissance á peu pres egale, et plus il y aura de Paix et tranquillité.* Vid. FABRI *Staats-Cantzley* Tom. XVIII. pag. 827.

o) Ita scimus, sub colore salutis publicae, iniusta bella saepe gesta esse; Vid. *Memoires de Messire* PHILIPPE DE COMINES *Seigneur d' Argenton*, Tom. I. Cap. II. pag. 10. edit. Bruxellis 1723. et PLVTARCHI in *Catone Maiore* de Antiocho posteris traditum dictum illud, quod in latinam translatum linguam, ita se habet: *Bello praetextum sumebat, liberare Graecos, libertatis non egentes* Alia exempla aemulationis, quae grauissima concitauit bella, enarrat IO. FRIDERICVS PFEFFINGERVS in corpore iuris publici ad ductum PHILIPPI REINHARDI VITRIARI elaborati, Tom. I. Lib. I. Tit. II. pag 202. edit. tert.

quaestio est, gentibus non adpendat, nec status ciuitatum e necessitatis absolutae fontibus defluat; attamen non negandum est, deum adprobare vtrumque institutum, tanquam remedium, in quo, si id rite adplicatur, salus gentium externa posita, tuta, inexpugnabilis, septa atque munita est.

§. XVI.

Qui vult finem, debet velle media; ergo principes, qui salutis publicae rationem habent, trutinae libranda imponere negotia tenentur, quae tempus subministrat, et ad eam opera distribuere. (§. XV.) Qui igitur illam tollunt, inter hostes, et violatores iurium perfectorum, numerandi sunt, vel emolumenti iacturam faciunt in iis, quae ad gentes, aequilibrium tanquam normam sequentes, redundant. Quum vero modica ne praetor quidem curet, omnibus est apertum, nimiam potentiam gentis cuiusdam, non facile oriri ex propriis fructibus, et reditibus, semel ei adsignatis; sed progigni ex aliis accessoriis, vel iis speciatim, quae ex coniunctione noua prouinciarum magnarum, siue bello, siue hereditatibus, siue conuentionibus, adquisitarum, fluunt. Ergo bellum eam ob caussam non statim iustum exardet, si ciuitas incrementa capit naturalia; Ergo nec his emolumentis trutina conuelli ex suis sedibus dicitur. Hinc plerumque animum aduertimus ad regiones nouas occupatas, si de aequilibrio quaestio est, vel caussa belli istinc emanat legitima. Verum nec ob cumulatas, vel adauctas prouincias, proeliis certandum semper est, quoniam illae interdum aequilibrium haud turbant. Si enim ob quaelibet, vel ob leuissima momenta mutata, bilancem dubiam prorsus, vel sublatam, putas, eamque ob rationem ad bellum descendere cupis, semper

sine

ſane eſſe deberent gentes in armis. Attamen non negamus, ſolis foederibus etiam, interdum rumpi gentium aequilibrium, ſi nempe quidam principes, illis iuncti, tantis viribus pollent, vt aequalitas reliquorum populorum moralis tollatur penitus. Id ipſum probe perſpexit Haſſiae Landgrauius, PHILIPPVS MAGNANIMVS, quum Suecorum foedus, aduerſus ſe compoſitum, praeuenire ſtuderet, iſtamque ob cauſſam euulgaret epiſtolam, in qua haec leguntur: *p*) *Wie wir denn mit vnſeren in der Gefahr ſitzen, wenn vnſere Widerwaertige ihren Vortheil erſehen, daſſ ſie bemeldten vnſern Oheim, den Chur-Fürſten von Sachſen, vnd vns, mit der ſtaerckſten vnd gröſten Macht überziehen, alſo des Backenſchlags, Verjagung von Land vnd Leuten, taeglich gewarten müſſen: So achten wir, ein jeder Frommer, ſo Verſtand hat, vnd vnpartheyiſchen redlichen Gemüths iſt, werde in Betrachtung des, daſſ in natürlichen vnd geſchriebenen Rechten, auch darum in dem Kayſerlichen Land-Frieden, die Noth vnd Gegenwehr nicht benommen iſt, leichtlich ermeſſen, vnd nicht vnbilligen können, gegen ein ſolchen geſchwind Bündniſſ vnd Fürnehmen, vnſere Noth vnd Gegenwehr in der Zeit alſo fürzunehmen, daſſ wir den vnchriſtlichen vnd vnrechten Gewalt, der von vnerhörter Sache begegnen ſoll, aufhalten, vnd die Vnſern bey Gleich vnd Recht beſchirmen mögen*, cetera.

§. XVII.

Quum iuris gentium, ſiue naturalis, ſiue poſitiui, violatores, bello perſequi fas habeamus; (v. principia iuris naturae) eos, qui trutinam rerum publicarum infringunt, armis laceſſiri, licet: (§. XVI.)

p) Apud STRAVCHIVM in *Controu. Illuſtr. Diſſert.* IX. ſub finem.

§. XVIII.

Videamus vero, an bilanx iſta communis cauſſas offenſarum adferat, quoniam manus ligat principum, et horum libidines aliqua ex parte reſecat, et frenat, frangitque libertatem gentium? Salua res eſt; de libertate deminutio facta, quanquam in ſe imperfectionem importet, cadit ad perfectionem partibus ſuis expletam omnibus. Si nauis conuulſa haurit mare, ne fluctibus operiatur, iacturam libenter facimus; atque ita in aliis rebus leue incommodum partes veri boni obtinet, ſi vtilitatibus conſequendis inſeruit ampliſſimis. *q*) Sane conuentiones omnes aliquid, de poteſtate viuendi vt velis, detrahunt; ſed quis inde ita colliget: Ergo pactiones cunctae imponunt frenos noſtrae felicitati. Inde efficitur, trutinae vſum legitimum, vtilitatis tantum continere, quantum, haud ſcio, an vlla res praeterea; licet mediocritatem quandam deſideret, et conatus tam ſuperbiae, quam aliarum cupiditatum, aliquantulum reprimat. *r*) Reſpicientibus nobis populos, qui, trutina fracta, ad ſummum adſpirare auſi ſunt faſtigium, ſic id videmus, quaſi ea, quae oculis cernuntur; tantam enim audaciam, et poteſtatem, cito eſſe contuſam, compreſſam, deiectamque, conſtat. Neque minus patet, diſcordes nautas, turbinibus procellarum agitatos, naufragium facere omnes; atque gentes, quae auium ſimiles ſunt, nidos in campanis conſtruentium, dum ſonitu harum non

q) QVINCTILIANVS *Inſt. Orat.* Lib. VII Cap. IV. pag. 626. edit. a BVRMANNO, *in comparatione*, inquit, *malorum, boni locum obtinet leuius.*

r) Huc facere videntur CICERONIS Verba illa: *Sed quia ſic ab hominibus doctis accepimus, non ſolum ex malis eligere minima oportere, ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſſet boni;* cetera. De Officiis Lib. III. Cap. I. fol. 53. edit. Argentorat. 1573.

non afficiuntur, seu gentes, non ad vsus suos aequilibrium conuertentes, in praecipiti esse, hoc est, sub iugum mitti aliarum.

§. XIX.

Societatis, inter gentes fouendae, regulae, idem corroborant, quod proposuimus, argumentum; etenim esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem, auxilii praesidio populum inopem, vel reliquorum omnium societate nudum, haud posse felicitatem magnam obtinere; quoniam vires coniunctae, longe maiora adferunt commoda, quam diuulsae ac distractae. s) Igitur inter gentes sunt ineunda foedera, vt sartum et tectum, vt aiunt, et ab omni detrimento ac molestia integrum seruetur aequilibrium commune; ne praepotens aliqua gens deuoret reliquas, vel, ne adflictae ciuitates statim in seruitutem abstrahantur. Hinc in Imperio Romano-Germanico, penes Statum quemlibet, non ius solum est, armis persequendi laesionem illatam, verum reliqui etiam Status Imperii, tanquam socii, ad auxilium ferendum, adstringuntur, vt lacessito fiat satis. Conf. *Rec. Imp.* anno MDLV. promulgatus, §. *Nachdem aber*; t) et *Instr. Pacis. Caes. Suecic.* Art.

s) Firmis id contra Machiavellum demonstratur argumentis, in auro contra cariori libro, qui inscriptus est; *Anti-Machiavel*, vel *Essai de Critique sur le Prince de Machiavel*, Cap. X.

t) Verba adscribere ipsa liceat: *Dass ein jeder Chur-Fürst, Fürst und Stand, in guter Bereitschaft sitze, auch in seinen Fürstenthümern, Landen, Herrschaften, Obrigkeiten und Gebieten, solche embsige Vorsehung thue, dass er und die seinen dannoch dermassen gefast, damit sie sich vnuersehens Vberfalls selbst etwas zu entschütten, vnd sich ein ieder dermassen mit den Seinen auzustellen, vnd in die Sache zu richten, auf dass er vnd die seinen in solchen Nothfaellen zusammenlauffen, vnd Versammlungen eines ieden Kriegs-Volcks, seinen Benachbarten*

Art. XVII. §. 6. *Instr. Pacis Caes. Gall.* §. 116. et §. 117. *Friedens-Executions-Haupt-Recess.* §. 3. Ea propter Austriae archiduces, et Gallorum reges, sibi inuicem, inde a duobus seculis, et quod excurrit, repugnarunt, ac bilancem Europae inprimis confecerunt, reliquis Europaeorum gentibus, fere omnibus, modo Austriacorum, modo Gallorum partibus, ita adiunctis, ne hi, vel illi, accederent ad infinitam, seu periculosam aliis, potestatem. (§. IV.) *u*) Itaque ex institutis Austriae et Galliae principum, pendent non omnes, sed tamen bene multae conuentiones, et normae Europaeorum, communis vtilitatis caussa trutinam illam adplicantium. Quum enim immoderata vnius principis potentia, aliis paene exitiabilem facile queat cladem inferre, et ipsi praepotenti principi illi exiguos saepe fructus paret, *neque sit*, Senecae verba adhibere liceat) *quod credas, quemque fieri aliena infelicitate felicem;* consequens est, vt, vel has ob caussas, Europaei praecipue aequipondium illud ciuitatum sibi habeant commendatum. Fingamus enim, principem quendam permultis, vel omnibus gentibus, iugum imponere, inde tamen non sequitur, vt eadem seruari queant in obsequio opera, qua sunt superatae, nationes. Vt imprudens architectus est, qui altius domum ducit, quam faciendo est fundamentum; et funesta indulgentia gratificatur ventriculo, qui plus illi concedit, quam conco-

barten foerderliche vnd fürtraegliche Rettung leisten, vnd thun, vnd wider von andern troestlichen Beystand vnd Entsatzung erwarten moege; cetera.

u) Bataui, gloriam illam aequilibrii seruati, adsignarunt Anglis, in *Proposition generale du Conseil d'Etat des Provinces Vnies présentée le 13. Nouembr. 1711. dans les Actes et Memoires touchant la Paix d'Vtrecht* pag. 139. En verba! *Depuis plus de 220. ans, a-t-il toûjours taché de tenir dans l'équilibre la plus part des Princes et Maisons puissantes de l'Europe.* Vid. etiam *Conference sur le lettre de* FILTZ MORITZ pag. 43. et 46.

concoquere possit; ita vastum nimis regnum, ipsa amplitudine labascit, et suopte impetu diffluit. *x*) Non minor enim est virtus, quam quaerere, parta tueri; et teste FLORO *Rerum Romanarum* Lib. IV. cap. 12. n. 29. pag. 250. edit. Roterodami 1680. *difficilius est prouincias obtinere, quam facere.* Si igitur per multas, diuersasque nationes, a se inuicem legibus, moribus et institutis, abhorrentes, contemplamur, vnius principis ferentes dominationem, hae animum non agunt nostrum in admirationem, si compages imperii laxant, conuulsis repagulis effractisque valuis demoliuntur illud, et obedientiam abiieiunt. Comparanda nobis videntur cum fluminibus magnis regna ista, quae facile aggeres ripasque frangunt, et in bene multos diducuntur riuulos, quibus nulla vis, nulla inest dignitas. *y*) Itaque in ipsa trutina Europae, momenta sunt maxima, ad munienda stabiliendaque regna, iustis ponderibus istis examinata.

§. XX.

Maximas gentium vtilitates in aequilibrio esse positas, dilucide variis probauimus rationibus; quum autem nobis salutaria, conueniant cum ipsa iustitia, et id, quod iustum est, verum bonum efficiat, quemadmodum hoc ita perspicuum est, vt oculis iudicari possit, sequitur, vt aequipondium istud gentium, seu trutina adpensa, exsistat ex ipso fonte iustitiae, nec adnumeranda sit inanibus speciebus, anxio animo figuratis, vel eiusmodi actionibus, quas mere arbitrarias dicere solemus. Ne autem partium studio abrepti videamur defen-

x) Quid ratio praescribat recta, hac de re proponitur a GVICCIARDINO *Historiae Italicae* Lib. XVI. pag. 599.

y) Illustris HENRICI DE COCCEII *Autonomia iuris gentium*, Cap. VI. pag. 93. edit. Francofurti ad Viadrum 1720. vtramque hic facit paginam.

defenſores trutinae, euellere iniectos ſcrupulos, et dubitationes, liceat, in quibus ſpem collocarunt principes, qui nimiam, ſeu aliis nocentem potentiam, vel monarchiam vniuerſalem, tanquam ambitores, appetierunt.

§. XXI.

Non perplexe, ſed palam, principes quidam, ſpeciem ſalutis communis prae ſe ferentes, pronunciarunt, ſe eam ob cauſſam, inſignem et ſummam vehementer exſpectare et deſiderare poteſtatem, vt dei cultus, religionisque verae vnio, maior atque melior, exiſtat, quam in imperio quodam arctis limitibus circumſcripto. z) Hanc fidei coniunctionem conſenſionemque armis praecipue eſſe propugnandam, obtinendamue, omni adfirmarunt adſeueratione, quemadmodum poteſtatem ſuam generatim adpellant brachium ſeculare, Romanae eccleſiae addicti principes, quo ſummo cum ſtudio praeſto eſſe clericis ſolent. Adſerunt igitur, vnionem religionis et fidei haud florere poſſe ſine monarchia vniuerſali, immenſum cupientes imperium, et faſtum tamen, quo caecati inflammatique ſunt, excuſantes principes. Sed quamuis ſaluti rei publicae, morum integritas ac ſanctimonia ciuium miri-

z) DE HENRICO M. Gallorum Rege, vid. *Memoires du Duc de* SVLLY Tom. II. pag. 413. ſeq. et Tom. VI. pag. 280. Quam etiam ob rationem, Pontifices Romani ſemper ad monarchiam vniuerſalem adſpirare, ſtuduerunt, cuius commoda, non ſine fuco, adumbrata videmus in *taxa principum chriſtianorum, belli contra Turcos gerendi cauſſa, a Papa Sixto IV. confirmata*, apud G. G. LEIBNITZIVM *Codicis iuris gentium Diplomatici* pag. 443. ſeq. n. CXCIV. Pari modo Pontifex Paulus IV. haec pronunciauit: *Qu'il ne vouloit point de Princes pour ſes Compagnons, mais bien pour ſes Sujets, et qu'il les tiendroit tous deſſous ſes pieds.* Quae verba leguntur in *Hiſtoire du Gouvernement de Veniſe par le Sieur* AMELOT DE LA HOVSSAIE pag. 325. edit. Pariſiis 1677.

mirifice inseruiat, *a*) si perfundantur religione vera ciuium animi, et nemo non inde colligat, curam ecclesiae ab iis esse suscipiendam, qui summae rerum praesunt; principes tamen non plane absolutam tenent hac in re potestatem, sed secundum ius diuinum, et pactiones eorum, qui rem publicam repraesentant, adcommodandam. Igitur ius ciuitatis supremum, principi traditum, haud extendendum est ad res, quas subiecti vel ei non largiti sunt, vel concedere nec voluerunt, nec potuerunt. Ergo princeps, siue particularem, siue vniuersalem teneat monarchiam, ius non habet in conscientiam subiectorum, quia hanc sanae mentis homo alterius fidei atque auctoritati committere non potest. (vid. princip. Ethic.) Ergo princeps neque legibus praescribere valet doctrinam ecclesiae, neque cultum internum, qui omnis fere amore absoluitur, ac dei cognitionem requirit. Fingamus autem, ciues ceruicibus suis infinitam principis potestatem imposuisse, eique concessisse ius symbola fidei condendi; hac pactione tamen minime tenentur; quoniam religio per pacta conficienda haud est, si conscientiae libertas, a deo et natura relicta nobis, salua debet permanere. Ergo coactione externa, religionem, quam veram esse credit, princeps propagare nequit; quamuis externum ecclesiae statum determinare possit, ciuitatis legibus conuenienter, vi maiestatis, qua pollet, atque hinc iure circa sacra vtatur, si v. c. religionis speciem prae se ferentes, res nouas moliuntur, summa imis miscent, nefanda facinora vel perpetrant, vel ad ea suscipienda alios excitant, vel denique impiis superstitionibus imbuunt ciuium animos, atque

a) Non ea contemnenda sunt, quae hac de re ad animum reuocauit CONRINGIVS de *maiest. ciuil. auctor. officio circa sacra* th. 91. seq. edit. Helmstadii 1678.

atque ita rei publicae interitum parant. In eiusmodi ſane caſibus, redarguere, et poenis coercere poteſt princeps addictos eccleſiae, quoniam cuſtodia legum, quae ad ſalutem externam perducunt, ei mandata fuit. *b*) Inde igitur quilibet perſpicit, monarchiam vniuerſalem, metam illam, nimirum vnitatem religionis, attingere nequire, nec debere, quum externa vis, vt vnum atque idem ſentiant mortales, ratione religionis, nunquam efficiat. Praeterea exemplum extat nullum, quo commonſtrari poſſit, aequilibrium gentium ſublatum ſacra chriſtianorum vel purgaſſe, vel eccleſiae commoda adtuliſſe. Contrarium potius habet locum, et extra rem publicam, vel in ciuitatibus minimis, florere cultum ſanctiorem, caſtioremque, numinis optimi, quam in imperio potentiſſimi principis, qui ſuperſtitione veſana imbutus, eccleſia ad nutum ſuum, vt adcommodet omnia, iubet, atque ita, re vera, religionem e medio tollit, obſeruamus. Neque minus experientia declarat, felicitatem externam maiorem in iis florere ciuitatibus, quae varias religiones admittunt, quam in imperiis, in quibus vnicum fidei ſymbolum ſubiectis praecipitur. *c*) Ergo trutina Europae, potius firmat libertatem conſcientiae, quam praecidit abiudicatque ſubiectis illam. Hinc ad religionem plures vtilitates ex inſtituto iſto gentium redundant, quam ex potentia minima principis, vel ex monarchia vniuerſali. Ergo defenſores fidei, aequilibrii gentium defenſores ſint, neceſſe eſt; quod nomen omenque, quemadmodum in Anglorum rege maiores noſtri venerabunda-

b) Conſpirant cum his, quae leguntur in *Inſtrum. Pacis Caeſar. Suec.* praeſertim artic. V. num. 12. Iungi iis poteſt Diſſert. noſtrae Praelim. Sectio I. praemiſſa Tom. I. *Element. Iur. Can. Pont. Eccleſ.*

c) Haec ſtabiliuntur in libro, titulum ferente: *Licht und Recht, vierdte Entdeckung* N. III. §. 13. pag. 72. edit. 1705.

da mente agnouerunt, *d*) ita hodienum inprimis pio id suspicimus animo.

§. XXII.

Quae modo adlata sunt §. XXI. eos egregie fallere, et falli, commonstrant, qui vniuersalem monarchiam commendant, vel trutinam reiiciendam esse, existimant, illam ob caussam, vt Turcae, vel infideles, deleantur. Nam omnis ista sententia redit ad turpem, de bello populis inferendo, doctrinam, qui diuersa a nobis sacra suscipiunt, vel tenent. Quum autem iustum bellum praesupponat laesionem, et religio aliorum, nobis vera damna non iniungat, nisi ea ipsa ius nostrum violet; consequens est, vt ob religionem lacessendus sit nemo, nec Turcae religiosi cultus caussa bellis vexandi sint; id quod supra etiam ostendimus, adserentes, neque in statu ciuili, penes aliquem ius esse, doctrinam fidei aliis praescribendi; (§. XXI.) vel externa vi hanc amplificandi. (§. cit.) *e*) Impiam igitur superstitionem spirant conclusiunculae furfuris huius,

 qui-

d) Originem tituli huius leges in *Histoire d'Angleterre d'Escosse et d'Irlande par* ANDRE DV CHESNE Part. II. Lib. XX. pag. 24. edit. Parisiis 1666. et Bullam Clementis VII. Pontificis Romani ipsam, qua Henrico VIII. titulum istum tribuit, apud THOMAM RYMERVM *Foederum, Conuentionum, literarum et cuiuscunque Actorum Publicorum inter reges Angliae et alios*, cetera, Tom. XIV. pag. 13. edit. Londini 1712.

e) Reponere mihi quidam haec videntur: Turcae in Corano prohibentur, iis fidem seruare, qui Mahomedis doctrinae non addicti sunt; Ergo Turcas semper impugnare licet. Sed quamuis RICALTIVS in libro, titulum ferente: *L'Etat présent de l'Empire Ottoman* Lib. I. Cap. XXII. pag. 239. adfirmet, istam Turcis traditam esse praeceptionem; BERBIERIVS tamen, in notis, huic libro iunctis, fuse declarauit, in Corano legem istam non reperiri; cui etiam RELANDVS in libro de *Relig. Mohammedica* Lib. II. §. XXV. adstipulatur.

quibus aequilibrium gentium mutandum esse, arbitrati sunt haud pauci, quorum vana fides dictis et factis, sacrisque ipsis, ad fallendum instructis, ad exemplum Pontificis Romani, adcreuit. Fingamus autem, gentium iure effici hanc argumentationem: Qui veram non colit religionem, ille est bello agitandus, vel ei iugum a nobis imponendum est; atqui haec vel illa gens, veram non profitetur religionem; Ergo. Sane maioris propositionis firmamentum, nec ex ratione, nec ex diuina reuelatione, desumi potest; si autem vim haberet, valeretque, quod tamen valde negamus, quis quaeso in statu naturali fidem atque auctoritatem sumtioni adferet? Quis erit arbiter? Cui erit propense credendum, non temere? Nonne Turcae, et omnes infideles, nobis occurrere eadem conclusiuncula possunt? Quaeso quid hoc est? mihi enim tenebrae sunt; mihi in incerto poni ista ratione rerum dominia videntur, et publicae tranquillitatis impedimenta multo maxima istinc emanare. *f)*

§. XXIII.

f) Armis vero defendi religionem posse contra eos, qui ferro flammaque doctrinas fidei suae propagare conantur, quis non videt? Disputat hac de re IEAN BARBEYRAC in notis ad PVFENDORFFII *ius naturae et gentium*, Lib. VIII. Cap. VI. §. 3. not. 1. pag. 455. edit. Amstelodami 1712. Verba hic auctor addit: *Bien loin qu'une simple difference de sentimens en matiére des autres dogmes de Religion, fournisse un juste sujet de poursuivre par les armes, ou d'inquieter le moins du monde ceux que l'on croit dans l'erreur; je ne doute pas, que les Princes Protestans ne pussent en bonne conscience se liguer pour détruire* l'Inquisition, *et pour obliger les Puissances, qui la souffrent dans leurs Etats, à désarmer cette grande Cabals sous laquelle le Christianisme gemit depuis si long-tems, et qui, sous un faux pretexte de Zéle, exerce la tyrannie la plus horrible, et la plus contraire à la Societé Humaine. Ceux qui aiment à aquérir de la gloire par les armes, ne sauroient trouver une occasion plus belle ni plus légitime de signaler leur*

courage,

§. XXIII.

Fallaci iſta imitatione ſimulationeque virtutis repudiata, progredimur ad aequilibrii perturbatores, qui ſummam felicitatem monarchia vniuerſali, vel regno praeponderante contineri, perdocent. Hi omnes pacem honorificentiſſime laudant. In pace conquieſcere monarchiam vniuerſalem ſemper, autumant, et in praepotenti regno quodam ſaltem diutius, quam in minimis, vel iis, quae ſecundum libramentum conſtituta ſunt, perfrui tranquillitate et otio licere. Sed tam vniuerſalem monarchiam, quam imperium praepotens illud, quod ſuperpondium tenet, in maius periculum adduci, iis ciuitatibus, quae vires modicas et aequam proportionem adſequutae ſunt, cum trutina communi conuenientem, probatu non eſt difficile. Magnae naues, et modum excedentes, vix regi poſſunt, vti bene adpoſita ſunt minoris magnitudinis nauigia, et ſine ingenti labore gubernantur. *g*) Si vero adſertione adprobamus, monarchiam vniuerſalem ab hoſtibus externis non agitari, exploratum tamen habemus, factioſos ciues graſſari, multitudinis animos inflammari, domeſticas ſeditiones, ſeu partium contentiones, et inteſtina conflari bella; ſeu ex iis fluere inſanabiliorem plerumque perniciem, quam ex bellis externorum hoſtium. *h*) Feſſam

courage, ſuppoſé qu'ils euſſent d'ailleurs aſſez de forces pour s'engager dans une telle entrepriſe, et jamais Héros n'auroit dompté des monſtres plus furieux et plus funeſtes au Genre Humain, que celui, qui viendroit à bout de purger la terre de ces ames ſcèlerates, qui abuſent ſi impudemment du beau prétexte de la Religion, pour avoir dequoi vivre dans une molle oiſiveté, et pour tenir dans leur dependance les Souverains auſſi bien que les Sujets.

g) Hic memorabilis eſt cedro digniſſimus liber, cui titulus: *Anti-Machiavel*, ſub finem Cap XXIV.

h) Conf. *Memoires ſur les dernieres Révolutions de la Pologne*, pag. 129. ſeq.

enim pugnis ciuilibus rem publicam, facile aliquis, principis nomine, sub imperium accipit; quemadmodum discordiae generis huius, multas vrbes euerterunt olim, solo aequarunt, exciderunt, adflixerunt, perdiderunt. *i*) Id loquuntur rerum scriptores ad vnum omnes. Magnae monarchiae premuntur atque vrgentur aliis etiam malis. Princeps vix satis cauere et prospicere potest, ne quid egeat, si praeest regno magnitudine amplissimo. Sibi ipsi eiusmodi imperium, citra difficultatem, interitum parat. *k*) Quanto quis plus adeptus est, tanto magis in lubrico esse censetur, *l*) ac fere expeditius manus nostrae rapiunt, quam continent; hinc cum LIVIO pronunciare haec liceat: *quod adeo excellentibus ingeniis citius defuerit ars, qua ciuem regant, quam qua hostem superent. m)* Igitur princeps, qui nimis late patentibus imperitat regionibus, opus adgreditur, (TACITI verba ad vsus nostros transferre liber,) *atrox proeliis, discors seditionibus, ipsa etiam pace saeuum, n)* et ita comparatum, vt in inuidiam adducatur, ac facile dispergatur in partes, iis longe minores, quas bilanx gentium praefinit, atque permittit. Istam ob caussam NICOLAVS VON STEIN Heluetios, fines quoad recte regundos, monuit: *Sie solten den Zaun nicht zu weit machen, damit sie dest*

i) Hanc forsan ob rationem AVGVSTINVS Lib. IV. de *Ciuitate Dei* Cap. XV. adserit, *feliciores futuras res humanas, si omnia regna parua essent, concordi vicinitate laetantia.* Operum eius Tom. V. col. 246. edit. Basileae 1542.

k) In oratione coram Carolo V. habita, apud FRANCISCVM GVICCIARDINVM *Historiae Italicae* Lib. XVI. pag. 579. secundum interpretationem CAELII SECVNDI CVRIONIS, haec leguntur: *Potentia tua Caesar ita creuit, vt omnibus sit nimis formidabilis, vbi autem te maiora moliri animaduertent, omnes necessario in te conspirabunt.*

l) TACITVS *Annalium* Lib. I. Cap. LXXII. pag. 108. Oper. Tom. I. edit. Lipsiae 1714.

m) Lib. II. Cap. XLIII. pag. 77.

n) *Histor.* Lib. I. Cap. II. pag. 4.

desto naeher vnd enger vereiniget beysammen, vnd in Friede vnd Ruhe bey ihrer sauer erarneten Freyheit bleiben möchten. Quae verba leguntur in PHILIPPI ANDREAE OLDENBVRGERI tractatu iuridico-politico de *Rebus publicis turbidis in tranquillum statum reducendis*, Memb. II. §. XLIII. pag. 191. seq. edit. Geneuae 1677. Hoc quidem permirum non accidit, quoniam indirecte cum laesione vicinorum est coniuncta nimia aliorum potestas, vti supra obseruauimus. Quae quaeso felicitas sita est in amplissimis illis ciuitatibus? in ciuitatibus nimirum, quae dissensiones commouent, et in insidias innumerabilium hostium, ob solam potestatem adquisitam, insiliunt? o) Sane, praeter honorem, qui tamen verus honor esse nequit, quum iusta belli caussa, dum monarchia adquiritur ab istiusmodi principibus, reperiatur nulla, exiguae admodum vtilitates ad eas redundant. Ne dicam de diritate et saeuitia, quam inuehere praeponderans potentia principis solet, vel qua agitatur princeps immensa ista imperandi omnibus hominibus cupiditate incensus. p) Praetermitto alia incommoda, quibus subiecti istiusmodi regum adficiuntur, si non a rege ipso, saltem a proregibus, seu administratoribus regio-

o) FRIDERICVS ALEXANDER KÜNHOLDVS in dissertatione iuris gentium de *statu naturali rerum publicarum*, habita et impressa Lipsiae 1723. pag. 28. §. XXXIII. haec profert: *Tanta mole laboraret Monarchia Vniuersalis, vt ipsa sua magnitudine corrueret, et, antequam coalesceret, dilaberetur. Succederent in locum eorum, quae gentium naturalem libertatem comitantur, malorum, grauiora etiam, seditiones, bella ciuilia, aliae calamitates.*

p) Huius generis exemplum suppeditat SENECA de *Beneficiis* Lib. I. Cap. XIII. Operum eius Tom. I. pag 610. edit. Amstelodami 1673. disserens enim de ALEXANDRO M *hic*, inquit, *a pueritia latro, gentiumque vastator, tam hostium pernicies, quam amicorum, qui summum bonum duceret, terrori esse cunctis mortalibus: oblitus non ferocissima tantum, sed ignauissima quoque animalia timeri, ob virus malum.*

regionum, quum ipse immediate omnibus moderari princeps nequeat, proreges autem, nulla ratione, sed freni impetu, maxima ex parte, regant. Ergo, vel has ob caussas, aequilibrium gentibus est commendandum omnibus.

§. XXIV.

Videamus etiam, an commercium vigeat in magnis regnis, aeque ac in ciuitatibus, quae arctioribus limitibus circumscribuntur? vt enim fert multorum opinio, trutina gentium negotiationibus et diuitiis officit. Huius autem caussae, quae contra sententiam nostram nititur, patronos, errore duci, liquet, quoniam experientia declarat, saepe paruas ciuitates, non solum copiis rei familiaris locupletes et pecuniosas esse, sed et mercaturam maxime exercere; e contrario autem in egestate versari, vel ad negotiandum se haud conferre regna iis maiora, si amplitudinem terrarum tractus, quas continent, consideramus. Batauorum fortunas, omnibus ornamentis et praesidiis redundantes, vastae Hispaniae opibus praeferendas nostra aetate esse, quis non putat? Si autem tanta negotiatorum multitudo non reperitur in exigua et minuta ciuitate, quanta in vniuersali, vel in permagno imperio, habetur; quid inde? *Nimiae opes, magnae iacturae locum faciunt*, et ciues, ingentibus diuitiis pollentes, facile principem arcessunt in summum periculum; *q*) id quod Arnitii exemplo, in quem Tiberius odium, hanc ob caussam, profudit, illustrari potest. Hinc Veneti etiam e ciuitate non raro expellunt diuitiis adfluentes homi-

q) Idem vt euincant, neruos intendunt POLYBIVS *Historiarum* Lib. II. Tom. I. pag. 132. edit. Amstelodami 1670. et Lib. VI. pag. 637. necnon SEPTAL. Lib. III. de *rat. stat.* Cap. I. add. MARTINI SCHOOCKII *de seditionibus seu discordiis domesticis* Lib. I. Cap. XIII. pag. 110. edit. Groningae 1664.

homines, de quibus AMELOT DE LA HOVSSAIE in *Histoire du Gouvernement de Venise,* edit. Parisiis 1677. pag. 56. scribit: *qui très souvent ne sont coupables que d'être riches.* Add. pag. 368. eiusdem libri. Non dicam de Medicaeorum gente, quae, comparatis a Cosmo amplissimis possessionibus, tandem summam rerum tenuit, seu maiestatem. Rem publicam igitur sola mercatura beatam non efficit, *r*) quoniam parere, fundere, ex se gignere, atque alere solet quaelibet regio, quae ad necessarium victum cultumque spectant, omnia; et infinitae praerogatiuae, quibus ciuitates, trutinae gentium conuenienter congruenterque constitutae, pollent, non contemnendae sunt, ob magnum commercium praeponderantis cuiusdam imperii. Sed non opus est hac excusatione, paulo curatius enim aequilibrii naturam pensitans, nemo non videt, sine instituto hoc gentium, vel perire commercia, vel reduci haec ipsa ad monopolium gentis cuiusdam praeponderantis.

§. XXV.

Alii periniquum et non ferendum esse putant institutum, quo, legitimo modo adquisitum dominium, ob aequilibrium gentium, eripiendum esse possessori bonae fidei, pronunciatur. Prorsus a nobis amotam hanc tenent opinionem: ciui cuidam sine iniustitia auferri non posse, legitima ratione parta, bona; indeque colligunt, nullam gentem, (quia quaelibet gens

r) Id ostendit MACHIAVELLVS de *Republica* Lib. II. Cap. X. pag. 306. his verbis: *Prosunt illa quidem omnia, si cum strenuorum militum virtute coniuncta fuerunt; at seorsim vires tuas parum augent. Sine strenuorum militum virtute nil prosunt thesauri ingentes, nec situs regionis, natura loci munitus; beneuolentia subditorum non diutius durat quam illos defendere potes:* cetera.

gens cum reliquis populis societatem nexumque moralem componit, in qua nemini licet alteri aliquid extorqueri sine iusta caussa ex manibus,) deturbandam esse de fortunis, vel prouinciis, aequilibrii caussa. *s*) Sed salua res est; quum ciui etiam bene merito de re publica, omnia bona, vel pars eorum, summo iure adimi queat, si nimirum alio modo salus rei publicae, quam legem supremam dicimus, seruari haud potest. Ita LAEVINVS consul in oratione apud LIVIVM Lib. XXVI. Cap. XXXVI. hoc declarat: *Respublica incolumis, et priuatas res facile saluas praestat; publica prodendo, tua nequicquam serues:* et apud IVLIVM CAESAREM de *Bello Gallico* Lib. VII. pag. 146. edit. Amstelodami 1657. Vercingetorix ait: *Salutis caussa, rei familiaris commoda negligenda esse. t)* Ergo etiam gentis regiones, ob nimiam, vel perniciosam aliis potentiam, subducere licet, si iura reliquorum, e. c. vicinorum, alias firmiter stabilita, permanere vix possunt. Ergo singularia gentis cuiusdam commoda, cedere debent vtilitatibus communibus reliquorum populorum. In statu ciuili quidem, homini priuato licet fodiendo in suo, fontem vicini auertere, et in fonte proprio scaturientem aquam in vicini damnum deducere; vid. *L. 26. D. de damno infecto;* gentes autem inseruire non solum propriae, verum communi oportet vtilitati, et huius caussa ius suum haud raro negligere, vti supra probauimus fuse. Ostracismi igitur similitudinem deprehendimus sane in trutina Europae, quem non poenam, sed inuidiae alleuationem, et magnae potentiae imminutionem, vocamus merito. Erat nempe ostracismus, Atheniensibus

s) Arg. *L. 5. C. de diuersis praediis vrbanis, et rusticis*, cetera.

t) En ARNOLDVM CLAPMARIVM de *arcanis rerum publicarum*. Lib. IV. Cap. XVI. pag. 185. edit. Bremae 1605.

ensibus praecipue vsitatus, inuentum, quo nimia, in ciuitate, potentia molestos, aut suspectos, quodam quasi exilio enerarunt; ne velut adnascens hedera arborem, sic illi rem publicam obumbrarent, et suffocarent. *u*) Itaque Veneti in primis adplicare solent hunc morem nostra aetate, id quod §. XXIV. indicauimus; quemadmodum etiam celeberrimus PAVLVS IOVIVS *Historiarum sui temporis* Lib. I. pag. 4. edit. Basileae 1578. sequentia adtulit: *In senatu libere et saepius acerrime sententias dicunt*; (Veneti) *nec quenquam temere ex optimatibus, qui vel insigni virtute, vel spiritu in gerendis rebus ceteris antecellat, nimio plus crescere, vel collecta gratia potentem et clarum fieri patiuntur: x)* Quod institutum eo magis laudandum est, quo magis confert ad conseruationem totius gentis.

§. XXVI.

Aequilibrii iustitia a nobis euicta, et repudiatis dubiis magni momenti omnibus, examinare liceat, et addere, quae originem inde trahunt, gentium instituta reliqua. Statim igitur ex iis eruimus legem hancce: *Aequilibrium seruandum quosdam principes excludit a dominio earum regionum, quarum arbitrium obtinere possent, nisi aequilibrium impedimento esset.* Quum enim dominium adpellemus, ius proprium disponen-

L l 2 di

u) Ostracismum dictum esse ab *ostraco*, i. e. testula, cui ciues nomen eius, quem pellere vrbe cupiebant, inscribebant, ostendit IACOBVS THOMASIVS, in discursu ciuili de *ostracismo aliisque cognatis remediis*, edit. Lipsiae 1672. Cap. I. §. 2.

x) Alia congessit MARTINVS SCHOOCKIVS de *seditionibus seu discordiis domesticis* Lib. III. Cap. XI. pag. 860. seq. Poenam ipsam vero descripsit SAM. PETITVS in *Comment. in Leges Atticas* Lib. IV. Tit. IX. qui legitur Tom. III. pag 458. seq. *Iurisprudentiae Romanae et Atticae*, continentis varios commentatores, qui Ius Romanum et Atticum illustrarunt, excus. Lugduni Batauorum 1741.

di de re pro arbitrio, et bilanx Europae diſturbet gentis cuiusuis nimiam potentiam, vel non committat, vt dominia rerum ab iis augeantur vltra modum praeſcriptum; conſequens eſt, vt veri domini renunciare iuribus ſuis interdum debeant, aequilibrii ſeruandi cauſſa. (§. VI. §. XXV.)

§. XXVII.

Ob aequilibrium Europae, legitimi domini excluduntur ab imperio nonnullarum regionum, (§. XXVI.) quemadmodum imperia quaedam, aequilibrii gratia, tuenda ſunt. Ergo, multo magis, iniqui domini aequilibrio Europae amouentur ab adminiſtratione regnorum quorundam. Igitur etiam vſus rei propriae, aequilibrii cauſſa, poteſt iure nobis eripi, ſi vel directe, vel indirecte, veluti obliquis artibus, deſtruere aequipondium adlaborauimus.

§. XXVIII.

Quum eundem ſcopum diuerſis ſaepe modis adſequamur, inde colligimus, adplicantes trutinam ad imperia ſua gentes, multiplici ratione conſulere ſuis poſſe commodis. Iure igitur regnum aliquod ex manibus ei extorquetur, qui duobus imperiis praefectus eſt, ſi aequilibrii conſeruatio neceſſaria id poſtulat, atque efflagitat. (§. XXVII.) Ergo ad exitum exoptatum in primis perueniunt gentes, ſi, ob aequilibrium, principi peregrino, ſeu ſanguinis nullo vinculo, huic, qui amittit regnum ſuum, iuncto, ſumma rerum traditur. Quemadmodum interdum etiam ex ſententia res geritur, ſi cuidam ex domo regia eius, qui legitimus poſſeſſor regni fieri poſſet, niſi aequilibrium obſiſteret, tribuitur. Non negamus quidem, inſeruire gentes commodis ſuis, ſi prorſus ſubmouent principes a regno, qui, dum cognatione alios reges attingunt,

ad

ad ſuperpondium inclinant, vel facile cum agnatis cognatisque conſpirant, alios populos oppreſſuri. *y*) Quum vero moleſte id omnino ferant reliquae gentes, ſi publicae ſalutis cauſſa tantis exſpoliantur vtilitatibus, quas natura ipſa iis largiri videtur, mirationem non faciunt gentes aequilibrium ſeruaturae, ſi hos principes aliis, vel peregrinis, interdum praeferunt; quemadmodum exemplum Borboniae principum, Galliae et Hiſpaniae noſtra aetate imperantium, id probat luculenter. Nulla tamen iniquitas ineſt in gentium conſtitutionibus, prorſus a ſe ſegregantibus principes, qui propinquis conſanguinitate, vel affinibus potentibus, florent; adhibenda enim omnino dura remedia ſunt, ſi leniora certum auxilium adferre ſuſtinendo aequilibrio nequeunt. A iuſtitia nempe in paruis rebus interdum deflectendum eſt, ſi ſaluam eam velimus in magnis; idque modo quaerendum, vt maiori parti lex, et in ſumma, proſit. (§. XVIII.)

§. XXIX.

Quaedam regiones alio tempore poſſunt coniungi, et vnus idemque princeps ſedet ad gubernacula vtriusque imperii,

y) Hinc magna ex parte laudanda eſt Conſtitutio INNOCENTII Papae XII. contra *Nepotiſmum*, qua ſtatuit et iubet, *vt nec a ſe ipſo, nec ab vllo Romanorum Pontificum ſucceſſorum eius, ad fauorem ſuorum reſpectiue fratrum, nepotum aliorumque quorumcunque conſanguineorum ſeu affinium, de bonis, pecuniis, officiis venalibus, illorumque pretio, rebus et iuribus quibuscunque ſedem et Cameram Apoſtolicam quouis modo ſpectantibus, vel quandocunque ſpectaturis, liberalitatis et donationis, alioue quouis gratuito, ſeu lucratiuo titulo, directe vel indirecte, etiam ſeruitiorum et meritorum, alioue quolibet colore ſeu praetextu, vllo modo in poſterum diſponatur;* cetera. Promulgata ea eſt Romae, die X. Cal. Iulii anno MDCLXXXXII. ibique in typographia reuerendae Camerae Apoſtolicae in folio impreſſa.

perii, altero autem tempore minus, aequilibrii efficiendi caussa. (§. VII.) Ergo gentes nonnullae, quamuis legitimam possessionem prouinciarum multarum habeant, ob aequipondium comparandum, illas retinere nequeunt. z) (§. XXVI.)

§. XXX.

Nostra vera vtilitas, sine vtilitate aliorum, stare non potest; quoniam natura non fert, vt vnus homo, vel una gens remedia felicitatis, tam externae, quam internae, omnia adipiscatur. (§. XIX.) Fiat igitur interdum iactura nostrorum bonorum, et vtilitatum, vt aliis inseruiamus. (§. XXVIII.) Ergo princeps etiam iustus, ob aequilibrium saluum praestandum, abiicere ius suum debet, conseruationis bene multarum ciuitatum, seu aequilibrii adpensi, caussa; Id quod, haud ita pridem, diuus CAROLVS VI. Romanorum Imperator, suo augusto exemplo probauit mirifice, paterno auitoque regno renuncians Hispaniarum.

§. XXXI.

Europae aequilibrium tollunt, qui terras, vel vires gentis cuiusdam, lacerant, vel sub alieno scelere, siue directe, siue indirecte, delere cupiunt, quum tamen pro aequilibrii ratione fouendae sint. (§. XXVII.) Ergo vexatores aequilibrii, facti sunt

z) Ita e. c. in foedere, inter Annam Magnae Britanniae Reginam, et Ordines Vnitarum Belgii Prouinciarum Generales initio Vltraiecti die XXIX. Ian. MDCCXIII. artic. X. legimus haec: *Nulla vrbs, oppidum, fortalitium, siue territorium, in Prouinciis Hispano-Belgicis cedi, transferri, donari aut deuenire potest ad coronam Gallicam, vel ad quemquam ex stirpe Gallica, siue id fiet virtute doni alicuius, seu venditionis, commutationis, conuentionis matrimonialis, hereditatis, successionis ex testamento, ab intestato, quocunque denum titulo, vel quocunque sit modo, nulla ex praedictis prouinciis potestati, autoritatiue regis Christianissimi, aut cuiusquam ex stirpe Gallica vnquam subiici potest.*

ſunt noſtra aetate Hiſpani, *a*) Anglorum commercia inuadentes, quamuis nationis huius iuſtiſſimae opes, in nauigatione libera, maxima ex parte, poſitae ſint, et hae ipſae ad ornandum iuuandumque aequipondium Europae ſpectent.

§. XXXII.

Qui nimiae potentiae gentis cuiusdam miniſter, ſocius et adiutor eſt, vel promiſſis adductus, vel commodis iam perceptis, is ipſe aequilibrium peruertit, atque hinc incurrit in iniuſtitiam, cui iuſtum bellum gentes moliri poſſunt omnes, iſto aequilibrio deuinctae. (§. XVI.)

§. XXXIII.

Quum laeſiones ratione omni auertendae ſint, nec principi eripienda ſit terrae minuta particula, niſi iuſta cauſſa, cui accenſetur in primis aequilibrii conſeruatio, (§. XVII.) id poſtulet atque efflagitet; cognoſcimus facile, aequilibrium fictum cum vero non eſſe confundendum, (§. XV.) nec exigui incrementi cauſſa, iure adquiſiti, bella eſſe inſtruenda; (§. XVI.) multoque minus ob metum maxime incertum, et tam leuia cauſſarum momenta, quae ſemel ſtabilitum aequilibrium tollere nequeunt. (§. cit.)

§. XXXIV.

Gentes omnes naturali quadam obligatione ad aequilibrium firmandum adſtringuntur; (§. XVI.) hinc bene multae inter eas, ſpeciatim Europaearum quidam principes, expreſſis pactis firmamentum in iſta norma poſuerunt; (§. XIII.) conſequens igitur eſt, vt principes, qui conuelli eam efficaci modo cupiunt, vel ad potentiam adſpirant, metum iuſtum exci-

a) Euoluatur DV MONT *Suplement au corps vniuerſel diplomatique* Tom. II. P. II. pag. 327.

excitantem, cedere debeant aliis imperiorum ſuorum partibus, quae inclinarunt, vel commutarunt dictum aequipondium. Ergo remediis duris, ſeu bellis, ſunt vexandae res gentium, perperam conſtitutae; vel negligentia prolapſae, vindicandae a defenſoribus communis aequilibrii; ſi iſtae minime deterrentur admonitionibus, nec animi verti poſſunt ad pacem, aequilibrio ſuperſtruendam. (§. XI.) Vere enim et grauiter a GAIO Icto in *L. 4. D. ad Legem Aquiliam* pronunciatur: *Adverſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere.* Quis non ex dictis intelligit vim verborum horum, ad ſtatum gentium adplicatorum?

§. XXXV.

Quae aequilibrio deuinciuntur gentes, vt arcte illud teneant, et propugnationem pro eo ſuſcipiant, ſi in periculum adducitur, neceſſe eſt. (§. XXXIV.) Ergo omnes nationes, quae intelligunt, fructus aequilibrii ad ſe pertinere, coniunctim et accuratiſſime aequilibrium tutari, et tela hoſtium depellere, ſymboli eius communis libertatis cauſſa, oportet. Quum vero alia gens multis populis antecellat viribus, alia minus; alia regio attingat communem hoſtem, ſeu praepotentem, alia minus; atque ita alii genti violatum aequilibrium magnam plagam immediate iniiciat, alii mediate, et porro gentes accipiant vulnera, quaſi natura et genere disiuncta; ſequitur, vt pro inaequabili varietate proportionum, facultatum, vtilitatum malorum, aliarumque rationum, eſſe ab illis contribuenda, ad bellum communi nomine gerendum, neceſſaria. Neque minus inde elucet, gentes quasdam iure ſe retrahere a violento modo iſto ſe tuendi, ſi credunt, ſe non eſſe in diſcrimen fortunarum vocatas, vel communem libertatem in

magnam

magnam haud incurrere difficultatem. Minimam igitur, tenuissimamque ciuitatem, tantis opibus, labascentem, vel prope cadentem libertatem gentium, fulcire nec debere, nec posse, vel tantis copiis ad pericula propulsanda minus concurrere, quantae a potentibus principibus suppeditandae sunt, per se patet; quum inter damnum et lucrum, peraequa in societatibus proportio seruetur merito, iustitiae regulis conuenienter, congruenterque; *b*) gentes autem societatem cum reliquis coiuisse videantur, vti supra monuimus. (§. XIX.)

§. XXXVI.

Ad communiendum vel restaurandum aequilibrium, omnes quidem gentes obligantur, (§. XV.) prae ceteris autem eae, ob geminatum vinculum morale, quae conuentionibus interpositis sanxerunt illud, vel roborarunt. (§. XIV.) Ergo hae speciatim adstringuntur ad bella, aequilibrii defensitandi caussa, capessenda. (§. XXXV.)

§. XXXVII.

Consensum tacitum haud raro deflectit consensio expressa, (v. princ. iur. natur.) quemadmodum a conuentione quadam auersos, ad alias, se omni iure, non semel, conferre, videmus. Ergo etiam aequilibrium, haud discrepante gentium

b) Quemadmodum in aliis societatibus, praecipue vero bellicis, id obseruamus, ita haec regula merito adcommodatur ad trutinam. Conf. e. c. instrumentum inscriptum: *Accessio Circulorum Imperii Romani, nimirum Rhenani Electoralis, Franconici, Sueuici, et Rhenani superioris ad magnum foedus Caesareo-Anglo-Belgicum, Nordlingae in conuentu placita die XXII. Martii MDCCII.* apud DV MONT in *Corps Diplomatique du Droit des Gens* T. VIII. P. I. art. VII. pag. 105. Plura si enarrarem, actum profecto agerem.

tium sententia, vtilitatibus populi cuiusdam aliqua ratione parere potest, et sub eiusmodi conditione is habere prouincias, qui alias, aequilibrii caussa, possessione deiicitur princeps. Id quod e. c. ex pacis Rastadiensis Articulo XXX. domum Austriacam si perpendimus, perspicitur; et non abhorret ab iis,. quae a nobis expedita sunt sub finem §. XVI. Quum porro, minimis momentis maximae inclinationes temporum, et rerum publicarum, interdum fiant, inesse etiam videtur conuentionibus, de aequilibrio sancitis, haec tacita lex, vt existat quod conuentum est, nisi reliquis rebus publicis mala importent conseruandis, vel inflectant ius dininum, vel alias necessarias obligationes. *c*)

§. XXXVIII.

Quoniam maius et minus non mutant ius, ex dictis intelligimus, aequilibrii custodes et propugnatores esse principes oportere, tam potentes, quam eos, qui parum facultatis habent. (§. XV.) Quum autem ob exigua rerum momenta nullae lites serendae sint, nec leui pondere aequilibrium ita mutetur, vt salus gentium statim incurrat in periculum; cognoscimus ex §. XVI. principibus secundi ordinis, vix vnquam de aequilibrio esse dimicandum, quoniam exiles ciuitates, si cristas erigunt, a primi ordinis principibus facile possunt reprimi, et frenari; nec potentes ciuitates committunt, vt summam rerum, seu libertatem communem, in aleam dent maximi casus, gentes, in quibus aliquid est facultatis, sed perexiguum. *d*) Praeter potentiam vero insignem, aequilibrii arbitros prudentia et iustitia pollere debere, vel inde patet, quo-

c) Leges vtilia in CRESCENTII *artibus reconditis regendi res publicas et dominandi* pag. 48. edit Gedani 1685.

d) De principibus inferioris ordinis, disputata vid. in libro egregio, inscripto: *Anti-Machiavel*, Cap. X.

quoniam potentiae magnitudo, a iustitia rectoque abhorrens consilio, non iuuat alios, sed potius detrimenta adferre solet funesta maxime; id quod antea a nobis fuit obseruatum. (§. XXIII.)

§. XXXIX.

Praepotens, et iniusta vi impetum faciens, hostis, inprimis bello lacessendus est a libertatis fidei et aequilibrii defensoribus. (§. XXVII.) Ergo contra nullum hostem ab Europaeorum principibus maiori iure mouentur arma, quam contra Gallos, *e*) qui summa perfidia, *f*) ad exemplum Hispanorum, *g*) sempiternis vinculis seruitutis adstringendi Europam, summa imis miscere, et nefanda bella moliri, iisque aequilibrium magna ex parte, tam directe, frangere conan-

Mm 2 tur,

e) De qua gente CAROLVS AVDAX Burgundiae dux dixit: *Que les voisins de la France seroient heureux, lorsque pour un Roi elle en auroit vingt.* Vid. *Histoire d'Angleterre, d'Ecosse, et d'Irlande: avec un abregé des évenemens les plus remarquables arrivez dans les autres Etats: Par Monsieur* DE LARREY, Tom. II. pag. 504. edit. Roterodami 1698.

f) Perfidiae huius exempla exstant varia, hinc iam suo tempore GEORGIVS BRAVDLACHT, Ictus, in *Pacificationum Austro-Hispano-Gallicarum Historia*, ab annis plus quam ducentis breuiter repetita, recensuit nouendecim pacificationes inter domum Austriacam et Gallorum reges sancitas, sed ab his nefanda semper ratione violatas. Liber hic prodiit Augustae Vindelicorum 1644. cui accessit illustrium consultationum decas, cum annexo discursu de vera victoria. Bene multa alia autem exempla enarrantur in libro inscripto: *French Intrigues; or the History of their delusory Promises since the Pyrenaean Treaty: printed in French at Cologne, and now made Englisch*, editoque Londini 1685. Add. FABRI *Staats-Cantzley* Tom. XIX. pag. 778. et *Actes et Memoires de la Paix d'Vtrecht* Tom. I. pag. 170.

g) De Hispanis disputauimus passim, praecipue vero §. III. Vocabat Henricus IV. perfidiam eorum *des noires malices*; Vid. *Memoires du Duc de* SVLLI Tom. II. pag. 10. seq. Add. Tom. II. pag. 123.

tur, quam indirecte, dum Borbonii principes bene multis regnis ſuperbe auareque imperitant, vt enitantur, quam iam dudum domus Borbonia parturit, monarchiam vniuerſalem. Antequam igitur diſputationi clauſulam imponamus, pia vota merito pro Rege noſtro, libertatis vindice, et aequilibrii arbitro optimo maximo, *b*) nuncupamus, et tam patriae patri, tum Hungariae Reginae, fauſta, felicia, fortunataque adprecamur omnia, ſpemque concipimus laetam, fore, vt ab aliis optimae illius cauſſae, hoc eſt aequilibrii, propugnatoribus vere fortibus, firmati, ferociam Gallorum prorſus compeſcant, et libertatem, quam gentium decus ſummum eſſe, ſcimus, plane atque omnino reſtaurent, reſtituantque.

Tu regere imperio populos Romane memento!
(Hae tibi erunt artes) pacisque imponere morem:
Parcere ſubiectis, et DEBELLARE SVPERBOS. i)

b) Vti ſupra oſtendimus, aequilibrium a Britannis praecipue ſtabiliri, ita ad Auguſtiſſimum Regem noſtrum adplicamus verba, quibus Guilielmi III. laudes olim celebratae ſunt, quae ita ſe habent:

De Rois et de Ceſars digne poſterité
Heros ſage, et clement dans l'ardeur qui t'inſpire:
La Flandre, les deux Mers, l'Angleterre, l'Empire
Toute l'Europe enfin te doit ſa liberté.

i) VIRGILIVS ſub finem *Aeneid.* Lib. VI.



IV. COM-

IV.

COMMENTATIO IVRIS FEVDALIS

DE

NATVRA ET INDOLE

INVESTITVRAE PER BIRRETVM

TVM AD FEVDA ATQVE ALLODIA

TVM AD HONORES ECCLESIASTICOS AEQVE AC SECVLARES ADCOMMODATAE.

PVBLICE DEFENSA A RESPONDENTE

CAROLO LVDOVICO SYDOW

MESO-MARCHICO L. L. C.

IN ACADEMIA GOTTINGENSI

ANNO MDCCXLIX. IBIDEMQVE

IMPRESSA.

COMMENTATIO IVRIS FEVDALIS
DE
NATVRA ET INDOLE
INVESTITVRAE
PER BIRRETVM
TVM AD FEVDA ATQVE
ALLODIA
TVM AD HONORES ECCLESIASTICOS
AEQVE AC SECVLARES
ADCOMMODATAE

§. I.

INSTITVTI RATIO.

In enodandis jurisprudentiae ſymbolis, qui cum laude verſati ſunt ſcriptores notae optimae, dudum declarauerunt luculenter, fontes plurimorum, quibus vtimur, plane eſſe incognitos atque peroccultos. Vnde veniant tot ſymbola ratione poſſeſſionis, aliorumque actuum, coeca fere via eſt. Sunt, qui omnes hac in re coniecturas alto contemnunt ſupercilio; ſunt tamen etiam, qui, commendabiles vtilitate ſua eſſe, ſentiunt, genuinas illiusmodi ſignorum explicationes. His ipſis adſtipulamur, praecipue autem viro illuſtri et corypheo Ictorum, EVERARDO OTTONI, qui omnibus hac in re, vti in multis aliis capitibus, palmam praeripuit in elegantiſſimo de *Iurisprudentia Symbolica* libro. Non ignoramus enim, ſolemnitates eam ob cauſſam a legibus praecipue praefinitas eſſe, vt de veritate negotii conſtaret, vel actui cuidam valor atque auctoritas conciliaretur, vel reuerentia, quum teſte CICERONE *Acad. quaeſt. II. c. 2. plus in negotiis gerendis res quam verba proſint*; vel, vt incorporales res ſignis et ſimulacris menti quaſi imprimeren-
tur

tur. *k*) Inseruiunt nimirum symbola mirifice finibus illis; quippe quae flectunt animos, celeriter sensus percutiunt, aculeosque relinquunt in mente; motus huius vel inflammant, vel exstinguunt, vim imaginandi pertractant, et ea adumbrant, atque ad claritatem reducunt, quae alias vix modo capi possunt vllo. Nuncupatur autem symbolum, res, qua percepta, id, quod significatur, animo statim coniicere licet. *l*) Plena manu in astra laudes signorum dudum sustulere Philosophi; gaudent signis atque inuolucris cogitationum, legitimae scientiae conditores, interpretesue. Dispescere ea licet in naturalia signa, atque in arbitraria. Naturalium rationes in rerum ipso ordine positas esse, Physica nos condocet. Arbitraria autem pendere ex voluntate vel gentium, vel principis cuiusdam, vel priuatorum hominum, constat inter omnes. Excogitarunt maiores nostri, speciatim inter innumera possessionum et honorum signa, atque rationes consequendi huiusmodi vtilitates, inuestituras dissimiles multiplicesque. Ita Romanorum traditio symbolica, est modus acquirendi, quo mutua voluntate rei alicuius possessio, perque hanc dominium, sine corporali translatione, interueniente symbolo quodam, rem tradendam repraesentante, ex iusta caussa, ad dominium transferendum habili, in accipientem transfertur. Inprimis vero in iure feudali opus fuit symbolis, quoniam incorporalia multa ibi occurrunt, quae signis declaranda sunt.

Huc

k) Euoluatur modo laudati laudandique semper OTTONIS de *iurisprudentia Symbolica* Exercitat. I. Cap. XV. pag. 88. sequ. excus. Traiecti ad Rhenum 1735.

l) Illustris Procancellarii IOANNIS GEORGII ESTORIS egregia disputatio de inaugurationibus beneficiariis, harum symbolis ac ritibus itemque de *inuestitura sine litteris inuestiturae*, illaudata hic dimitti a nobis non potest. Cap. I. §. XV. pag. 14. excus. Marburgi. 1744.

Huc iure Longobardorum comparatae ſunt inueſtiturae; oſtendit nempe inueſtitura modo poſſeſſionem, modo ſolemnem actum, quo iura domini et vaſalli firmantur ratione prorſus peculiari. Inueſtitura haecce arbitrariis ſignis, haſtis, coronis, ſceptris, baculis, enſibus, vexillis, annulis, crucibus, palliis, candelabris, clauibus, ſigillis aliisque bene multis rebus fuit perpetrata, praecipue etiam pileis atque birretis. *m*) Quum autem inueſtitura per birretum, adhuc quod ſciam, expedita enodataque ſit a nemine in peculiari iuridica diſſertatione, *n*) vſus eius autem haud raro occurrat, tum in inueſtituris feudalibus clericorum et laicorum, tum in inueſtituris allodialibus et aliis actibus ſolennibus; naturam atque indolem illius, nec non vſum inueſtiturae huius hodiernum, pro virium noſtrarum modulo exiguo adumbrare liceat, et repudiare coniecturas eorum, quae vix vlla, in eruendis iſtis antiquitatis venerandae reliquiis, animos noſtros percutiunt probabilitate.

§. II.

m) Interdum ſymbola poſthaberi, et per codicillos titulum dari, conſtat inter omnes; quoniam ſummi principes, pro arbitrio intermittere poſſunt ſolemnia: hinc nonnunquam quoque codicilli omittuntur. Ita apud Hiſpanos legitime cenſetur inueſtitura peracta, ſi vaſallus ſupplex, genibusque prouolutus, beneficium a Rege petit, eique praedeceſſoris mortem eodem tempore ſignificanti, Rex reſpondet: *Leuantos Duque, Conde*, etc. h. e. Surge Dux, Comes, etc. Vid. haec apud GEBH. CHRISTIANVM BASTINELLERVM in Progr. de *ritibus in inueſtitura concedenda vſitatis*, edit. Vitembergae 1720.

n) Suo loco tamen infra excitandi a nobis erunt ſcriptores, qui vel generatim de pileo ſunt commentati, vel vnum alterumue pilei vſum in inueſtituris expendere, ſtuduerunt.

§. II.
DE INVESTITVRA FEVDALI GENERATIM.

Inuestiturae vocabulum, modo possessionis traditionem siue collationem indicare, modo pro actu solemni translationis, speciatim vero corporali, modo pro ritibus sumi, ius rerum o) et inprimis feudi confirmantibus, modo innuere ordinis, dignitatis potestatisque personarum collationem, nemo est, qui nesciat. Vltima haec vocis inuestiturae potestas adhibetur etiam inaugurationibus clericorum, et candidatorum, qui honoribus in academiis condecorantur. Ea propter HVGO GROTIVS de *imper. summ. circa sacra* Cap. X. „ vestire, inquit, et inuestire, sunt vocabula originis Germanicae, quae iuris qualiscunque collationem significant. „ Ideo apud veteres auctores officiis omnibus, tum ciuilibus, „ tum ecclesiasticis aptata reperiuntur. „ Maxime visitatam vocabuli inuestiturae significationem ob oculos si ponimus, patet facile, secundum Ius Feudale, eam vel propriam vocari, vel impropriam. Propriam inuestituram plerumque nuncupamus, possessionis beneficii traditionem corporalem; vel, si quis adprehendit feudum, p) induciturue in feudi possessionem, siue a domino ipso, siue domini iussu. Etenim iustis limitibus circumscribere si velis verborum significationes, differt inuestitura a possessione; quandoquidem inuestitura est conuentio, q) siue titulus, actusue, quo possessionis traditio

o) Allodialibus quoque rebus adhiberi vocabulum inuestirurae ostendit CALV. in *Parerg. de verb. Feud.* sub voc. *Inuestitura;* etenim *inuestire* olim significabat *acquirere,* sed sensim iuris feudalis verbum fere proprium est factum.

p) *II. F. 2. pr.* & Dd. ad hunc locum, & ad *I. F. 7.*

q) Vid. interpretes ad *II. F. 1. fin* *II. F. 33. pr.*

ditio inſtituatur, *wenn der Lehnmann würcklich ins Lehnguth eingeführt wird;* qui titulus, ſi traditione poſſeſſionis non exercetur, ſeu ſi dominus per ſymboli porrectionem factam coram teſtibus, ius feudi alicui cedit, dici ſolet inueſtitura abuſiua ſiue impropria. Adparet igitur, abuſiuam inueſtituram habere locum, ſi dominus inueſtituram concedens, ſignum aliquod ſymbolumue adhibet, minime vero rei in qua feudum efficitur, traditione et poſſeſſionis adeptione interueniente. *r*) Attamen in vtraque ſpecie inueſtiturae, feudum conſtitui, liquet; quamuis compertum habeamus exploratumque, diuiſionem illam, qua inueſtitura in propriam et abuſiuam diſpeſcitur, cuius fundamentum extare *II. F. 2.* tantum non omnes docent, haud placere interpretibus quibusdam clientelaris iuris celeberrimis; quoniam inueſtitura omnis, ex ſententia ipſorum, adnumeranda eſt impropriis, quatenus repraeſentationes et ſigna ei inſunt atque adhaerent, *s*) quorum rationes hic expedire non vacat, defendendam tamen receptam putamus doctrinam. Quamuis autem plerumque vocabulo inueſtiturae ſubiiciatur, ratione domini, collatio, et ratione vaſalli, acceptatio; vel vaſalli oblatio et domini acceptatio; obſeruamus tamen, ad plura negotia adcommodari inueſtituras, nempe ad munera et honores, etſi nullus in iis reperiatur nexus clientelaris: veluti ſi reges inaugurantur et principes, vel clericorum perficiuntur inaugurationes; inueſtiturae id indicari ſolet vocabulo; id quod ratione clericorum *cap. 12. cum olim, X. de ſententia et re iudicata,* et

 cap.

r) HERMANNVS VVLTEIVS de *Feudis eorundemque iure* Lib. I. Cap. VII.

s) Vid. IOANNES NICOLAVS HERTIVS *de feudis oblatis* §. XXXVI. Commentationum atque Opuſculorum Voluminis primi Tom II pag. 387. excuſ. Francofurti ad Moenum 1737. et HVLDER. EYBENIVS *El. Feud.* Cap. V. §. IV.

cap. 3. ex ore, *X. de his*, *quae fiunt a maiori parte capituli*, luculenter commonſtrant. Pari ratione res cenſuales, et allodiales ipſae, inſigniuntur, ſi conceſſio earum facta fuerit, nomine inueſtiturarum. Quantum ad allodia, iudicialem effeſtucationem illorum iam vſitatam fuiſſe ante tempora, quibus prima feuda conſtituta ſunt, priſca condocent ſcriptorum monimenta. Ita enim Clotarius II. anno DCXV. in concilio Pariſiis habito, cap. XVII. haec ſanxit: *absque aliquo incommodo de rebus ſibi iuſte debitis praecipimus reueſtiri*; cet. quemadmodum alibi alia huius rei veſtigia deprehenduntur. *t*)

§. III.

DE INVESTITVRA ALLODIALI.

Allodiorum inueſtituram, actum vocamus iudicialem, quo praeuia reſignatione venditoris, dominium poſſeſſione rerum immobilium a domino inueſtiente in emtorem confertur atque confirmatur. *u*) Vt quidem fert nonnullorum opinio, inueſtitura allodialis conſiſtit in confirmatione nuda; ſed veram ei ineſſe inueſtituram, inde colligimus, quod res plerumque non immediate a venditore datur et reſignatur in manus emtoris, ſed domino, (eam forſan ob cauſſam praecipuam, vt dominium ſupremum Principis ſignificetur, *x*) et fraudes euitentur, nec vendantur bona pluribus) *y*) vel hereditа-

t) Plura hanc in rem collegit CANGIVS ſ. v. veſtitura. vid. ANTON. DOMINICI Diſquiſitio de *Praerogatiua Allodior.* impreſſa Argentorati 1728.

u) Vid. IOANNIS BVRCARDI VERPOORTENII Commentatio de *Inueſtitura Allodiorum eiusdemque originibus vſu et auctoritate praeſente*, recuſa cum praefatione FRANCISCI CAROLI CONRADI, Helmſtadii 1743.

x) HEINECCII *Elementa Iur. Germ.* Tom. I. Lib. II. Tit. I. §. XXIV. ſequ. pag. 384. edit. Halae 1736.

y) Plures rationes alii adtulerunt. Vid.

ditario, vel praefecto, qui poſtea emtori rem adſignat redditque; z) quas ſane ποιότητας in vna confirmatione, h. e. relicta ac deſtituta a ceteris rebus, haud obſeruamus. Hanc ob cauſſam, ſecundum ius Saxonicum, iudicialis inueſtitura poſita eſt in his tribus capitibus: I. in abdicatione iudiciali, ſeu reſignatione, *die gerichtliche Auflaſſung*, vid. *Land-R.* Lib. I. Art. IX. quae illam ob rationem inſtituitur coram iudice competente, nimirum rei ſitae, vt poſſeſſor priſtinus renunciet illa dominio ſuo priori. II. in traditione iudiciali, *in der gerichtlichen Uebergabe:* conf. *Weichb.* Art. LX. III. in inueſtitura iudiciali ſpeciatim ita nuncupata, quae conſiſtit in recognitione dominii noui poſſeſſoris, *in der gerichtlichen Anweiſung vnd Belehnung*; v. *Weichb.* Art. XX. *Dec. El.* LXI. nec non CAROLVS FRIDERICVS ROMANVS in diſſert. *de dimidia inueſtitura rei immobilis allodialis quae fit inter coniuges*, edit. Lipſiae 1720. Quis non intelligit, quaeſtiones has inter ſe differre: vtrum contractus in iudicio, vel loco alio publico conficiatur, immobilium rerum cauſſa, illum in finem, vt eo maiori fide ſit commendabilis, vel Principi ad confirmationem obtinendam ſignificetur? et hanc: an ſuperior, petentibus contrahentibus, per inueſtituram acquirentem pro legitimo poſſeſſore agnoſcat, ipſique ius habendi tribuat, adplicatis, vel minus, certis ſignis et ſolemnitatibus? *a*) Vti vero inueſtiturae ſubiiciuntur res corporales, tum immobiles, tum mobiles, ita incorporales, nimirum iura et honores, effectu-

 catio-

Vid. HORNIVS in diſſert. de *Praerogat. mor. Germ. in concurſ. cum legib. recept.* Sect. II. §. III.

z) VERPOORTEN c. l. §. XLIII.

a) WERNHER in diſſert. de *effect. tradit. rer. immob. allod.* §. XXII. et IO. AVGVSTVS DOERINGIVS in diſſert. de *Inueſtitura bonorum allodialium immobilium*, praeſide illuſtri GEBHARDO CHRISTIANO BASTINELLERO habita, et impreſſa Vitembergae 1738. Cap. II.

catione dudum ſunt communicata cum aliis. Quamuis enim plerumque pronuncient feudalis iuris interpretes, tantum res immobiles, quae in commercio ſunt, dari poſſe in feudum; attamen infinitas hanc regulam exceptiones admittere, probe ſcimus; quum interdum res ſacrae, ſanctae, religioſae, et eccleſiaſticae ſpeciatim ſic dictae, feudali titulo permutentur, *b*) et officia publica, atque honores, dentur in feudum, honores inquam, tam coniuncti cum territoriis quibusdam, quam minus; quo ſpectant inprimis archiofficia et ſubofficia S. I. R. G. Facile igitur ritus feudales ad alienationes rerum allodialium potuerunt adplicari. Quaerere vero hic ſi quis velit, an cum allodiali et ciuili traditione conueniat inueſtitura propria, quatenus haec in traditione feudi conſiſtit? nos quidem reſpondemus, ſecernendam eſſe feudi inueſtituram, per propriam traditionem, et feudi inueſtituram per traditionem ciuilem, factam; traditione quidem ciuili proprietatem rei alicuius conſequimur, ſed per inueſtituram propriam tantum acquirimus vtile dominium, atque ita hac ipſa efficitur feudum, quamuis antea non adfuerit feudum. Praeterea in inueſtitura propria occurrunt ſolemnes caeremoniae; requiruntur contractus feudalis et alia, de quibus differere iam non vacat. *c*) Id tamen ſubiungendum videtur, nonnullos Dd. generalem vocabulo inueſtiturae allodialis tribuere ſignificationem, et indicare ea actum iudicialem quemlibet, quo contractus

b) Vid. GOTTLIEB STVRMII differt. *de rebus quae in feudum dari poſſunt* §. II. pag. 4. recuſ. Vitembergae 1736. Id patet etiam ex communi doctrina de feudis impropriis. Conf. egregia commentatio: de *variis iurium ſpeciebus in feudum conceſſis*, in illuſtris Procancellarii IO. GEORGII ESTORIS *auserleſenen kleinen Schriften, im dritten Band* N. IV. pag. 469. ſeq. nec non pag. 540. ſeq.

c) V. BAYERI *Einleitung des Teutſchen Lehn - Rechts* Cap. VIII.

tractus alienationis a ſuperiore corroboratur; quorum impropriae loquendi rationi repugnare pluribus non libet, quum in arbitrio hominum poſitus omnino ſit vſus verborum. Denique oſtendendum nobis eſt, ex perantiquo venditionis aedium inſtrumento, quod imprimi typis curauit BRISSONIVS de *formulis et ſolennibus populi Romani verbis* pag. 500. ſq. quod ita ſe habet: *Tu paſcuti fuſte illum inueſtito:* et *Tu ſegniti fuſtem manu capito:* colligere quosdam, ritum inueſtiturae allodialis, per fuſtem inſtitutae, apud Romanos antiquiſſimos fuiſſe vſitatum, quamuis huic ſubſcribere ſententiae nequeamus, quum vix fides formulae illi habenda ſit, et aliae rationes refragentur, quas hic perſequi non eſt animus. *d*)

§. IV.
DE MVNERIBVS VARIIS PER INVESTITVRAM CONCESSIS ET NOTIONE FEVDI.

Non mandato ſimplici ſolum ſed et inueſtituris, munera atque officia quaedam, inde ab antiquis temporibus fuiſſe conceſſa, iam ex iis elucet, quae ſupra delibauimus. Id, vt fuſius paulo exponamus argumentum, prouocare liceat, tum ad feuda *Ambactiae* diuerſi generis, dicta *Ambacht-Lehne*, et *Dienſtmann-Lehne*, nec non ad feuda, quibus ſola iurisdictio datur vaſallo, vt et ad feuda *guaſtaldiae*, *cancellariatus*, *caſtri*, aliaque. Induxit forſan in animos ſententiam FRIDERICVS I. Imperator, munera grauiora, et ſigillatim iurisdi-

d) Vid. BARNABAS BRISSONIVS ex edit. FRANCISCI CAROLI CONRADI pag. 476. vbi haec leguntur. „Circumfertur antiquum venditionis „aedium inſtrumentum, ex vetuſtis „membranis deſcriptum, quod eo „iure quaque conditione eſt; non „meo, ſed eorum, qui ediderunt, periculo ſubiiciam. „

risdictionis administros, constitui vnice Imperatoris inuestitura; quippe qui adspiraturus ad summum potestatis humanae fastigium, iuris Romani praeceptionibus nisus, regalia innumera fere in Statuum regionibus reseruabat, quae tantum ii exercere poterant, qui feudali titulo ab Imperatore illa acceperant. *e*) Qua in re vestigia premebat Carolingorum, quorum mandato Comites et Missi praeerant iurisdictioni. Quanquam igitur postea restricta sit ista infinita Imperatoris potestas, nec adplicata sit a Dd. ad iurisdictionem patrimonialem, attamen fallax spuriumque principium istud diu viguit in Germania; quum crederent maiores nostri, regalia omnia, atque hinc inter illa iurisdictionem, infeudatis tantum competere. *f*) Inde originem trahere puto morem, aduocatos tam multos, iudicesque inuestiendi innumerabiles fere; *g*) v. c. praefectos, *Amtmaenner*, consules, *h*) scultetos, feudi lege constitutos, non inuestitos solum ab Imperatore immediate, sed et inuestitos a Principibus, quippe qui in territoriis suis imitabantur potestatem, *i*) quam Imperator erga Status exercebat; quamuis in territoriis multis immediate

e) Formulam iurisiurandi, comprehendentem *Regalia*, vid. apud RADEVICVM *de rebus gestis* FRIDERICI I. Lib. I. Cap. XIX. pag. 488. operis inscripti: Germaniae Historicorum illustrium Tom. I. edit. opera et studio CHRISTIANI VRSTISII, Francofurti ad Moenum. 1670.

f) v. ill. IOANNIS GOTTLIEB GONNE diss. de *feudo Gastaldiae*, §. XXIX.

g) Confirmatur haec doctrina iis, quae protulit IOANNES POMARIVS in *der Chronic der Sachsen* pag. 162. seq. excus. Wittembergae 1588.

h) De feudis consulum vid. illustris Procancellarius IOANNES GEORGIVS ESTOR in *Obseruationibus Iuris Feudalis*.

i) Id quod probatum dedit Anonymus in *Narratione* de *Iudiciis Fehmicis*, apud illustrem WILHELMVM FRIDERICVM PISTORIVM, *Amoenitatum Historico-Iuridicarum* P. IV. pag. 844.

diate ius istud diu reseruatum fuerit ab Imperatore, quandoquidem etiam subinfeudationes iurisdictionis sint receptae, vt patet ex Cap. CXXXIV. IVRIS FEVDALIS ALEMANNICI. Quae consuetudines effecerunt, vt fere vnum quodque munus, nuncuparetur *ein Leben*, adeo, vt ipsis parochis id sit adplicatum, et parochi munus compellatum *ein Pfarrleben*, k) duplici sensu; ratione videlicet parochi, in sensu latissimo, illud est beneficium datum parocho, vt fideliter seruiat ecclesiae; ratione patroni vero, cui hoc ab alio confertur, est collatio beneficii, (nempe honorificorum et vtilium iurium) l) vi cuius prouidere ecclesiae potest de digno clerico. m) Quanquam vero hodienum haud frequens vsus sit eiusmodi inuestiturarum, ratione munerum, n) silentio tamen praeterire non possumus, passim adhuc extare reliquias; id quod infra exemplo birreti illustrandum erit. Honoris vocabulum, apud priscos Francos denotat ditionem et dominium, teste Andegauensi comite MARTELLO, in diplomate fundationis monasterii Vindocinensis, haec proferente, apud SIRMONDVM in not. ad W. Goffr. Epist. XLIV. pag. 80. „In „Episcopatu Andegauensi ecclesiam S. Clementis apud castrum „Credonense cum omnibus ad ipsam pertinentibus, quam „quidem exceptam, sicut prius B. Petro donatum, retinuimus, cum HONOREM CREDONENSEM Roberto Burgun„dioni

k) Quamuis ius patronatus, in strictiori sensu sumtum, tantum sit feudum, si quis eo inuestitus est a Domino.

l) V. nostra *Element. Iur. Canon.* Tom. I. Lib. II. Tit. XXV. pag. 447. seq.

m) IO. SIGISMVNDVS SCHREIBER in differt. *de feudis parochialibus* Cap. I. §. VII. pag. 7. edit. Altorfii 1741.

n) GOTTLIEB GERHARDI TITII *Teutsches Lehn-Recht* Cap. VI. §. XXX. pag. 115. excus. Lipsiae 1730.

„ dioni fideli nostro donauimus.„ Neque minus, HONORARI PATERNIS, is dicitur, qui bonis patris inuestitur, vel confirmatur solemniter. Constat etiam, praediorum possessiones olim et dignitates, variis ritibus, veluti festucae et virgae traditione esse adsignatas, quapropter apud MARCVLFVM, in hoc sensu occurrit verbum *infestucari*, vti illi, qui honore priuantur, *exfestucari* dicuntur. Quum itaque vocabulum *honoris*, postea rebus pluribus, *o*) ac praecipue dignitatibus tum clericorum, tum laicorum iunctum sit, admirationem nobis non mouent, insignia feudalis et allodialis inuestiturae, nouellis etiam doctoribus tradita in academiis, et mores, qui nostra adhuc aetate, religiose seruantur fouenturque. Grauiter igitur HORNIVS in *Iurispr. Feud.* §. III. pag. 46. *non statim*, inquit, *negotium pro feudali habendum, nisi alia etiam signa adsint qualitatis feudalis;* scilicet praeter vocabulum *Leben*. Hoc enim verbum apud nos est generale, et pro concessione qualibet sumitur; quanquam ex eo tempore, quo iura curatius habita sunt inter Germanos, illud sit limitibus angustioribus circumscriptum, ita, vt mutuum *ein Anleben;* commodatum *Leiben;* emphyteusis *Erbleben;* feudum *ein Leben*, in sensu maxime proprio dicatur *p*) modo res in feudum concessa, *I. F. 4. II. F. 81.* modo ius, quod in feudali re per contractum et traditionem est constitutum, *I. F. 25.* modo feudalis contractus vel solus, *I. F. 28. II. F. 20. II. F. 87.* vel per traditionem perfectus, *II. F. 23.* modo ius domi-

o) Vt adparet ex Diplomate HENRICI VI. Romanorum Imperatoris, quo BONIFACIO Marchioni Montisferrati, loca Gamondi et Marenghi CVM OMNIBVS HONORIBVS, iure ac regalibus in feudum concessit d. d. VIII. Decembr. an. MCXCI. apud GVICHEN *Bibl. Sebus. Cent.* I. num. 96. et LVNIGIVM in *Codice Italiae Diplomatico* Tom. III. pag. 1763.

p) V. LYNCKERI *analecta Feud.* pag. 12.

domini directi, *II. F. 34. §. 1. II. F. 9.* modo ius vasalli, *II. F. 1. §. fin. I. F. 25.* modo totum potestatiuum, et relationes aliae indicentur illa voce; de quibus plura afferre non iuuat, *q*) quum tantum haec adiicienda sit feudi notio; Feudum est concessio dominii vtilis in re quadam, sub conditione fidelitatis.

§. V.
INVESTITVRA PER BIRRETVM QVID SIT?

Facile princeps, vel, vt interpretes feudorum iuris permulti pronunciant, vnicus *r*) feudum adquirendi modus, consistit in inuestitura; *I. F. 25.* et *II. F. 1. in fin. s)* quae generatim est constitutio vasalli super aliquo feudo a domino facta. *t*) Quum vero inuestiturae vocabulum, vel comple-

Oo 2 ctatur

q) Haec enodata reperias in THOMAE CRAGII *Iure Feudali* Lib. I. Dieg. IX. pag. 41. seq. excus. Londini 1655. nec non in CASPARIS HENRICI HORNII Exercitatione de *natura* et *definitione feudi*, impressa Wittembergae 1693.

r) Hos tamen refellit HENRICVS A ROSENTHAL in *Tract.* et *Syn. totius Iuris Feudalis* Tom. I. Conclus. LIII. pag. 71. impress. Francofurti et Lipsiae 1721.

s) Non tamen semper actualis inuestitura requiritur, quum v. c. in praescriptione praesumatur, seu vt alii docent, praescriptio conueniat cum inuestitura; vt patet ex *II. F. 33.* et GVILIELMI HANNETONI *iure feudorum* L. II. Cap. I. nec non efficiat feudi constitutionem extraordinariam. Conf. de duplici modo, quo scilicet praescriptio feudalis consideratur tanquam modus feudum de nouo constituendi, et vt modus feudum transferendi, quod iam antea tale fuit, ab vno vasallo in alium, LVDOVICI *Disp. Feudal.* Disp. V. pag. 51. atque obserua, feuda acquiri, vel promissione domini, vel oblatione facta a vasallo, vel successione, vel ab intestato, vel per testamentum; constitutionem vero feudi ipsam effici solere inuestitura.

t) IO. FERRARII Montani *Collectanea in vsus feudorum*, Lib. III. Cap. I. insert. Collectioni Tractatuum de feudis, fol. 103. b. edit. Venetiis 1584.

ctatur litteras inueſtiturae, *u*) vel propriam inueſtituram, qua aliquis immittitur in feudalem rem, ſeu ſi feudi poſſeſſio vna transfertur; *x*) vel impropriam, quae etiam ſymbolica ſeu caeremonialis nuncupatur, et ſymbolis certis conficitur, quibus traditis, feudi ipſius traditio cenſetur facta; *y*) vel inueſtituram ſolemnem, vel minus ſolemnem, quo feudum in aliquem confertur: conſequens eſt, vt inueſtitura per birretum, ſit inueſtitura impropria, vi cuius traditio birreti, feudum alicui ſuppeditat. Symbolum quid ſit, aperuimus in limine disquiſitionis huius; et notam illud ſiue argumentum a verbis diſtinctum, quod loco probationis eſt, recte dici, inde adparet. *z*) Quum igitur ſymboli traditione, res acquiſitas eſſe, commode oſtendi queat, ſecundum *L. 35. pr. ff. de contrahenda emptione;* inter alia ſigna, birreti vſus adhibitus eſt tum feudalibus, tum allodialibus transferendi dominium modis, ſimilibusque inſtitutis pluribus; qua propter explanandum nobis erit, quid ſit birretum, vt probabilis ratio, natura, vſus atque origo huius ſymboli, eruatur illuſtreturque. Denotat vocabulum illud barbarum, quod etiam BIRETA, BIRRVS, BIRRHETVS, BIRRETRVM enunciatur, generatim tegmen aliquod capitis, quo ſenſu iſtud ſub ſe complectitur omnes pileorum ſpecies. *a*) Sigillatim vero, indi-

u) *II. F. 2.*

x) *II. F. 2. pr.*

y) *II. F. 2. pr. II. F. 26. §. ſi facta.*

z) De multiplici poteſtate vocabuli ſymboli, vid. IOHANNES PAVLVS ENDTER in Diſſert. de *ſymbolica poſſeſſione iurisdictionis criminalis* §. II. pag. 7. edit. Altorfi 1712.

a) Celtica vox *Hut*, ſignificat quoque *tegumentum*, et deſcendit ab *büten*, de quo haec habet IO. GEORGIVS WACHTERVS in *Gloſſario Germanico* col. 772.: „antiquitus non ſolum „pileo, ſed omnibus capitis tegu„mentis tribuitur vniuerſe. BOX„HORN in Lex. Ant. Brit. *bu*, pile„leus, *bott*, *bottan* capitium, *bets* ga„lerus, *beur-bod* petaſus. SENNER „in

indicat birreti vocabulum, tegmen capitis conueniens cum figura et forma eorum pileorum, quibus clerici in ecclesiis et doctores in academiis solent ornari. *b*) Communem tuentur opinionem, sagaci studio verborum significationem atque originem indagantes scriptores, byrrum descendere a Graecorum πύῤῥὸν, voce denotante colorem igneum, *c*) seu rubrum, *d*) quemadmodum *birrus* speciatim rufi coloris lacernam indicat. Ego quidem non repudio illorum sententiam; hoc tamen crebra animaduersione perspectum mihi est; byrrhum etiam vocari cappam *e*) cum caputio, quanquam coloris sit diuersi. Quemadmodum enim *Birretum*, vel *Birretus*, inprimis vocatur, tegumentum capitis, quod solemne Doctorum est, ita in multis regionibus, inde a temporibus INNOCENTII IV. birretum Theologiae Doctores nigrum, Doctores Iuris purpureum galerum, *f*) Medici et Philosophi violaceum aut coeruleum accepere in solemnibus inauguralibus. E contrario autem, apud Britannos, consequuturi summos in iurisprudentia

„in Dict. Anglosaxon. *baet* mitra, galerus, *baefel* galerus, *bod* cucullus, „capitium. Glosf. KERON. mitra *buot.* „Glosf. BOXH. pileus, mitra *buat.* „Glosf. PEZ cydarim *bout.* VEREL „in ind. *bottur* cassis.

b) Quapropter duplicis sensus, qui adhibetur vocabulo birreti, in hac commentatione habenda erit ratio. Ceterum vid. de potestate vocis illius, LVCAS DE PENNA in Comment. ad *L. Murileguli, C. de murilegulis et gynaeciariis,* apud RAYNAVDVM de *pileo.*

c) Conf. *linguae latinae thesauri* celeberrimi IO. MATTHI. GESNERI Tom. I. col. 609. quo loco obseruatum quoque fuit, *pyrrhum* in *burrhum* mutatum esse a Latinis, teste CIC. *orat.* Cap. XLVIII. et QVINTIL. I. IV. XV. et XXV.

d) OCTAVIVS FERRARIVS de *re vestiaria* II. Part. Lib. I. 26.

e) De diuersa significatione vocabuli *Cappae*, vid. ANDREAS DV SAVSSAY in libro inscripto: *Panoplia Sacerdotalis* Lib. VII. Cap. I. pag. 143. seq. excus. Lutetiae Parisiorum 1653.

f) CONRINGIVS Diss. IV. *Academ. Antiqu.* pag. 136. et in supplement. pag. 363.

dentia honores candidati, ornantur albo birreto; qua de re FORTESCIVS Cancellarius, in libro de laudibus L. L. Angl. Cap. L. haec tradidit posteris: „In signum quod omnes iustitiarii illi taliter extant graduati, quilibet eorum semper „vtitur, dum in curia regis sedet, birreto albo de serico, „quod primum et praecipuum est, de insignibus habitus, „quo seruientes ad legem, in eorum creatione decorentur. „Nec birretum istud, Iustitiarius, sicut nec seruiens ad legem, „vnquam deponet, quo caput suum in toto discooperiet „etiam in praesentia Regis, licet cum celsitudine sua ipse loquatur.„ g) Olim quidem vocabulum *byrrhum* vestem vulgarem denotabat, vt docet IACOBVS GOTHOFREDVS ad *Veterem Orbis Descr.* Cap. XL. quam ob caussam quoque Ascetarum et Clericorum vestis velut humillima fiebat. Vid. *Canon. 12. Gangrensis* Tom. I. Conciliorum ab HARDVINO editorum, pag. 535. seq. vbi signum pietatis et humilitatis BYRRHVM vocatur, quemadmodum postea quoque birrus fuit insigne clericorum, id quod etiam SALMASIVS ad TERTVLLIANI librum de *pallio*, praecipue autem GOTHOFREDVS dedit probatum testimoniis idoneis maxime, in commentario ad L. I. Cod. Theodos. *de habitu quo vti oportet intra vrbem.* Codicis Theodos. ex edit. noua illustris IOAN. DAN. RITTERI Tom. V. pag. 236.

§. VI.

EXPENDITVR ORIGO INVESTITVRAE PER BIRRETVM, IN ACADEMIIS VSITATAE.

Originem ritus, quo birreta imponuntur candidatis, adpetentibus honores, in academiis conferendos, innumeri fere

g) Vid. HENRICVS SPELMANNVS in Glossario s. h. v.

fere ſcriptores aeque ac PEIRESCIVS *b*) putant, deſcendere ex ſtatua Metrodori cum galero ſuo, ſeu Arcadico pileo et infulis, cumque pallio Philoſophico et annulo in ſiniſtra manu: itemque ex ſtatuis quibusdam Hippocratis cum ſimili pallio epomideque *i*) adiuncta: ex inſcriptione quadam Eubuli Marathonii, ac infulata ſtatua non ad ceruices, ſed circum caput: ex conſimilibus Platonis, Theophraſti, cet. Non nego, diu eſſe Philoſophorum antiquiſſimorum caeremonias tritas conſuetudine, et tum pallia, tum coronas ſophiſtis eſſe impertitas ſolemni ritu; ſed mores in academiis noſtris aliquot ſecula expreſſos, indicia eſſe immediata illarum originum, plane probari non poteſt; quum refellant ſententiam iſtam rationes, ſtatim enarrandae luculenter. Ante annum MCCXXXI. vix occurrit exemplum vllum honorum, in academiis eo ritu diſtributorum, quo hodienum vtimur. *k*) Conferatur teſtimonium a NAVDAEO expoſitum in libro de *antiquitate Medicae ſcholae Pariſ.* quippe quod Papae GREGORII IX. verba exhibet, quorum prima haec ſunt: „ *Cancellarius promittet bona fide examinare magiſtros, et non niſi* „ *dignos admittens, repellet indignos;* „ cet. Sane Pariſienſis academia, cuius inſtituta, reliquae ad ſuos mores praeſertim adcommodarunt ſcholae, exemplum antiquius exhibet nullum; proin penetrare in vetuſtiora priſtinorum ſophiſtarum adyta atque inſtituta vix licet. Haud adrident hic nobis antiquitatibus Romanorum immoderate abutentes viri, qui, con-

b) Legi haec poſſunt apud GASSENDVM in *vita* PEIRESCII Lib. I.

i) Veſtitus ſacerdotalis partem, quae humeros tegit, vocabulo hocce Graeco denotari, conſtat. Vid. laudatiſſimi excellentiſſimique GESNERI *nouus linguae latinae theſaurus* Tom. II. col. 386.

k) V. ITTERVS de *gradibus academicis*, et CONRINGIVS c. I. pag. 363.

consuetudinem libertos pileis ornandi, induxisse pileos doctorum nostrorum, tradunt. Pro explorato quidem habeo, formulam *vocare ad pileum*, *l*) seu birreti speciem, conuenire cum hac: *vocare ad libertatem*, *m*) et manumissionibus pileos potissimum esse adhibitos: *n*) verum quam cognationem cum rerum natura, consensum et nexum idearum habeant inter se pileus liberti, et honor Doctoribus per birreta adsignandus, ego non perspicio; vereor etiam, ne inuita, et recusantia violenter huc transferantur, et aduersa explicentur benigne, si adumbrari ritus nostros inaugurales illis manumissionis caeremoniis, velis existimare. Quamuis igitur non ignoremus, multas deprehendere hic quosdam Dd. similitudines, et a seruitutis scholasticae iugo liberatos, pileis ornandos esse, credere, veluti libertatis symbolis, dum adspirant ad honores academicos; probabiliorem tamen explicationem in §. sequenti proferre, animus est.

§. VII.

INVESTITVRAE PER BIRRETVM, IN ACADEMIIS RECEPTAE, RATIO PROBABILIS PROFERTVR IN MEDIVM.

Contra peruetustam et permultorum animos peruadentem sententiam, modo expositam, birretum in academiis esse signum sacerdotii venerandi, et simulacrum tum clericorum

l) PANCIROLLVS Lib. II. *var. lect. iur.* Cap. CCXX.

m) SENECA *Epist.* XLVII. LIVIVS Lib. XXIV. Cap. XXXII. SVETONIVS in *vita Tiberii* Cap. IV. IAC. CVIAC. in recitat. solemnib. ad Tit. C. de *testamentaria manumissione*, et LAZIVS Lib. VII. *Com. Reip. Rom.* Cap. III.

n) Scimus etiam, quinam *pileati*, qui *coronati* venum iuerint serui apud Romanos. Vid. BARN. BRISSONIVS de *Formulis et solennibus populi Romani verbis* Lib. VI. p. 469. excus. Halae et Lipsiae. 1731.

rum vernaculum et proprium, tum Doctorum, qui proxime ad clericorum disciplinam et ordinem videntur accedere, pronuncio. Colorum abstrusa omina atque caussas, in tenebris, quam in luce iam versari, malo, vt et figurae quadratae birretorum academicorum vsitatissimae, rationes; id tamen penitus percipiendum esse, puto, clericorum praecedentiam et dignitatem, dudum esse birreto expressas, tam apud Graecos, quam apud Romanos; *o*) quin etiam apud Gothorum sacerdotes, quum hi, vti ostendunt antiquissima monimenta, vsi sint birretis, seu cucullis pellibus suffultis et demissis in pectus. Apud Longobardos etiam mos fuit, populum diuidendi in pileatos et capillatos. Nuncupabantur autem *pileati* sacerdotes, *capillati* vero laici, teste IORDANO de *Rebus Gothicis* Cap. XI. Esse quoque viros, doctrinae laude conspicuos, relatos inter sacerdotes, vel ipsum cognomen ICtorum, quos iustitiae sacerdotes nuncuparunt maiores, nouimus. Vid. *L. 1. §. 1. ff.* de *iustitia et iure*, *p)* et *c. 15. si quis virorum*, *Dist. 30. q)* Hos secuti sunt sapientiae antistites, quum pari ratione, tessera honoris et sacerdotii suos adornarent satellites meritis commendabiles; id quod cum verbis VIRGILII conuenire videtur, Libro VI. Aeneidos canentis:

Quique

o) Infra hoc. §. XII. testimoniis firmatum est.

p) Conf. THEODORI HÖPINOK Tractatus de *Insignium* siue armorum prisco et nouo iure, excus. Noribergae 1642. Cap. II. §. VI. Sect. VI. Memb. II. pag. 110.

q) Sensu proprio sic dictos sacerdotes, apud multas gentes, leges docuisse et explicasse, certus auctor et testis locuples est illustris EVERARDVS OTTO in elegantissimo libro de *Iurisprudentia Symbolica* Exercit. I. Cap. XII. pag. 69. seq. qui quoque *L. 2. §. 6. de orig. iur.* illustrat, ex qua perspicitur, iuris ciuilis scientiam diu Romae apud collegium pontificum fuisse.

Quique sacerdotes casti, dum vita manebat,
Quique pii vates, et Phoebo digna locuti;
Inuentas aut qui vitam excoluere per arteis;
Quique sui memores alios fecere merendo:
Omnibus his, niuea cinguntur tempora vitta.

Birreta rubra episcopis, iam ante tempora AVGVSTINI, praebita esse, docet ERASMVS de ratione concionandi Lib. III. Postea quidem insigne episcoporum viridis galerus et mitra fuerunt, aliaeque vicissitudines, in re vestiaria Romanae ecclesiae coortae, r) affecerunt etiam formam tegumenti capitis. Non attingam leges de infulis, tiaris, mitris et ornamentis aliis, sed indicabo tantum, clericos plerumque omnes tegmen capiti quadratum, vel rotundum, tam penes pontificios, quam apud Augustanae confessioni addictos, adcommodare; quamuis pro diuersitate regionum, figura et forma eiusmodi birretorum, multum inter se distent. Hinc concilium Turonense, anno MDLXXXIII. habitum, C. XIV. iussit, vt birrettis in ecclesia procederent clerici, et concilium Salisburgense, anno MCCCLXXXVI. institutum, C. VI. interdixit clericis, ne sine caputio capitis, birretto capello vel pileo cooperto proferrent se in ecclesia, seu in loco publico. Concilium quoque Bituricense, anno MDLXXXIV. celebratum, Tit. XII. Cap. III. iniunxit Canonicis eundem capitis cultum. Quum igitur clericos, et inprimis ecclesiae cathedrali, vel collegiatae adscriptos, adhibere oporteat birretum; quilibet perspicit, Doctores et Magistros, in multis rebus conuenientes cum illis, eo magis, quum olim in Germania, academica studia in collegiis Canonicorum et Monasteriis erant addiscenda, s) eodem ritu,

r) Vid. interpretes ad *Clement. quoniam, 2. de vita et honestate clericorum.*

s) HERM. CONRINGIVS de *Antiquitatibus Academicis* Differt. II. pag. 62.

ritu, auſpiciis Pontificis Romani, eſſe ornatos in actu inueſtiturae, quo canonici *t*) condecorandi erant, nimirum birreto. Licet enim ſecundum principia genuina iuris eccleſiaſtici Proteſtantium, academiae non conſtituant corpora eccleſiaſtica, ſed collegia ſint a ſummo principe priuilegiata, poteſtate praedita docendi diſcendique diuinarum et humanarum rerum ſcientias, et publica auctoritate conferendi titulos et honores in praemium eruditionis; Pontifices tamen Romani, et horum ſectatores, adnumerant eas eccleſiaſticis corporibus; *u*) id quod interpretes ad *cap. 11. ex literis, X. de conſtitutionibus*, et *cap. 1. X. de locato et conducto*, variis firmare rationibus, ſtudent. Quum igitur academiae ſint, ſecundum ius pontificium, ſocietates clericorum; concurrentem cum Imperatore poteſtatem erigendi et firmandi academias, Papa per diuturnum temporis ſpatium, adeo extra prouincias ſic dicti Patrimonii Petri, exercuit, et epiſcoporum ſpeciatim fidei et directioni demandauit eaſdem. De iure quo id fecerit, iam nihil inquiram; libet tamen diplomatum nonnullorum inſcriptiones adiicere, ex quibus elucet, praeſulem Romanae eccleſiae maximum hac fuiſſe conſpicuum poteſtate inprimis ſeculo XIV. et XV. Vid. Bulla IOHANNIS Papae XXII. pro erectione vniuerſitatis Cadurcenſis, anno MCCCXXXII. conſcripta, apud SAMMARTHANVM *Gall.*

 Chriſt.

62. ſeq. et IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS in notis ad VITRIARII *Inſtitutiones Iuris Publici* Tom. IV. Tit. X. pag. 710.

t) De Canonicorum inueſtitura per birretum, proferenda deinceps erunt exempla.

u) Pariſienſem tamen academiam, dictam *la fontaine d' Helicon, la bavre des Muſes, l' Ocean des ſciences*, eſſe ſeculare collegium, pronunciauit ſuprema Pariſienſis curia die v. Sept. MDLXXIII. vt adparet ex Lib. I. CHAROND. ad L. I. *des Colleges du Code* d' HENRY III. Lib. XI. Tit. III.

Chrift. Tom. I. probationum pag. 35. Bulla CLEMENTIS VI. qua Pifanis generale in ciuitate Pifana ftudium erigendi, libertatem conceffit anno MCCCXLIII. apud LVNIGIVM in *Codice Italiae Diplomatico* Tom. III. pag. 1521. VRBANI V. Bulla, quae academiae Vindebonenfi infignia dedit priuilegia, anno MCCCLXV. apud LVNIGIVM *Part. Spec. Contin. I. Fortf. I. Abf. IV. des Reichs-Archivs.* Bulla BENEDICTI XII. ftudium generale inftituendum Veronae concedentis, an. MCCCLXXIX. apud FERDINANDVM VGHELLVM *Italiae Sacrae* Tom. II. pag. 875. CLEMENTIS VII. Priuilegia academiae Erfurtenfi data anno MCCCLXXXVII. apud LVNIGIVM *im Reichs-Archiv Part. Spec. Contin. IV. Part. II. Fortf.* pag. 451. Bulla VRBANI VI. quae in vrbe Colonienfi inftituit vniuerfitatem ftudii generalis, ad normam academiae Parifienfis, anno MCCCLXXXVIII. apud CHERVB. *Bullarii Magni* Tom. IX. pag. 218. VRBANI VI. Priuilegia Erfurtenfi academiae anno MCCCLXXXIX. conceffa, apud LVNIGIVM *Part. Spec. Contin.* IV. Tom. II. *Fortf.* pag. 455. BENEDICTI XII. Priuilegium de ftudio generali erigendo conceffum Ciuitati Taurinenfi, anno MCCCCV. apud LVNIGIVM *Codicis Italiae Diplomatici* Tom. III. pag. 1079. Bulla GREGORII XII. Senenfe ftudium generale confirmantis, lauream que conferendi poteftatem concedentis, anno MCCCCVII. apud LVNIGIVM *Codicis Italiae Diplomatici* Tom. III. pag. 1581. MARTINI V. Bulla erectionis vniuerfitatis, feu ftudii generalis in oppido Louanienfi, anno MCCCCXXVI. apud MIRAEVM *Operum Diplomaticorum* Tom. I. pag. 223. EVGENII IV. Bulla, qua confirmat priuilegia vniuerfitatis Patauinae, ad inftar Parifienfis, anno MCCCCXXXIX. apud BVLAEVM in *Hiftor. Vniu. Parif.* Tom. V. pag. 447. EVGENII IV. Bulla, qua priuilegia

gia academiae Louaniensis firmantur anno MCCCCXLIII. apud LVNIGIVM *Cod. Ital. Diplom.* Tom. II. pag. 1350. NICOLAI V. Priuilegium pro academia Treuirica, a IACOBO Archiepiscopo fundata anno MCCCCLIV. apud BROWERVM *Annal. Treuir.* Tom. II. pag. 288. PII II. Bulla fundationis vniuersitatis Ingolstadiensis, data anno MCCCCLIX. apud HVND. *Metropol. Salisburg.* Tom. II. pag. 290. PII II. erectio Vniuersitatis Nannetensis, anno MCCCCLXIII. confecta, apud BVLAEVM *Hist. Vniuers. Paris.* Tom. V. pag. 661. PAVLI II. Bulla, qua priuilegia aliarum vniuersitatum concedit Vniuersitati Bituricensi, anno MCCCCLXV. apud CHERVB. in *Bullar. magni* Tom. IX. pag. 277. SIXTI IV. Priuilegium vniuersitati Ingolstadiensi concessum, anoo MCCCCLXXVIII. apud GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. II. pag. 292. Sed animus non est, fusius haec enarrare, multo minus autem excitare in sic dicto statu ecclesiastico hanc in rem a Papa promulgatas sanctiones. Id potius commemorare nos oportet, leges permultas et instituta, quae adhuc vigent in academiis, praesertim Germanorum, conspirare cum canonici iuris praeceptionibus; veluti annuli traditionem, *x*) osculum in inuestituris candidatorum nostrorum solemne, libri traditionem, *y*) cetera. Praeterea forum priuilegiatum doctorum et studiosorum in academiis; tituli rectoris, cancellarii, ordinarii, decanorum; priuilegia et immunitates ipsorum, sententiae meae fidem et auctoritatem vt adiungant,

 neces-

x) Per annulum aureum saepe peractam esse praebendarum inuestituram, constat; speciatim vero Episcopatuum inuestituram, per annulum & baculum. Vid. ANT. DADINVS ALTESERRA de *origine et statu Feudorum pro moribus Galliae* Cap. VII. p. 14. recus. Argentorati. 1728.

y) Ecclesiastica munera plurima per librum inuestiri, tradit IVO CARNOTENSIS *Ep.* CXXXII.

necesse est. z) Neque minus inuestitura per birretum, cum inuestitura honorum quam maxime conuenit, de quibus supra disputauimus; quandoquidem honoris vocabulum ad munera ecclesiastica et dignitates clericorum persaepe translatum est ab antiquis scriptoribus; nimirum ad episcopatum, presbyteratum et diaconatum, a) vti tum feuda regalia verbo *honoris* subiiciuntur, tum inferioris ordinis vtilia et honorifica iura, seruitiaque obeunda a vasallis. b) Quum igitur secundum leges clientelares, in feudis adeo regalibus laicorum, birreti vsus non raro, prae ceteris inuestiturae symbolis, habeat locum, c) potuit facile accidere, ut idem symbolum priscis sacerdotibus solenne, adcommodaretur ad eos, qui ordines clericorum, vel honores ecclesiasticos, quibus academicos a multis adnumerari, ostendimus, sibi olim expetiuerunt.

§. VIII.

INVESTITVRAE PER BIRRETVM VSVS IN FEVDIS VARII GENERIS, NEC NON IN SOLENNIBVS ALIIS ACTIBVS OSTENDITVR.

Ne incaute atque inconsulte proposita videatur nostra sententia; birreta in feudis et aliis solennibus actibus vsitata

z) PANCIROLLVS *Variar. Lect.* Lib. I. Cap LXXXIX. verba profert haec: „Postea . . . . quam longis „ac sacerdotalibus vestibus, quadra„toque pileo, insigniri Doctores „coeperunt, clerici sunt appellati, „(vt ex vetustis instrumentis con„stat,) et alii ad eorum differentiam „laici. „ Haec verba lege apud CONRINGIVM in *Supplement.* ad *Antiq. Academ.* pag. 365.

a) CANGIVS s. v. *honor.*

b) Vid. praeside FRANCISCO CAROLO CONRADI habita dissert. de *formula inuestiturae cum omni honore*, pag. 15. edit. Helmstadii 1746. et conscripta a generosissimo GEBHARDO AVGVSTO AB ALVENSLEBEN.

c) Id quod §. sequenti probandum erit.

ta fuiſſe, et adhuc vigere hanc conſuetudinem, planum faciam teſtimoniis. In limine igitur ſtatim declarandum cenſemus, tam impoſitionem birreti, quam contactum ipſius, in inueſtituris feudorum, et habuiſſe olim, et adhuc habere paſſim locum. Proin in ſequentibus producturi ſumus exempla ritus vtriusque. Inter actus maxime ſolennes, quibus birretum adplicatum fuit, refero hosce: Rex RICHARDVS I. teſte ROGERIO HOVEDENO, in coronatione fuit incinctus BIRRETO. Idem ROGERIVS HOVEDENVS ad annum MCLXXXV. narrat, Angliae Regem RICHARDVM ab HENRICO VI. Imperatore captum, de Angliae Regno per pileum ab Imperatore inueſtituram accepiſſe. *d*) Quanquam vero fabulis haec adſcribenda ſit narratio HOVEDENI, quum nec vola nec veſtigium actus huius generis occurrat in forma compoſitionis, confectae inter HENRICVM et RICHARDVM, apud THOMAM RYMERVM Tom. I. *Actorum Anglicanorum* pag. 84. ſequ. attamen inde colligendum videtur, a moribus iſtorum temporum non abhoruiſſe inueſtituram per pileum. Itaque hoc argumentum referimus tantum inter leuiſſima, probe gnari, ſcriptores alios alias hic fingere caeremonias inueſtiturae, quas HENRICVM obſeruaſſe, arbitrantur; et ſecundum ANTONII DADINI ALTESERRAE ſententiam, in libro de *origine, et ſtatu feudorum pro moribus Galliae* Cap. VII. pag. 14. admiſſam eſſe in actu illo inueſtituram per crucem: quum tamen nexus vaſallitícus HENRICVM inter et RICHARDVM nunquam initus ſit, vt adparet tum ex adducta ratione, tum ex *Chron. Halberſtad.* apud LEIBNIZIVM Tom. II. p. 138. et teſtimonio quod GVIL. BRITO Lib. IV. *Philipp.* pag. 276. pro-

d) Vid. etiam SELDENVS in libro inſcripto: *Titles of Honour* Lib. I. Cap. II. §. V.

produxit, excitatus ab Hiſtorico ſummo IOANNE DAVIDE KÖHLERO, qui Georgiae Auguſtae ornamento inſigni eſt, *in der kurtzgefaſten vnd gründlichen Teutſchen Reichs-Hiſtorie* pag. 197. Verum Dux OTTO filius Ducis WILHELMI Lüneburgici, anno MCCXXIII. vt verba diplomatis id oſtendunt, ab HENRICO PALATINO hunc in modum terras ſuas accepit: *heredi noſtro et legitimo ſucceſſori* CVPHIO *e) noſtro a capite dempto porreximus et in proprium dedimus Brunſwich ciuitatem cum vniuerſis miniſterialibus et cum omnibus caſtris;* cet. Vid. beati I. D. GRVBERI *Vorrede vnd vnpartheyiſche Betrachtungen über die aelteſte Nachrichten von Göttingen vnd der Göttingiſchen Gegend*, praemiſſa *der Zeit-vnd Geſchicht-Beſchreibung der Stadt Göttingen*, excuſ. Hannouerae et Göttingae 1734. pag. 53. Neque minus reperitur eiusmodi inueſtitura in diplomate anno MCCC. a WENCESLAO confecto, cuius verba praecipua adſcribere liceat: „ Nos WENCESLAVS Dei gratia „ Rex Boemiae - - notum facimus vniuerſis praeſentes litteras inſpecturis, quod nos ciuitatis Dresden, caſtri ibidem „ cum iudicio, hominibus ac ſylua caeteriſque pertinentiis „ ad eam ſpectantibus, nec non caſtri Radiberch, Fridwald „ ſyluae, ac Donyn caſtri infeudati cum hominibus, villis et aliis „ vtilitatibus, iuribus et pertinentiis eorundem, ac aliorum bonorum omnium vbicunque in terra Miſnenſi ſiſtentium, quae „ ab Epiſcopatu et Eccleſia Miſnenſi habemus et tenemus feudum, inueſtituram a Venerabili ALBERTO Epiſcopo Miſnenſi „ ſuo et ipſius eccleſiae nomine pro nobis et illuſtri WENCESLAO filio noſtro cariſſimo, prout iuris et moris eſt, requiſiuimus, petiuimus et recepimus praeſentialiter eodem Epiſco-

„ po

e) Cuphiam et *Cophiam* et *Capitium* eſſe ſpecies birretorum, dudum oſtenſum fuit a ſcriptoribus, qui verborum poteſtatem ſagaci ſtudio indagare ſolent.

„po NOS INVESTIENTE PER SVVM CAPVCIVM de eis- „dem, adhibitis ſolennitatibus aliis, in talibus conſuetis;„ cet. apud ANTONIVM WECKEN in *der Chur-Fürſtlichen Saechſiſchen weitberufenen Reſidentz vnd Haupt-Veſtung Dresden Beſchreib- vnd Vorſtellung* pag. 161. lit. M. typis impresſ. Norimbergae 1680. Pari modo RICHARDVS II. Anglorum Rex, inueſtiuit IOANNEM Lancaſtriae Ducem Ducatu Aquitaniae, PER PILEVM, anno MCCCXC. vt tradit THOMAS WALSINGAMVS in vita RICHARDI II. ad annum MCCCXC. apud FRESNEVM in *Gloſſario ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis* ſ. v. *inueſtitura.* Ex archiuis Vaticanis hanc deſcriptam habemus formulam: „Pontifex Max. de fratrum „ſuorum aſſenſu dat in feudum Regnum Sardiniae et Corſi- „cae proprietatem eccleſiae Romanae . . . . PER CAPAM „auream te praeſentialiter inueſtimus . . . ita tamen, quod „tu, (Rex Arragoniae) et ſucceſſores tui, praeſtabitis homa- „gium ligium vaſſallagium plenum et fidelitatis iuramen- „tum, ... et centum equites armatos, et vno equo ad „arma, et duabus equitaturis ad minus per quemlibet, et „quingentis peditibus terrae veſtrae de Arragonia, cum gagiis „per trimeſtre, a die quo intrabunt terram eccleſiae, ... „et inſuper cenſum duorum millium marcarum argenti „bonorum et legalium ſtrelingorum, vbicunque fuerit Ro- „manus Pontifex in feſto beatorum Petri et Pauli, annis ſin- „gulis, ſub poena excommunicationis poſt quatuor menſes „. . . et poſt tertium terminum, ſi non ſolueris, tu haere- „desue tui a dicto regno Sardiniae et Corſicae cadetis ex to- „to, et Regnum ad Romanam eccleſiam reuertetur; cet.„ *f*) Brun-

f) Apud IOANNEM BODINVM de *Republica* Lib. I. pag. 187. edit. Francofurti 1591. qui haec retulit: „Conſimile iuſiurandum praeſtitit „IACO-

Brunsuicenses Duces a praesule Corbeiensi hunc in modum inaugurari solent: *im Namen der hochheiligen Dreyfaltigkeit, bey welchen Worten er sein auf dem Altar neben sich stehendes schwartz sammetes* ABTSBIRET *dem vor ihm stehenden Gesandten über das Haupt, daß dasselbe kaum davon berühret wurde, hielte, und folglich wieder neben sich auf dem Altar setzte;* quae verba extant in illustris et summi ICti AVGVSTINI A LEYSER differt. cultissima de *feudis Brunsuicensibus* §. XXII. *g*) A FERDINANDO II. ad Electoralem dignitatem productus MAXIMILIANVS Dux Bauariae, ornabatur birreto et pallio; quas caeremonias indicarunt ADLZREITER *Annal. Boicae Gentis* P. III. §. XIV. pag. 107. et LVNIGIVS *Theatr. Caerem.* P. II. pag. 952. Legatis ERNESTI AVGVSTI Brunsuico-Luneburgici Ducis serenissimi, anno MDCXCII. ab Imperatore LEOPOLDO pileus quoque adferebatur, de quo euoluatur LVNIGIVS loc. cit. P. II. pag. 121. Quum Flensburgi FRIDERICO III. homagium praestaretur, idem ritus seruatus est: *Nachdem die Huldiguns-Eyde abgelget, hat des Herrn Stadthalters Excellenz Ihro Koenigl. Maiestaet allerunterthaenigst ersucht, dass alle dieienigen, so Lehn-Güter entweder für sich selbst, für ihre Vermandten oder in Vormundschafft erkenneten, solche durch* ANGREIFVNG EINES HVTES, *dem alten Herkommen gemeß suchen möchten, auch daß denienigen, so aus Vnwissenheit solches ietzo nicht thaeten, zugelassen werde, inwendig iähriger Frist dasselbe in der Cantzeley zu thun, als solches gnae-*

„IACOBVS Rex Aragonensis anno „MCCCLIII. addita cautione, vt leges, quae a Regibus antea latae fuissent, abrogarentur; et vt pontificem maximum ordini ecclesiastico „prouocare a Regis sententia liceret, „ cet.

g) Apud ill. procancellarium ESTOR in dissertatione plane egregia *de inuestitura sine litteris inuestiturae* Cap. II. §. XXXVIII. pag. 27.

gnaedigst von Ihro Koeniglichen Maiestaet gewilliget, ist des Herrn Stadthalters Excellentz vnter die Ritterschafft getreten vnd den Hut vorgehalten, woran er selbst gegriffen, dadurch seine Leben empfangen, vnd die übrige von der Ritterschafft so einige Leben haben, greiffen lassen, demnegst den Hut von sich vnter das Volck geworffen. b)

§. IX.

INVESTITVRA FEVDALIS PER BIRRETVM CONFICIENDA, CONSVETVDINE VNIVERSALI CVRIARVM QVARVNDAM CLIENTELARIVM FIRMATVR.

Exemplis modo adlatis vniuersales curiarum clientelarium quarundam consuetudines subiungere, animus est. Spectant huc primo vasalli Lauenburgici, quippe qui feuda obtinent, *durch Hinreichung des* BARETS sui Domini, vel *durch Hinreichung des durch Angreiffung ihres gnaedigsten Lehn Herrn Huts. Conf. Extract. Lehn-Tags-Protocolli, gehalten zu Lauenburg bey einer solennen Lehns-Reichung, den 24. Octobr.* anno MDCLXX. apud LVNIGIVM Corporis Iuris Feudalis Germanici Tom. II. Num. XLI. col. 1403. *i*) Pilei contactus efficit quoque inuestitu-

b) Haec verba, desumta ex libello, inscripto: *Kurtzer Bericht, wie dem Durchlauchtigsten Grossmaechtigsten Fürsten vnd Herrn, Herrn* FRIEDRICHEN *dem* DRITTEN, *Seiner Koenigl. Maiestaet gehorsamste Landstaende in Dero Fürstenthümber Schleswig vnd Holstein die schuldige Homagial-Pflichte am 6. Octobris lauffenden 1648sten Iahres in der Stadt Flensburg abgelegt, vnd was für Solennitaeten dabey beobachtet worden. Gedruckt zu Glückstadt 1648.* extant in celeberrimi ADAMI HENRICI LACKMANNI *dissertatione historica* de symbolica inuestiendi ratione per pileum, in qua ex instituto de inuestitura Ducatus Holsatiae et terrarum Cimbricarum agitur, excus. Kiliae 1744.

i) In protocollo excitato verba sub finem

ſtituram ſolennem feudorum in regionibus Cimbricis, etenim in actis *ſo bey der Huldigung zu Flensburg zwiſchen den Koeniglichen Daeniſchen Commiſſarien, dann Hertzog Philippen zu Schleſwig vnd Holſtein-Gottorff vnd denen Land-Staenden derer beyden Fürſtenthümer Schleswig vnd Holſtein gegen einander ausgefertiget worden*, de anno MDXC. Num. XXI. patrii moris tenaces Status his vtuntur verbis: *Es bittet eine ehrbahre Landſchafft, daſſ nach beſchehener Huldigung ihrer Lehn-Güter derer Eingeſeſſenen von Adel im Fürſtenthumb Holſtein, wie von alters hero geſchehen, mit Eingreiffung in einen Hut mögen verlehnet werden, woferne auch iemand ſchrifftliche Lehn-Brieffe haben wolte, daſſ ihm dieſelbe vor die Gebühr möchte gefolget werden;* cet. apud IOANNEM CHRISTIANVM LÜNIG in *Collectione noua, worinn der mittelbahren, oder Landſaesſigen Ritterſchafft in Teutſchland welche vnter dem Kayſer, auch Chur-Fürſten und Herrn angeſeſſen, vnd von der vnmittelbahren freyen Kayſerlichen Reichs-Ritterſchafft vnterſchieden iſt, ſonderbahre Praerogatiuen vnd Gerechtſame enthalten ſind*, Tom. II. col. 958. edit Francofurti et Lipſiae 1730. *k*) In feudis Pomeraniae, eadem retinetur

ſinem ita ſe habent: *ſo waere dieſer Fürſtenthums hergebrachter Gewohnheit gemaeſſ, daſſ die neuen Lehn-Leute, durch Angreiffung ihres gnaedigſten Lehns-Herrn Huths ihrer Lehn-Stücke halber, vergewiſſert vnd in die Poſſeſſion geſetzet würden, wobey es dann auch Ihro Hoch-Fürſtl. Durchl. gnaedigſt wolten bewenden laſſen, ſolten alſo herzutreten vnd Ihro Hoch-Fürſtl. Durchl. Huth angreiffen. Worauf Ihro Hoch-Fürſtl. Durchl. welche bey dem gantzen Actu mit gedecktem Haupte ſtanden, den Huth abnahmen, vnd denen Lehn-Leuten anzugreiffen darbothen, da dann dieſelbige einer nach dem andern hinzu traten, vnd Ihro Hoch-Fürſtl. Durchl. Huth mit gebührender Reuerentz angriffen, vnd ſprach der Herr Cantzler: es waeren nunmehro Sie, die Lehn-Leute durch ſothane Angreiffung des Huths, ihrer Lehn-Stücke verſichert.*

k) De feudis Cimbriae lectu digniſſima excellentiſſimus LACKMANNVS protulit l. c. paſſim.

netur caeremonia, quam in *Rechtlichen Bedencken von der Pommerschen Lehn-Güter Eigenschafft, vnd wie weit dieselbe mit der Lehn-Leute Schulden koennen beschweret werden*, ita descriptam legimus: *Bey der Erb-Huldigung ist dieser Gebrauch, dass weil bey Veraenderung des Lehn-Herrn durch einen Todes-Fall die Lehn-Leute schuldig seyn die Lehne zu suchen, vnd nach geleisteter Lehns-Pflicht aufs neue zu empfangen, sie zu solchem Behuff bey der Land- oder Erb-Huldigung bescheiden werden, vnd alsdann dieienige, so zu einem Geschlecht gehören, ihre oder ihrer abwesenden wie auch vnmündigen Vettern Nahmen, dem Lehn-Secretario anmelden vnd einschreiben lassen, darauf dann die gegenwaertige aus einem Geschlechte, nach der Ordnung, wie sie geruffen werden, insgesamt vortreten,* AN EINEN HVT *welchen einer des Geschlechts dem Lehn-Herrn reichet, zugleich* GREIFFEN, *vnd also zusammen vnd* simultanee *inuestiret vnd belehnet werden;* cetera. *l*) Quod ad feuda Halberstadiensia attinet, nobilium inferioris ordinis feuda eodem ritu conferuntur. Litteris enim consignata sunt haec in *der Nachricht von denen Leben-Sachen des Fürstenthums Halberstadt: vnd werden die Fürstlichen vnd Graeflichen Leben mit Darreichung einer Fahne, die Adliche mit* ANRÜHRVNG DES FÜRSTENHVTS, *die Bürgerliche vnd andere Feuda ignobilia aber vermittelst gewöhnlicher Praestation des Lehn-Eydes conferiret. m)* Ex quibus sane omnibus patet; passim adhuc vigere birreti vsum in feudis, quanquam in quibusdam regionibus alia symbola hodienum, loco birreti, quod olim fuit adhibitum, sint recepta.

l) Conf. CORPORIS IVRIS FEVDALIS GERMANICI Tom. II. Num. VII. col. 1490.

m) V. CORP. IVR. FEVD. GERM. Tom. II. Num. CIX. pag. 1133.

§. X.

DE INVESTITVRA PER BIRRETVM IN ALLODIIS VSITATA AEQVE AC IN ECCLESIIS.

Progrediendum est ad inuestituram per birretum, in allodiis obtinendam. Huc referendus est PIPINVS Francorum Rex, qui in S. Mononem martyrem per PILEVM contulit decimas, vt perhibet auctor vitae S. Mononis Cap. V. apud SVRIVM die XVIII. *Octobr.* pag. 297. Verba ipsius ita se habent: „ Vt ibidem relinqueret memoriam sui Regalis „ beneficii, per pileum, quod capite gestabat, auro gem„ misque ornatum omnes decimas, quas habebat, inter fluui„ um Vrtzen et Letium, perpetuo iure tradidit b. Mononi „ possidendas, ipsumque pileum, in testimonium huius lar„ gitionis suae, in eodem loco seruandum reliquit. „ *n*) Prae ceteris huc etiam pertinet institutum, quod religiose in iudiciis quibusdam seruatur, et ita in vernacula nostra nuncupatur. *Den Käuffer oder Pfandmeyer durch den Eingriff in des Richters Huth anzusetzen.* Id ipsum eleganter descriptum, in libro Domini DAVIDIS GEORGII STRVBEN de *bonis Meierdingicis* §. VII. pag. 188. edit. 1739. Brunsuigae et Hildesiae, reperitur, hunc in modum: „ Vogtetus Meierdingicus pileum „ ei porrigit, quem tangit his verbis: *Eck griepe an düssen* „ *Haut, damidde treb eck* (creditor pignoratitius addit *Pands*„ *wise) int Gauth in Nahmen des Herrn;* cetera. Pari fere ratione in locis quibusdam, si nouus ciuis inauguratur, quamuis nulla feudalis caussa subsit, attrectandus est consulis pileus, vti alias vasallus tangere solet Domini directi birretum; de qua

n) Extant haec in PFEFFINGERI notis ad VITRIARII *Institutiones Iuris Publici* Tom. I. Lib. I. Tit. XV. §. XXII. lit. d. pag. 1381.

qua consuetudine disputantem vide IOANNEM PETRVM A LVDEWIG de *iure clientelari Germanorum in Feudis et Coloniis* Cap. III. §. V. not. 2. pag. 52. excus. Halae 1717. Consuetudinem quod attinet vtendi birreto, in inaugurationibus clericorum in ecclesia, et Doctorum in academiis, solennem eam multis in locis fuisse, colligendum ex PETRARCHA de *remediis vtriusque fortunae* Lib. II. et PETRO LENAVDIERE de *priuilegiis Doctorum* Part. I. Qu. III. qui etiam formulam exhibet, qua birretum a Cadomensibus suis fuit traditum. Diplomata haud pauca quoque dant probatum, id insigne obtinuisse clericos et speciatim Canonicos. Ita NICOLAVS VOPPE a Nicolao St. Mariae Hamb. Decano receptus in vicarium D. Petri per IO. TZEVEN perpetuum ibidem vicarium inuestitus est anno MCCCCXXXIX. per TRADITIONEM BIRRETI. En verba diplomatis eam ob caussam confecti: „ Dominus Decanus supplicationibus dictorum iuratorum fauorabiliter annuens, visa per eum fundatione ipsius vicariae, „ eundem dominum NICOLAVM VOPPE ad praesentationem ipsorum iuratorum praedictorum, vt praemittitur, speciatim admisit, sibique eandem vicariam in nomine domini „ auctoritate ordinaria contulit et prouidit, inuestiendo eundem per BIRRETI SVI traditionem de eadem, mandans „ nihilominus honorabili viro Domino IOANNI TZEVEN „ perpetuo vicario in dicta ecclesia Hamburgensi, vt eundem „ Dominum NICOLAVM VOPPE in corporalem possessionem dictae Vicariae induceret, stallumque sibi in choro „ dictae ecclesiae sancti Petri Hamburgensis assignaret, aliaque „ faceret, quae ad ipsius Vicariae possessionem capiendam „ necessaria forent, seu alias quomodolibet oportuna; „ cet. Leguntur haec in I. Diplomatario Neomonasteriensi et Bordishol-

disholmensi N. CCCL. typis exscript. Lipsiae 1740. auspiciis perillustris Cancellarii ERNESTI IOACHIMI DE WESTPHALEN Tom. II. *monumentorum ineditorum rerum germanicarum praecipue Cimbricarum et Megapolensium*, col. 424. In eodem Tom. II. col. 2315. seq. occurrit IOHANNIS Episcopi Ratzeburg. confirmatio instaurationis et fundationis perpetuae vicariae in ecclesia S. Nicolai Wismariensis institutae a MATTHAEO BVCKOW, ea lege, vt post obitum ipsius collatio, prouisio et dispositio huius beneficii spectet ad fratres Kalendarum minorum, anno MCCCCXLVII. MCCCCXLIX. confecta; in quo diplomate verba ita se habent: „Praedi-„ctam vicariam, sicut praemittitur, per nos confirmatam et „approbatam ad praesentationem venerabilis Domini GER-„HARDI SCHWEDERS, Decani dictae fraternitatis nobis si-„gnificatam, ex petitione ante dicti CONRADI STENHAGEN, „laici, et CATHARINAE SCHMACHTHAGENS viduae, stu-„dioso Conrado Steinhagen clerico nostrae dioecef. contuli-„mus et conferimus, sibique de eadem prouidimus et pro-„uidemus instituentes et INVESTIENTES eundem PER BIR-„RETI NOSTRI IMPOSITIONEM principaliter ad eandem. „Quare vobis dominis supra scriptis committimus, et volun-„tate sanctae obedientiae mandamus, vt publicatum CON-„RADVM, vel saltem eius procuratorem in et ad dictae vica-„riae realem, corporalem effectualem et pacificam posses-„sionem vel quasi inducatis, admittatis et recipiatis, man-„dantes et facientes sibi et non aliter quod eius nomine de „ipsius vicaria vniuersis et singulis ad pios spectare dignosci-„tur vsus integraliter respondere.„ Adserti veritas adparet etiam ex diplomate, anno MCCCLXXX. conscripto, et publicato ab ANTONIO MATTHAEI Lib. II. *Manud.* ad *Ius. Can.*

Tit.

Tit. II. pag. 202. in quo haec continentur. „FRIDERICVS „DE MAERNE, canonicus memoratus, canonicatum et „praebendam ecclesiae S. Ioannis .... nouissime vacantes „.... IOANNI DE RENESSE praesenti et recipienti pure „et simpliciter propter Deum contulit atque dedit, et PER „BIRRETI SVI TRADITIONEM SIBI PROVIDIT DE IIS-„DEM.„ Verum hodienum quoque in inuestituris canonicorum birrettum adhiberi, tradit illustris cancellarius IVSTVS HENNING BOEHMERVS in *Iure Ecclesiastico Protestantium* Tom. II. Lib. III. Tit. VII. §. VII. pag. 551. typis impress. Halae Magdeburgicae 1732. Facere quidem non possumus, quin obseruemus, eiusmodi inuestituram clericorum, ante concordata anno MCXII. inter Imperatorem HENRICVM V. et Pontificem Romanorum CALIXTVM II. inita, *o*) habuisse eam vim, quam secundum Ius Decretalium, hodienum sub se continet institutio, quae in sensu strictiori sumta, est collatio beneficii non libera, ad praesentationem patroni facta ab Ordinario. Quum enim patronus et laicus quisquis sit, compos non videatur pleni iuris, ratione beneficii ecclesiastici, quia sterilis est spiritualis potestatis, quae hic requiritur, quemadmodum ius pontificium pronunciat; *p*) hinc vel episcopus, vel Papa supplere id debet sua institutione, ea lege, vt institutionis episcopalis expers, fructus beneficii ecclesiastici percipere nequeat, vt adparet ex *cap. 3. X. de institutionibus.* Vnde etiam colligunt pontificii, praesentatum, procul habita institutione, si ipse possessionem beneficii capessit, ius omne per

o) Quae inserta sunt *Corpori Iuris Publici* S. I. R. G. Tom. I. Num. II. pag. 5. seq.

p) Euolui possunt nostra *Elementa Iuris Canonici* Tom. I. Lib. II. Tit. XXV. pag. 459.

per praesentationem acquisitum amittere; q) institutione autem adhibita, actualem possessionem bonorum, et redituum beneficii obtineri. Sed iure antiquo longe aliter res se habebat, quum v. c. Germanorum episcopi, adeo ratione muneris sacri, subiecti fuerint Imperatori, et officium hocce, proin beneficium connexum, inuestitura per baculum et annulum acceperint. Audiamus hoc de argumento scriptorem classicum, et meritis suis in rem publicam litterariam post fata etiam celeberrimum LVDOLPHVM HVGO Capite IV. §. XVI. de *Statu Regionum Germaniae et Regimine Principum summae Imperii Reipubl. aemulo*, vir illustris nimirum haec protulit: „Episcopi, (sermo est de temporibus ante conuentionem istam anno MCXXII. confectam, praeterlapsis) „non tantum quoad dignitatem ciuilem Principis, sed etiam, „quoad sacrum munus, Imperatori subiecti erant; Siquidem „ipsum officium Episcopale ab eo accipiebant. Inuestitura „enim per *Baculum* et *Annulum*, quae ab Imperatore fiebat, „collationem muneris Pastoralis significabat. Mota autem „hac de re controuersia, a GREGORIO VII. cum Pontifices „personas sacras, magistratui ciuili subiectas negarent, ideoque laicam inuestituram iniustam contenderent; contra vero „Imperatores Imperio in Episcopos, Regalium, amplarumque regionum possessores, se abdicare nollent, haec quasi „media via inuenta est, vt, omissa inuestitura per baculum et „annulum, inposterum episcopus, canonice electus, ab Imperatore per sceptrum Regalia acciperet, id est, vt sacro Episcoporum munere Imperatoris iurisdictioni subtracto, ciuilis tantum eorum functio, Regaliumque possessio, Imperatori subdita maneret.„ cet. r) Quamuis igitur tum maiorum,

q) *Cap. 5. de elect. in 6.*

r) Libens praetermitto pacta et leges, quae con-

iorum, tum minorum clericorum inuestiturae diuersi generis, postea sint receptae, et speciatim inuestitura, de qua disputauimus, per birretum; quilibet tamen facile perspicit, eam nec cum ordinatione clericorum, nec cum institutione eorundem esse confundendam.

§. XI.
DE INVESTITVRA PER BIRRETVM IN ACADEMIIS VSITATA.

Penes quos potestas est, honores in academiis distribuendi, iis iniungitur ab Imperatore vsus birreti. Sane fidem hic facit diploma Imperatoris MAXIMILIANI II. academiae Teutoburgensi datum anno MDLXVI. verba nimirum inserta priuilegio, se ita habent: „Illustri Duce Iuliacensium et eius „successoribus, in unaquaque facultate instituenda, electis „ad id idoneis et prae ceteris excellentioribus in illis facultatibus Doctoribus his, qui ad sumendam palmam certaminis sui idonei iudicati fuerint, adhibito per ipsos Doctores „collegii in vnaquaque facultate prius pro more et consuetudine atque solemnitatibus et ritu in ceteris vniuersitatibus

 „obser-

concordata nationis Germanicae ista exceperunt, atque effecerunt ius hodiernum, quum sit alibi hac de re disserendum; conf. tamen LVDOLPHVS HVGO c. l. Cap. IV. §. XVI. et MAIMBVRGIVS *de la decadence de l' Empire* Lib. IV. pag. 356. et IO. GVILIELMVS ITTERVS de *Feudis Imperii* Cap. IX. §. XXXIII. pag. 509. et passim. Id tamen omittendum non est, feudis ecclesiasticis sceptrum incuruatum olim in inuestitura esse adhibitum, quam ob caussam quoque feuda ipsa dicebantur *Scepter-Leben*, sed hodienum Imperatorem, tam ecclesiasticos, quam seculares vasallos inuestire ense euaginato, et inuestiendos osculari extremum c[illegible]hum capuli ab Imperatore porrecti. Add. IOSEPHI LEOPOLDI ROTHII *Pandectae Feudales* Quaest. XXX. pag. 70. edit. Francofurti ad Moenum 1736.

„ obseruari solitis rigoroso et diligenti examine ...... in ea „ facultate, quam didicerint et qui examini praedicto se submiserint, et se pro more et iuxta statuta et ordinationes per „ praef. illustrem Ducem Iuliacensium et eius successores faciendas, per alios dignos et honestos viros de gremio ipsius „ collegii praesentari fecerint, possint ad ipsum examen admitti, et inuocata spiritus sancti gratia examinari, et si hoc „ modo habiles, idonei et sufficientes reperti et iudicati fuerint, Baccalaurei, Magistri, Licentiati siue Doctores pro vniuscuiusque scientia et doctrina creari, et huiusmodi dignitatibus insigniri, nec non PER BIRRETI IMPOSITIONEM „ et annuli aurei et osculi traditionem, ceterisque consuetis „ solemnitatibus INVESTIRI, et consueta ornamenta atque „ insignia dignitatum praed. eis tradi et conferri; „ cet. Vid. LVNIGII *Reichs-Archiv* II. *Continuat. dritte Fortsetzung* N. XV. pag. 420. Imperatoris MAXIMILIANI II. priuilegium, academiae Iuliae, die IX. Mai. anno MDLXXV. concessum, euincit id ipsum, nec non diploma ab Imperatore FERDINANDO III. Kiloniensi academiae anno MDCLII. die XXVI. Aprilis datum. Tacitus innumera aliarum academiarum priuilegia praetermissurus, tantum obseruo, in priuilegiis a diuo CAROLO VI. academiae Georgiae Augustae dato die XIII. Ian. anno MDCCXXXIII. birreti vsum praefinitum esse his verbis: „ cum ipsa studia eo faciliori gradu procedant, et „ maius sumant incrementum, si praeclaris ingeniis et disciplinis ipsis suus honos et dignitatis gradus statuatur, atque „ emeriti aliquando digna laborum suorum praemia consequantur, statuimus et ordinamus, vt per collegia Doctorum, seu Professorum, electis ad id idoneis, et prae ceteris excellentioribus, si qui ad sumendam palmam certami-

„ nis

„ nis sui habiles iudicati fuerint, adhibitis prius per ipsos Do-
„ ctores et Professorum pro re et consuetudine solennitatibus,
„ et ritu in ceteris vniuersitatibus obseruari solitis, rigoroso
„ et diligenti examine (in quo conscientias ipsorum Professo-
„ rum onerari volumus) eos, qui se examini submiserint, atque
„ pro more et iuxta statuta scholarchis per aliquos dignos et
„ honestos viros praesentari se fecerint, possint ad ipsum exa-
„ men admitti, et inuocata spiritus sancti gratia examinari, et
„ si hoc modo habiles, idonei et sufficientes reperti atque
„ iudicati fuerint, Baccalaurei, aut Magistri, vel Licentiati,
„ vel Doctores pro vniuscuiusque scientia et doctrina creari,
„ et huiusmodi dignitatibus insigniri, nec non PER BIRRETI
„ IMPOSITIONEM et annuli ac osculi traditionem, ceterisque
„ consuetis solennitatibus inuestiri, „ cet. Quae reperias in Parte I. *der Chur-Braunschweig-Lüneburgischen Landes-Ordnungen vnd Gesetze, zum Gebrauch der Fürstenthümer, Graff- vnd Herrschafften Calenbergischen Theils* pag. 705. edit. Göttingae 1739.

§. XII.

BIRRETVM IN INVESTITVRA FEVDALI ET ALLODIALI SIGNVM HONORIS, DOMINII, VIRTVTIS ET LIBERTATIS ESSE, EX RATIONIBVS COLLIGITVR PROBABILIBVS.

In summam contrahentibus nobis, de inuestitura per birretum adhuc disputata, haud difficulter est ad intelligendum, tum sacerdotum insigne proprium, tum generale sanctitatis morum, honoris, dominii et libertatis symbolum repraesentare atque constituere birretum, non in feudali solum, sed in allodiali etiam inuestitura. Sane §. V. VI. et VII. in medium

propositae rationes, hic confirmandae atque augendae, verisimilitudinem quandam adferunt, cui tam diu inhaerendum autumo, donec in re, cuius origines a temporibus nostris sunt remotissimae, et maxime disiunctae, perplexae atque obscurae, probabilior occurrit coniectura. Birretum nempe stricte sic dictum, insigne est clericorum, vti supra fuit ostensum, et immediate originem suam trahit ab hominibus sacri ordinis, *s*) quum hi praesertim tum ipsi inuestiti sint birretis, tum a clericis birreto etiam in inuestitura insigniti sint laici; id quod itidem probatum dedimus: attamen laicorum principes ipsi, aeque ac horum vasalli, eundem capitis cultum adseruarunt, inprimis ob honorem, quem pileis adumbratum iam esse priscis temporibus, constat inter omnes, quemadmodum WEDELIVS Exercitatione X. de *nummis pileatis* pag. 76. luculenter euicit, aliique antiquitatum peritissimi viri. Virtutis quoque singularis insigne, priscis fuisse pileum, ERASMVS in Chiliadibus pronunciat. *t*) Hinc sacra peracturi velabant capita Romani, praecipue vero in Saturnalibus, libertatis declarandae gratia, gestabant pileos. Nam exploratum habemus, raro Romanos vsos esse pileis, quamuis in ludis, vt et peregrinantes, *u*) nec non iniurias tempestatis auersuri, et morbo laborantes Romani, *x*) et eorum milites, pileos adhiberent, Panonicis ex pellibus confectos.

s) Inter insignia sacerdotum, penes Graecos iam erat *Petasus*, vt perspicimus ex LAZII, BAISII, LAVRENTII et aliorum scriptis.

t) Apud IOANNEM ROSINVM Lib. I. Cap. XX. pag. 174. *Antiquitatum Romanarum* excus. Coloniae 1645.

u) Huc spectant illa CICERONIS de tabellariis in Epistola: *petasatos eos venire et comites exspectare ad portam.*

x) OVIDIVS hanc in rem canit:
Arguat et macies, animum, nec turpe putaris,
Pileolum nitidis imposuisse comis.

ctos. *y*) Praecipue autem pontifices apud Romanos Tutulo vtebantur, hoc eſt, pileo lanato. Galerus etiam ex pelle hoſtiae Ioui caeſae Flaminis Dialis proprius, cui ſine galero nunquam licebat eſſe in publico, conficiebatur. Apex quoque, id eſt, pileus ſubtilis circa medium virga eminente, erat reliquorum flaminum et ſacerdotum inſigne, teſtibus LAVRENT. Vol. VII. *Antiqu. Graec.* GRONOVII pag. 151. et IO. PAVLO KRESSIO in disquiſitione paroemiae: *vnter dem krummen Stabe iſt gut wohnen* Cap. I. §. 1. pag. 4. impreſſ. Ienae 1712. Permultis igitur exceptionibus ſubiecta eſt POLYDORI VERGILII ſententia, exiſtimantis, tegmen capitis, quod birretum vocamus, eſſe inuentum nouitium, *z*) cuius errorem repudiatum iam videmus a IOANNE BRODAEO *Miſcellaneorum* Lib. VIII. Cap. XVII. pag. 54. excuſ. Francofurti 1604. *a*) Quumque praeterea togae laciniam in caput ſaepe reiicerent Romani, eamque detraherent in honorem alicuius, *b*) qui vſus pilei honorificus *c*) apud nos etiam viget, facile fieri

y) Plura hic dabit IVSTVS LIPSIVS de *Amphitheatro* Cap. XX. pag. 51. edit. Antwerpiae 1604. qui etiam de Germanorum hac in re conſuetudine agit et ad TACITVM prouocat. Praeterea conſtat, ſenes et delicatos, penes Romanos, aeque ac libertos, vſos eſſe pileis.

z) Verba POLYDORI VERGILII ſunt haec: „ Veteres omnes caput „non velabant, ſicuti teſtantur nu„miſmata, vel ipſae ſtatuae, quae, „vt Romae vidimus, apertum caput „habent. „

a) Conf. *Lampas, ſiue fax artium liberalium*, hoc eſt, theſaurus criticus, foras prodire iuſſus a IANO GRVTERO Tom. IV. impreſſ. 1604. p. 54.

b) Teſte LIPSIO de *Amphitheatro* Cap. XX. Obſeruandum hinc eſt, eos apud Romanos, queis pilei nullus vſus erat, reieciſſe laciniam togae in caput, et hac ratione contra injurias aeris eos fuiſſe tutos. Legatur illuſtris EVERARDVS OTTO c. l. p. 170.

c) Symbolum etiam nobilitatis fuiſſe pileum apud Romanos, et adhuc apud Turcas, tradunt PIERIVS Lib. XL. *Hieroglyph.* pag. 293. KIRCHNER. de republ. Diſp. II. Coroll. 5. et THEODORVS HOEPINGVS de *Iure inſignium* Cap. II. pag. 58.

fieri potuit, vt pileus, tanquam insigne honoris, feudorum inuestituris adplicaretur, feudis inquam, quorum maxima multitudo in honorem *d*) et praemium virtutis fuit instituta conseruataque. *e*) Profecto, disputata a nobis de *honore*, et vi vocabuli huius apud Francos, quippe qui *ditionem* et *dominium* vocabant *honorem*, (v. §. IV.) plane conueniunt cum coniectura nostra; ita, vt multis de caussis, tum in inuestituris feudalibus, tum in allodialibus, transferendi dominii symbolum plane idoneum sit birretum, honoris, hoc est domini et dominii, tum reuerentiae *f*) domino directo vel summo exhibendae, et officiorum coniungendorum, quin et virtutis fidelitatisque inprimis simulacrum. Haud quidem pro demonstratione philosophica hanc nostram coniecturam vendi-

d) Qua propter multi pronunciant, vocem *Herrligkeiten*, nihil aliud significare, quam *honores*, et superioritates; eandemque ob caussam omnibus nobilium inuestituris plerumque eam inseri. Vid. WESENBECIVS. Conf. 299. n. 7. et SPRENGERVS de *pace relig.* Cap. X. p. 96. nec non BOECLERVS in *Notit.* S. R. I. Lib. II. Cap. II. quamuis negari non non possit, vocabulum *Herrligkeiten* speciatim indicare *Regalia*, et in se ambiguum explicandumque secundum subjectam materiam et circumstantias tum rerum, tum personarum. Conf. FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPRECHT *Euolutio Clausulae: mit denen Herrligkeiten*, excus. Tubingae 1691.

e) Hinc etiam antiquis temporibus non quilibet erat feudi capax, sed tantum oriundi ab homine militari et meritis condecorato. Vid. AVTOR VETVS *de Benefic.* §. IV. pag. 99. add. IVS FEVDALE SVEVICVM Cap. I. et IVS FEVDALE SAXONICVM Cap. II. et consultissimi atque excellentissimi CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII *zuverläßiger Entwurf von dem Landsaeßigen Adel in Teutschland* pag. 50. et pag. 269. edit. Norimbergae 1735.

f) Forsan hoc illustrari potest *L. 13.* §. 4. *ff. de iniuriis et famosis libellis*, in qua vocabulum *honoris*, indicat *reuerentiam.* Praeterea constat, maiores in ecclesia dignitates, *honores* praecipue adpellari, nec non beneficia maiora in cathedralibus ecclesiis.

vendimus, ſed tamen pluribus eam firmari requiſitis ad veritatem determinandam neceſſariis, quam aliorum hac de re opiniones, exiſtimamus. Nam qui ex ſola nota libertatis, et pileis libertorum, inueſtituram noſtram feudalem et allodialem, et in academiis noſtris vſitatam per birretum inaugurationem, explicant, vt premantur dubiis, ſupra propoſitis, aliisque, neceſſe eſt; nec via tutiori incedunt, qui alias hic fingunt hypotheſes, aut credunt, ſolum honoris cultum denotari ſymbolo iſto feudali; quandoquidem haec ratio non videtur ſufficiens atque adaequata in adplicatione ad allodialem et feudalem inueſtituram per birretum, et proprietates inter ſe quam maxime diuerſas diſſimileſque, ratione reliquarum inaugurationum per birretum confectarum, de quibus ſupra fecimus mentionem.

§. XIII.

INVESTITVRAM FEVDALEM PER BIRRETVM, EFFICERE IVS IN RE, PRONVNCIATVR.

Anceps eſt quaeſtio, an inueſtitura abuſiua ius in re efficiat atque interdictum recuperandae poſſeſſionis? Propriam inueſtituram quod attinet, hanc ſecundum II. *F. 8.* §. *rei*, et *L. 1. §. f. ff. de ſuperficiebus*, diiudicandam eſſe, putamus; verum de hac iam non diſceptamus, ſed de inueſtitura abuſiua, cui Dd. alii, dominii et poſſeſſionis adſcribunt naturam, alii autem minus. Nos autem aienti ſententiae adſtipulamur, quandoquidem poſſeſſio haud raro ſine adprehenſione transfertur, quemadmodum patet ex *L. 74. ff. de contrahenda emtione*, et *L. 9. §. 3. ff. de adquirendo rerum dominio*, et *II. F. 88.* et *II. F. 43.* praecipue vero, quum ſecundum mores Germanorum, aliarumque gentium permultarum, ad transferendum rei dominium, dantis et

accipientis voluntas, signis declarata, sufficiat; *g*) ita, vt *L. 20. C. de pactis*, qua adseritur, pactis nudis et contrahentium voluntate non transferri rerum dominia, mere arbitraria lex sit, eoque minus nos hodienum adstringat, quum in ipso iure Romano passim occurrant exempla acquisitae possessionis sine vlla corporis adprehensione atque tactu quodam. Proin ratio nulla est, cur non id ipsum debeat adplicari ad feuda, si nimirum ex actu inuestiturae, illa domini directi voluntas colligenda est. Non ignoramus quidem, Longobardici iuris capitibus nonnullis condoceri, post inuestituram adhuc esse Dominum in possessione, *II. F. 2. II. F. 7. §. 1. II. F. 26. §. si facta*, nec non id conspirare cum multis legibus Romanorum: sed tamen inde non fluit, Longobardicas illas praeceptiones adtemperandas rigide esse ad Germanorum consuetudines feudales. Nemo enim est, qui nesciat, iam antiquissimis temporibus, translationes dominii rerum immobilium, signis esse indicatas apud maiores nostros variis multiplicibusque, *h*) et ex litteris inuestiturae innumeris fere adparere, inuestituram abusiuam effecisse tum dominium, tum possessionem vasalli; *i*) quemadmodum etiam secundum ius naturae, sola symbolica traditione transferre in alios possumus dominia rerum. Quamuis igitur regerere quis velit, symbolis constitui haud posse possessionem; respondemus tamen: penes Germanos, inuestitos abusiue, haberi pro possessoribus. Haud difficulter igitur erit ad intelligendum, inuestituram per birretum, cum sit abusiuae inuestiturae species, vt supra euicimus, itidem ius in re et possessionem penes Germanos efficere solere. Quibus plura addi possent et deberent, nisi grauiter ac copiose essent iam occupata prolataque ab illustri FRIDERICO ESAIA PVFENDORFIO in *Obseruationibus Iuris vniuersi* Obseru. II. seq. pag. 1. seq. excus. Francofurti et Lipsiae 1744. Igitur eo magis hic filum dissertationis abrumpimus, ne in infinitum oratio crescere videatur.

g) ITTERVS de *Feudis Imperii* pag. 548. seq.

h) V. STIERNHOOK de iure *Sueorum* et *Gothorum vetusto* pag. 234. et ill. ESTOR pag. 6. differt. de *inuestitura sine litteris.*

i) Legendus hic est illustris Procancellarius ESTOR c. l. pag. 45. qui argumenta egregia hanc in rem attulit, et IOANNES SCHILTERVS ad Cap. IV. IVRIS FEVDALIS ALEMANNICI pag 144. *Codicis Iuris Alemannici Feudalis.*

V. DIS-

V.

DISSERTATIO

DE

IVREIVRANDO PRINCIPIS

ERVDITORVM DISQVISITIONI PVBLICAE

EXPOSITA

A RESPONDENTE

GEORGIO FRIDERICO BRANDES

L. L. C.

GOETTINGAE MDCCXL.

DISSERTATIO
DE
IVREIVRANDO PRINCIPIS.

§. I.

Praeclare ac ſapienter a diuis Seuero et Antonino reſcriptum illud: *Licet legibus ſoluti ſimus, attamen legibus viuimus: a)* obſeruatum, moribusque diuturnis confirmatum eſſe a bene multis principibus, nemo eſt qui ignoret. Ea quidem ſummorum imperantium conditio eſt, vt nec iudicari, nec puniri a quoquam mortalium queant, nihilominus obligationes ſemel in ſe ſuſceptas, vt tueantur, et ſummam earum compleant, diuinae ſeu naturalis legis habita ratione, neceſſe eſt. Pactorum enim ac contractuum ſanctitas, ſine quorum vſu, vix vllo modo ſocietas humana optatum finem ſortitur, exactam in iis ſeruandis diligentiam praeſcribit. Admirationem itaque non habent iurium atque obligationum varia genera, quibus principes, maieſtati diuinae ſoli ſubiecti, fidem obſtringere ſolent. Potiſſimum ea inter eminent vincula, ſermonis officiis addenda, vt eo maiorem his faciant certitudinem, quaeque iurisiurandi vocabulo inſigniuntur. Referri autem iuramenta principum, modo ad actus inaugurationem principis antecedentes, modo eam excipientes, *b)* quibus promittitur regni talis administra-

a) Inſtitut. *§. fin. quibus modis teſt. infirm.*

b) In Germanicae gentis imperio duplex promiſſio iſtiusmodi vſitata eſt, teſte LVNIGIO in *Schauplatz aller Ceremonien* Tom. I. pag. 1292. ſeqq. et M. FRIDERICO MVLLERO in exercitatione academica, qua *Politicam Symbolicam*, praecipuis qui ad inaugurandos reges adhibentur ritibus comprehenſam, praeſide celeberrimo MARTINO HASSEN propoſuit Vitebergae 1736. 4.

nistratio, qualis est imperii constitutionibus sancita, constat. De his igitur et aliis iurisiurandi speciebus, ad capessendam rempubicam spectantibus, iam dispiciendum nobis erit fusius. Eo magis animum ad praeclarum adiicimus argumentum, quoniam offendere in eo, praecipui auctores iures publici, consueuerint. Praemittere vero liceat perpauca placita, vnde poterit ratio sequentium hauriri.

§. II.

Iusiurandum generatim consideratum, est contestatio cum inuocatione dei vindicis coniuncta; seu religiosa numinis diuini, tanquam testis et vindicis inuocatio, in assertionis confirmationem.

§. III.

Sunt qui iusiurandum tanquam partem diuini cultus contemplantur, quoniam in eo ad attributa dei, nimirum ad omniscientiam, omnipotentiam, iustitiamque summam referretur animus. Arma vero iam contra eorum sententiam non stringimus, *c*) licet ex ipsa notione §. II. adscripta, redargui queat. Sed obseruamus modo, iuramenta omnino adhibenda fuisse, vt corrupti hominum mores reuerentia metuque irae diuinae coercerentur. Hinc recta ratio instituti huius necessita-

c) Iuramentum τῆς λατρείας cultus religiosi speciem adpellarunt pontificii; hancque ob caussam vsum illorum crebriorem non posse prohiberi a principibus, affirmant. Conf. IVST. HENNING. BOEHMERVS in *Iure Ecclesiastico* Lib. II. Tit. XXIV. §. IX. pag. 1269. Finxerunt autem illam doctrinam pontificis sectatores, vt forum ecclesiasticum amplificarent, quoniam id largiuntur plures, quae ad liturgiam et sanctitatem cultus diuini pertinent, reseruanda esse clericorum iudiciis. add. M. CHRISTOPH BEYERVS in tractatu historico-morali de *Origine et natura praeiudiciorum in iureiurando eiusque relaxatione* Cap. II. §. LXXX. pag. 155. edit. Lipsiae 1720. 4.

ceſſitatem comprobat, quum veritas vix alio modo elici poſſit atque indagari. Non dicam de incredibili vtilitate illius, dum tam noſtra quam aliorum iura, eo certa reddantur, confirmentur, vindicentur; quae infirmo alias niterentur talo. Nam eo vſque impietatis, perplures procedunt, vt aliena a veritate loquantur; peierare autem ii tantum ſolent, hoc eſt perpauci, qui omnem religionis ſenſum radicitus ſibimet excutere cupiunt.

§. IV.

Quidquid et vera bona noſtra et aliorum tuetur atque adauget, id remedium felicitatis eſſe, arbitramur; Ergo iusiurandum cautionibus adnumerandum eſt ſaluberrimis. (§. III.)

§. V.

Si iureiurando confeſſio corroboratur, illud vocatur aſſertorium; ſi autem nos aliquid praeſtituros, interpoſito ſacramento, pollicemur, hoc iuramentum promiſſorium vocatur. Ex horum complexu et coniunctione mixtum exoritur iuramentum.

§. VI.

Qui iurisiurandi finem eſt conſecuturus, deo et attributis §. III. percenſitis, fidem atque auctoritatem adiungat, neceſſe eſt. Athei itaque ſacramento nequeunt contendere.

§. VII.

Dei libertatem et iuſtitiam in dubium vocantes, iuramento non deuinciuntur.

§. VIII.

Iuramento veritas elicitur; (§. II.) ſi haec igitur iam fuerit explorata, adferendum illud non eſt. Id quod ex notione

ne medii et finis patet; si enim finem obtinuimus, non opus est medio, in quo ratio finis ponitur.

§. IX.

Nimius iurisiurandi vsus, in rebus nempe paruuli momenti, non conuenit cum summa reuerentia, quam deo debemus; quod ex theologiae naturalis principiis facile euincitur. *d*)

§. X.

Maledictio vocatur, si aliis adprecamur res infaustas. Maledictio igitur est illicita, quoniam leges naturae iubent, vt commodis aliorum inseruiamus, iisque bene cupiamus. Hinc plane etiam maledictio diuersa est a iureiurando. *e*)

§. XI.

d) Prudentissime igitur pontifex Alexander III. decreuit, ne iusiurandum praestaretur sine necessitate, in Cap. 2. X. de *probationibus.* Alii vero vel conditores canonum, vel interpretes eorum, misere deprauarunt iuramentorum vsum, quae auspiciis suis ad leuissimas res fuerunt adplicanda.

e) Non nego tamen, saepe iungi Principum iuramentis diras; ita ARNVLPHI Archiepiscopi Rhemensis execratio nota est, quum HVGONI et ROTBERTO Regibus iuraret verbis additis: *omnis benedictio mea conuertatur in maledictionem, et fiant dies mei pauci, et episcopatum meum accipiat alter, recedant a me amici mei, sintque perpetuo inimici*, nimirum in casu periurii. Ex Merouingicis GVNTCHRAMNVS et CHILDEBERTVS Reges cum Brunichilde haec proferunt in pacto sancito, apud GREGORIVM TVRONENSEM Lib. IX. Cap. XX. „Hoc etiam huic addi „placuit pactioni, vt si qua pars prae„sentia statuta sub quacunque calli„ditate, tempore quocunque tran„scenderit; omnia beneficia, tam re„promissa, quam in praesentia colla„ta amittat, et illi proficiat, qui in„uiolabiliter omnia supra scripta ser„uauerit, et sit de sacramentorum „obligatione in omnibus absoluta. „His itaque omnibus definitis, iu„rant partes per Dei omnipotentis „nomen, et inseparabilem trinitatem, „vel diuina omnia, ac tremendum „diem iudicii, se omnia, quae supe„rius scripta sunt, absque vllo dolo „malo,

§. XI.

Reuerentiae diuinae habenda est ratio; (§. IX.) offendunt igitur grauiter, qui iuramenta, nisi necessitas id flagitet, deferunt, vel se statim ad iusiurandum offerunt. Ceterum non iustitiae solum, sed et prudentiae placita, prohibent crebriorem iuramentorum vsum, quia quotidiana vilescunt, nec iuramenta tantam vim sustinere amplius queunt, si saepissime ob quasuis caussas repetuntur. Non suffragamur itaque Romanae ecclesiae addictorum sententiae, qui in variis regionibus, quemuis contractum iuramento confirmari iubent. *f*)

§. XII.

Accidit non raro, vt per animam, *g*) perque res creatas alias iurent homines, ea lege, vt vel religiose inuocata, tan-

„malo, vel fraudis ingenio inuiolabiliter seruaturos „ et paucis interiectis, *Lectis igitur pactionibus, ait Rex: iudicio Dei feriar, si de his quidquam transscendero, quae hic continentur.* Conf. IO. MABILLON de *re Diplomatica* Lib. II. Cap. VIII. §. 19. pag. 102. edit. Luteciae Parisiorum 1709. LVDOVICVS XII. autem, saepe iurabat his verbis: *Diable m' emp - - -* Vid. *Melanges d' histoire et de Litterature recueillis par M. de* VIGNEVL - MARVILLE Vol. II. pag 167. impr. Roterod. 1700.

f) Huc facit sagacissimus THOMASIVS in notis ad LANCELOTTI *Instit. Iur. Can.* Lib. III. not. 185. pag. 1395.

g) Per res, quas maxime venerabantur, veteres iurabant; hinc TIBERIVS CLAVDIVS Caesar *per Augustum* iurari instituit, vti iam antea *per principis genium* praestabantur sacramenta. Vid. CASPAR MATTH. MVLLERI Disp. Iuridica de *iuramento per alterius salutem*, Rostochii sine die de consule impressa, et DAN. FRIEDERICI IANI Disp. de *iureiurando per genium principis*, Lipsiae 1708. habita. Eius generis est iuramentum *per* S. SEDIS APOSTOLICAE DOMINI NOSTRI PAPAE SALVTEM; quam formulam exhibet IVSTVS FONTANINVS in *antiquitatibus Hortae.* Add. *Acta Eruditorum mens. Ian.* ann. 1709. pag. 8. Huc pertinet quoque WILHELMI Germanorum Regis iuramentum PER VITAM

tanquam deum venerentur; cuiusmodi iuramenta impiam superstitionem *b*) sapiunt, licet obligatio eorum ratione iurantis firma sit; vel diuina virtus non tribuatur rebus in formulis iuratoriis contentis; sed tamen impliciti iurisiurandi naturam atque indolem et hae assequuntur. Innuunt enim verba sequentia: vtinam Deus me puniat, si id, quod adseuero, non ita sese habet, vti illud pronuncio: Profani sane hominis signum est vsus obtestationum eius furfuris, quamquam in foro interno seu conscientiae, aequipolleant iuriiurando explicito, siue ei, quo Deus testis et vindex constituitur; ratione scilicet obligationis. Ceterum obseruamus, interdum et Deum iuramento inuocari et creaturas simul, inprimis res nobis gratas, de huius igitur moralitate ex dictis iudicari facile poterit. *i*)

§. XIII.

VITAM DEI ET EQVITIS S. GEORGII, de quo euoluatur LEHMANNI *Chron. Spir.* pag. 602.

b) Huius generis sunt iuramenta, a VIGNEVL MARVILLE collecta Tom. II. pag. 167. En verba: „Mr. „de la Trimoüille grand Capitaine „juroit *le vrai Corps* D. Le Chevalier „Bayard, *Fête D. Bayard*, M. de „Bourbon, *Sainte Barbe*. Le Prince „d'Orange S. Nicolas. La Roché du „Maine, *Tête D. toute pleine de Reliques.* Le Marechal de Matignon, „Col D. Louis XI. *Paque* D. Charles „VIII. *Par le jour.* „ In libro autem inscripto: *Iugement de tout ce qui a ete imprimé contre le Cardinal Mazarin, depuis le sixieme Ianuier iusques à la Declaration du premier Auril mil six cens quaranteneuf*, edit. sine die et consule, pag. 15. legimus haec: CORPO DI BACHO, *comme iuroit d'ordinaire l'Eueque d'Orange.*

i) Ad hanc classem spectat iusiurandum Solymanni, quo foedus cum Ioanne Hungariae rege MDXXX firmauit ita fere: *Ego praefatus Sultanus Solymannus Schyack, Imperator Turcarum inuictissimus, iuro ad omnipotentiam dei altissimi, omnipotentis, sanctitatem, splendorem et bonitatem diuinitatis suae, ad firmamentum coeli, solem, lunam, stellas, terram, et superficiem terrae, ac ad regnum et sanctissimum Mahumetem, proauum, patrem, matrem et lac mater-*

§. XIII.

Noua obligatio accedit promiſſioni iuſtae eique ſimplici, praeſtito iureiurando: Etenim pacta iuſta per ſe ſeruanda ſunt, atque hinc promiſſioni de veritate dicenda, vel re efficienda, ſtandum eſt, ob motiua e nexu mediorum et finium huius vniuerſi deſumta; (per princ. iuris nat.) quum igitur iureiurando, naturali illi priſtinae obligationi addantur rationes, a Deo et attributis eius proficiſcentes; (§. III.) ſiue motiua noua; nexus motiuorum autem cum actione conſtituat obligationem, et motiua mere diuina ſint quae adiunguntur iureiurando; ſequitur, accedere obligationem nouam mere naturali, ſi iusiurandum cum promiſſione connectitur.

§. XIV.

Vbicunque obligatio in pactis ceſſat; ibi iusiurandum quoque non obligat. (§. XIII.) Ergo iusiurandum circa rem moraliter, ſiue phyſice inpoſſibilem, nullam affert obligationem. Leges enim Dei ſunt immutabiles; vti in theologia naturali demonſtratur; ergo nec obligationes hominum iureiurando mutari poſſunt. Porro nec phyſicae neceſſitati reſiſtere valemus; hinc nec aliquid iurato promittere quod ei repugnat.

§. XV.

Iurisiurandi violatio, periurium dicitur. Periurus igitur doloſe adhibet formulas iurisiurandi. Periurii autem reus non eſt, qui iuramento ſe ad inpoſſibilia obſtringere debuit. (§. XIV.)

maternum, ac panem meum, gladium, animam, et vitam meam ac omnium Bazermannorum circumciſorum ſalutem &c. de quo vid. PFEFFINGERYS in *Vitriar. illuſtr.* Lib. I. Tit. VIII. §. II. Lit. m.

§. XVI.

Iureiurando fides nobis concilianda est apud alios. (§. III.) Hinc iurandum est ex mente eorum, qui nos adigunt ad iuramentum. Reseruationes igitur, vti vulgo vocantur mentales, per se corruunt, nec iis nefarii homines sibi possunt consulere. Ne in sermone quidem vulgari restrictionibus eiusmodi vti licet, si inde damnum ratione alterius oritur, quod ex fine sermonis patet; multo minus itaque in iureiurando locum habent. *k*)

§. XVII.

A pactis fraudem et dolum omnem procul esse, leges naturae iubent, *l*) (per princ. iur. nat.) Ergo etiam a pactorum accessoriis, ad quae refertur iuramentum, (§. XIII.) excludi debent fallaciae prorsus omnes.

§. XVIII.

Qui externis signis vere iurantis vtitur, internis autem animi sensibus non iurat, eam ob caussam, vt laedat alios, is reus dicitur periurii. (§. XV. XVII.) Signa de quibus sermo nobis est, ceremonias et accidentia iurisiurandi potissimum constituunt, vnde solennitates eius proficiscuntur. Itaque periurus etiam fieri potest, qui ratione signorum externorum, secundum consuetudinem gentis cuiusdam ad iusiurandum adplicandorum, non iurasse censetur.

§. XIX.

Iuramentum obligationem non producit, vbi nulla alia, siue naturalis, siue ciuilis iam adest obligatio. (§. XIV.) Ergo res

k) Euoluatur THEOD. THVMM. tr. *de iuram. et Iesuitar. aequiuocat.* pag. 146. sqq.

l) Plura de his dabit HERT. in Diss. de *Conuent. Dom. translat.* §. XVIII.

res iniustae, religiosa adseueratione promissae, salua fide interuertuntur.

§. XX.

Iusiurandum principis a nobis vocatur id, quo persona cui maiestas tradenda, vel tradita est, circa regimen ciuitatis, fidem adstringit. Haud enim de quibusuis iuramentis, quae principes concipiunt, pluribus edisseremus, sed speciatim de iis, quae salutem reipublicae respiciunt; atque imperii fundamenta, quibus reliqua superstruuntur, efficiunt.

§. XXI.

Principis, rempublicam administraturi, iuramentum, iniustum dici nequit, in se consideratum; (§. IV.) quidquid enim generi, seu iuramento generatim competit, vt competat speciei, hoc est iuramento principis; necesse est. (per princ. Logicae.)

§. XXII.

Iuramentum principis eo maioris momenti est, quoniam superiorem non habet princeps, si Deum exceperis; (§. I.) adeoque obligatur tantum motiuis ex Dei attributis, vel ex natura ipsa fluentibus. (§. XIII.) Eo iustior autem istiusmodi iurisiurandi caussa est, quo maior certitudo saluti integrarum regionum, eo ipso accedit. (§. XI.) Igitur in Europa Reges cumprimis iureiurando deuinciri, capessentes rempublicam, facile intelligitur. Imperatores Romanorum teneri capitulationibus, nemo est qui nesciat. De Gallorum consuetudine simili, commentatur IEAN DE SERRES in praefat. Tom. I. *de l'inventaire de l'histoire de France;* quamuis constet inter omnes, inde a temporibus LVDOVICI XI. incrementa cepisse Gallorum Regis potestatem. Conf. COMI-

NAEVS de *vita et rebus gestis* LVDOVICI XI. et LEVASSOR in *histoire de Louis* XIII. nec non *le Ministere du Cardinal de Richelieu*, et *l'histoire de Louis* XIV. *par* RIENCOVRT. In Angliae regno, eiusmodi morem vigere, perhibet POLYDORVS VERGILIVS Lib. XI. *Hist. Angl.* Conf. HOTTOM. in *Franco-Gall.* Cap. XII. et FAB. PHILIPS de *inuestigatione iurium antiquorum* et BACON in *historical and political discourse of the Laws ad gowernement of England.* De Scotorum hac in re institutis consulatur BVCHANANVS Lib. VIII. *rer. Scotic.* Pari ratione Hispani, per diuturnum temporis spatium obligarunt iurisiurandi vinculo Regem inaugurantes suum; testibus HOTTOM. *Franco-Gall.* cap. XII. et MARIANA de *rebus Hispan.* Lib. XX. Add. *les Soupirs de l'Europe* pag. 147. seq. Apud Hungaros id ipsum valere institutum, perhibet ANTON. BONFIN. Decad. IV. Lib. IX. *rerum Hungar.* in vita VLADISLAI II. Polonis illud quoque est vsitatum; quemadmodum tradiderunt STEPH. IVN. BRVTVS in *vindic. contra Tyrann.* Quaest. 3. et CROMERVS *Histor. Polon.* Lib. II. et HARTKNOCH de *Republica Poloniae* et BODINVS de *Republica* Lib. I. Cap. IX.

§. XXIII.

Cui summa rerum traditur, is plerumque spectatissimae fidei est, et praeclaris virtutibus conspicuus; quum igitur iureiurando opus non sit; sin alias de fide alterius persuasi simus; (§. VIII.) non est necessarium, *m*) vt singuli principes

m) Forsan vel hanc ob caussam principes S. R. I. circuli cuiusdam gubernacula suscepturi, non iurant. Vid. *Recessus Imp. de* A. MDLV. §. LVIII. nec non Art. III. *der Erklaerung des Land-Friedens* de A. MDXXII. Id vero compertum exploratumque habemus, Turcarum imperatores, aliarumque multarum gentium principes, in terris orienti soli subiectis, nun-

pes iureiurando se obstringant, antequam rempublicam capessere instituant. Eo magis, quum iuramentum accessorium tantum sit; (§. XIX.) vique pacti princeps obligatus iam sit, ad tuendam conseruandamque rempublicam. Nihilominus consuetudinem gentes contrariam ita aperuerunt, vt in plurimis terris, principes sacramenti religione adstringantur. *n*) Interdum tamen iuramenta Principibus non deferuntur, quum locum saepe ea habeant, quae legimus in *Memoires* D'EDMOND LUDLOW T.II. pag.187. *Mr. Weaver et quelques autres furent d'avis contraire, disant que la plûpart des sermens n'etoient que des pieges pour les honnêtes gens, et qu'on avoit en general remarqué, que ceux, qui étoient les moins religieux a garder le serment, étoient les plus ardens à le prêter.*

§. XXIV.

Principem in iureiurando Deum inuocare oportet; (§. XII.) nec creaturas, animatas inanimatasue, tanquam testes et vindices implorare; *o*) (§. XII.) quoniam sanctissimas

nunquam se obstringere iureiurando. De iis conf. DIETER. de *sum. summi imp. potestat. concl.* LXXIV.

n) LIMNAEUS in prolegom. ad *Capit. Caesar nullam,* inquit, *fere gentem ita barbaram ac stupidam fuisse, quae non reges suam ad fidem et tutelam regni sui, sub certis conditionibus iurandum, sub initium adegerit.* Lib. I. Cap. XIII. *Iuris Publici Imperii Romano - Germanici.* Antiquissimam quoque esse capitulationum in S. R. I. originem, fatentur omnes; eas enim imperante Henrico IV. vsu receptas, *Hortlederus,* qui id colligit ex Brunone Saxone, apud *Goldastum Polit. Imper.* Part. XII. Disc. II. p. 612. auctor est. CARPZOVIUS quidem ad L. R. C. I. Sect. VIII. Num. XL. XLIV. LIII. eas Conradi I. temporibus confectas esse memorat; sed vid. PFEFFINGER. in *Vitriario illustr.* Lib. I. Tit. VII. et LEHMANNUS *Chron. Spir.* Lib IV. Cap. X. pag. 300.

o) Hinc vanum videtur HENRICI IV. Gallorum Regis iuramentum *par ventre - Saint-Gris,* de quo vid. VIGNEUL MARVILLE T. II. p. 167.

mas personas, inter quas principes eminent, dedecet superstitionis quoduis simulacrum. *p)* Imperatores quidem S. R. I. *per Euangelii librum* iurare solent, vel Euangelii facere mentionem in iuramento; *q)* verum istis verbis non tam iuramentum

p) Censuram theologorum hinc bene multi principes incurrunt, *per sanctos, resque creatas* iurantes. Iurauit vero isto modo *Philippus* Rex Franciae, vt MATTHAEVS PARISIVS ad Annum MCCVIII. refert. *Ludouicus* VII. Francorum rex *per corpus Dionysii* iurauit: per *animam patris sui* autem *Hugo M.* apud WITTEKINDVM in *Annal. de reb. Sax. gest.* et *Otto* imperator apud ALBERTVM STADENSEM in *Chronic.* Conf. EBERHARD. RVDOLPH. ROTH de *iureiurando eiusque variis ritibus ac ceremoniis* §. XXVI. BARTHIVS in *notis ad Guil. Britonem* p. 56. seqq. 737. seqq. Suecorum reges quoque olim iurabant ad aram, reliquiis sanctorum manu imposita; pontificiis autem his ritibus abrogatis, Augustanam confessionem iureiurando iam confirmant. Quemadmodum CONRADVS SALICVS iurauit *per sanctam crucem Domini* teste CRVSIO in *Annal. Sueu.* P. II. L. XI. pag. 441. et MANVEL COMMENVS iurare consueuit *per Christi Corpus.* Vid. NICETAS CHONIATES Lib. V. in *Manuali Comn.*

q) Ad altaria veteres iurare consueuerunt, teste TERTVLLIANO de *poenitentia*, atque OPTATO MILEVITANO Lib. VI. Formul. vid. in libr. veter. formular. apud BIGNONIVM c. 29. 33. citatum a generosissimo IO. WILHELMO DE GOEBEL in Differt. academica de *origine vsu et abusu iuramentorum* edit. Helmstadii 1738. 4. Altaribus vero quoniam Euangeliorum libri impositi erant, et vti GONZALEZ DE TELLEZ ad Cap. fin. X. *de iuramento calumniae, ex Constantin. porphyrogeneta de administrat. imperii* c. 27. declarat, iurantes Euangelia secum portabant ad iurandum, vel adtingebant, vel adprehendebant iureiurando se adstringentes, istos sacro sanctos libros. *Iustinianus* etiam in l. 14. §. 1. C. de *iudic.* praescripsit eundem morem, *sacrosancta Euangelia tangendi* aduocatis; et passim huius ritus mentio exstat in iure ciuili. Conf. quoque VALESIVS ad *Sozom.* VI. 30. MEVRSIVS *ad Palladii Lausiacam* pag. 183. sq. et alii laudati in *Bibliographia Antiquaria* IO. ALBERTI FABRICII Cap. XII. §. XI. pag. 439. Ceterum animaduersione dignum est, Brandenburgici Electoris legatum in FERDINANDI

tum efficitur, quam affeueratio, *fe tam vera polliceri, quam veram credant euangelii, illo libro contenti veritatem.* r) Ceterum Euangeliorum codicem, ab aliis etiam principibus adhiberi iuramento, non ignoramus. Ita e. g. de *Wilhelmo* III. Britannorum rege, id memoratur in *dem Krœnungs actu beyder Maj. Maj. Wilhelm des dritten vnd Maria zum Kœnig vnd Kœnigin von Groſſ-Britannien*, apud BECMANVM in *Syntagm. Dignitatum Illuſtr.* etc. Differt. VI. Cap. IV. N. VII. pag. 614. Ad mores fuos id transtulerunt etiam Galli, haec enim prodita funt in *Actis coronationis Ludouici* XIV. apud THVLDEN. *Hiſtor.* L. III. f. 166. fqq. *Myſteria regis ab iureiurando initium caeperunt, hac circiter fumma verborum:* „Romanae ecclefiae protectorem, fidei apoftolicae cultorem, rituum catholicorum obferuantem me perpetuo fore, polliceor. Obligoque fidem meam, haereticis regno exigendis operam impenfurum, priuilegiis cleri propugnaturum; iura fubditis non nifi ex aequo et bono daturum„ *In haec verba iuranti Euangelia porriguntur, quae vt manus dextrae indice, medioque digito ex more contingebat, fic me inquit deus adiuuet, et haec fancta dei Euangelia.* Add. *Hiſtoire de Louis XIV. par* M. DE RIENCOVRT T. I. fol. 254. fq.

§. XXV.

NANDI II. electione, de Euangelio non feciffe mentionem in formula facramenti fui; fed haec tantum adhibuiffe verba: *ita me Deus adiuuet per Chriſtum filium ipſius:* Vid. PVFENDORFIVS *Hiſtor. Brandenb.* Lib. VII. §. 26.

r) Conf. grauiffimus vir ISR. GOTTLIEB CANZIVS in Tom. I. *Diſciplinarum moralium omnium perpetuo nexu traditarum* pag. 104. §. CCLXXVI.

§. XXV.

Iuramentum principis promiſſorium eſt; (§. V.) nam ſubiectis varia commoda, iura, immunitates, quaeque plura in Receſſibus et Capitulationibus regnorum, contineri ſolent, ſe conceſſuros pronunciant imperantes. Quum vero res futurae variis caſibus conſtringantur, eo maiori opus eſt prouidentia, ne periurium, ſiue irritum iusiurandum, ipſi ſubditi producant. *s*)

§. XXVI.

Qui non eſt in poteſtate alterius, eius iuramenta a libera voluntate ſui ipſius dependent. Princeps igitur, libere prorſus iurat; vocamus enim principem perſonam maieſtate, ſeu ſumma in ciuitate poteſtate, praeditam. (§. XX.) Ergo iuramentum principis non eſt ſignum ſubiectionis, ſeu obſeruantiae, multo minus imperii, populi in principem, documentum. Id eo magis affirmandum, quoniam alias contradictoria theſis admittenda eſſet, nimirum non dari in Europa principes; monſtrauimus enim, fere omnes iureiurando apud Europaeos obſtringi principes. *t*)

§. XXVII.

s) Seruatoris optimi verba ſunt: *ne iurate omnino.* Ex his GROTIVS probaturus eſt, iuramenta promiſſoria plane eſſe illicita; quia vero demonſtrationem haud attulit idoneam, repudiamus merito opinionem, iuri omni contrariam. Vid ZIEGLERVS in *animaduerſ.* ad Grotii I. B. et P. Lib. II. C. XIII. §. XXI.

t) Exempla varia iam adpoſuimus, adponenda autem ſunt plura: De pontifice Romano eiusque iuramento remittimus lectorem ad THVANI *Hiſtor.* Lib. LXXXII. pag. 27. De Hiſpanorum rege vid. STEPHANVS IVNIVS BRVTVS in *Vindic.* contra Tyrannos Quaeſt. III. pag. 69. et *Auct. libell. de Iure Magiſtr. in ſubdit.* fol. 63. De Bohemorum rege legatur *Landes-Ordnung des Königreichs Böheim* Art. III. pag. 2. De Danorum rege vid. LVTERBECCIVS in *Regentenbuche.*

§. XXVII.

Subiectis adſcribere facultatem, principem cogendi iuramento, nihil aliud eſt quam repugnantia ſibi inuicem aſſerere. Nam princeps ſumma eſt poteſtate praeditus; ergo non dependet a populo; (§. XXVI.) Ergo populus eum coercere nequit iureiurando. Ergo capitulationes principum ſunt pacta fundamentalia, nec leges dicendae ſi propriam voci ſignificationem tribueris. Ita auguſtiſſimus Imperator per modum pacti, minime vero per modum legis ad Capitulationem obſeruandam obligatur; id quod elucet ex *Capit.* FRANCISCI I. prooem. in fine: *daß wir vns demnach aus freyem gnaedigen Willen mit denenſelben Vnſeren lieben Neven, Gemahlin, Brüderen, Oheimen vnd Churfürſten, für ſich vnd ſaemtliche Churfürſten, Fürſten vnd Staende des Heil. Röm. Reichs Geding-vnd Pacts-weiß dieſer nachfolgenden Articulen vereiniget, verglichen, angenommen, vnd zugeſaget haben, alles wiſſentlich vnd Krafft dieſes Briefs.* Conf. RACHELII Diſſert. de *Capitul.* Cap. I. §. XII. ſq. VITRIARIVS *illuſtr. a Pfeffingero* Lib. I. Tit. VII. pag. 231.

§. XXVIII.

Sunt qui maieſtatem realem ſeiungunt a maieſtate perſonali; hanc principi, illam populo adſignant; ſed ita rationes ſubducentes, maieſtatem plane e medio tollunt. Nam realis maieſtas, vel eſt ſuperior perſonali, vel minor; ſi illud, perſonalis maieſtas nomen maieſtatis haud meretur; ſi hoc, tunc titulus maieſtatis iure applicari nequit; Ergo in vtroque caſu contradictio occurrit, nec tertius modus, nimirum aequalitas vtriusque maieſtatis concipi poteſt; quoniam ſumma poteſtas, qualis maieſtas eſt, (§. XXVI.) aequalitatem omnem excludit.

§. XXIX.

Realem nos tollere maieſtatem, reponere nobis videntur nonnulli; nosque deſpoticum probare imperium vnice. Sed non negamus, dari iſtam realem maieſtatem, verum potius eandem tuendam, neque a perſonali ſecernendam, arbitramur; idque ex rationibus §. XXVIII. adductis, patet. Praeterea ex mente aduerſariorum, maieſtas perſonalis tantum titulus eſſe debet, quod ſi admittitur, *rex* eodem iure *non rex*, maieſtas, maieſtatis oppoſitum vocari meretur. Quam vero ieiuna ſit iſtiusmodi aſſertio, videant cauſſae illius patroni, monarchomachi. Deinde nec ratio connexionis elucet, cur diſcrimen illud, ſeu diuiſio maieſtatis reiecta, tyrannicum inuoluat imperium. Id vero liquet, ex ſeparatione maieſtatis, commixtionem confuſionemque oriri. *u*)

§. XXX.

Princeps ad iusiurandum vi adigi nequit; (§. XXVI.) ne is quidem, cuius maiores per longum temporis ſpatium ſummae rerum praefuerunt, ſeque ſemper iureiurando ſub auſpiciis imperii obligarunt. In regno ſucceſſorio enim, de quo quaeſtio eſt, haeredi proximo defuncti principis, ius in regnum competit; vi igitur iuſta, illud nequit interuerti, quod ſemel familia acquiſiuit; licet iurare recuſet imperii deſignatus ſucceſſor. Etenim nec infinita ſubditorum multitudo, imperium in principem eiusmodi exercere valet, quum ne cognoſcendi cauſſam quidem, multominus exequendi ſententiam, iure polleant. Minime igitur adſtipulamur REINKINGKIO, qui iuris gentium vniuerſalis, remque ſummae neceſ-

u) Hanc in rem ediſſerit IOANNES MANITIVS in *Collegio Politico* Diſp. VI. Qu. III. edit. Vitembergae 1666. 4.

necessitatis esse principis iuramentum, pronunciat, Lib. I. Classe III. Cap. IX. pag. 234. *tractat.* de *Regimine seculari* et *ecclesiastico.*

§. XXXI.

Princeps legitimus etiam is est, qui iurare nonuult; (§. XXX.) id vel ex hac ratione colligimus, quoniam iuramentum quod praestant principes, non efficit ius in imperium, sed modum atque formam, regundae reipublicae inseruientem, seu res, quibus ipse vsus potestatis illius summae, ad actum deducitur. Huc enim collineant statuta regnorum, pactaue subditorum, quae obsignari iureiurando solent. Porro sententiae nostrae rectitudinem desumimus e primo titulo, seu modo acquirendi, quo familiae cuidam diadema regni obtigit, nam isto iure posteri omnes vt fruantur, necesse est, etiam ii, qui instituta nonnulla subiectorum, vel maiorum, iureiurando confirmare recusant.

§. XXXII.

Hactenus de principe qua princeps considerato, atque eo, qui in successorio regno, indeterminato modo clauum tenet; alia vero rei ratio est in regnis electitiis, in his enim ea conditione tradi potest summa rerum electo, vt iureiurando se obstringat, sin minus, alius eligatur princeps. *x*) Quo casu iusiurandum *necessarium y)* certo respectu, in hypothesi

x. Si quis per suffragia ad reipublicae gubernacula euehitur, hoc fit vel *libere prorsus*, si cuicunque personae pro arbitrio eligentium; summa rerum traditur; vel *modo quodam restricto*, hoc est ad conuentiones quasdam.

y) In iure ciuili *necessarium iuramentum* vocatur, quod iudex defert vni ex litigatoribus ob inopiam probati-

thesi scilicet vocari potest; abest tamen omnis violentia, imperiique vis, quippe quae a populo eo minus retinetur, quoniam respublica sine principe, seu maiestate in ea constituta, quiescentem maiestatem habere videtur, adeoque imperium exercere nequit. Probe etiam obseruatum est aliis, ius eligendi principem non maiestatis praesentiam, multo minus exercitium inuoluere.

§. XXXIII.

Princeps iureiurando nequit ad res iniustas obligari. (§. XIX.) Ergo iusiurandum quo maiestas eius ita imminuitur; vt subsistere prorsus non possit, tanquam frustraneum et illicitum consideratur; quoniam repugnat naturae maiestatis, siue pacto, quo principi summa rerum delata est: (§. XXVI.) Quidquid autem consistere nequit cum principis dignitate, id nec a principe praestandum est.

§. XXXIV.

Quae modo probauimus, ita etiam euinci possunt: qui pacta iniusta iniit, dolo alterius circumuentus, is iis non tenetur,

bationum. l. 31. ff. de *iureiurando*. l. 3. C. *de reb. cred.* Etenim quia recusari non potest nisi iustissimae adsint rationes, sed praestari debeat ni caussa quis cadere malit, non immerito necessarium vocatur. Conf. GVLIELMI VAN SANEN Diss. de *iureiurando litis decisorio* Cap. III. pag. 11. Quidquid reponant alii, qui voluntarium iusiurandum dicunt, quod in iudicio alter litigatorum alteri defert, et eam ob caussam ita insignitum id esse asserunt, quod is, cui defertur praecise, praestare non cogitur, sed deferenti potest referre; iurat ergo, aiunt, non nisi sponte et voluntarius. Iudiciale statuunt quod iudex defert, seu a mero iudicis officio proficiscitur, l. 5. ff. de V. O. necessarium vero, quod refertur, quia necessario praestandum est. Nos autem sensu plane philosophico vocem istam hoc loco accipimus.

netur, vti leges naturae docent; (§. XIX.) Ergo nec princeps fallaciis irretitus, vel vi iniuſta ad conſenſum perductus, obſtringitur, vt illis faciat ſatis. Itaque nec iureiurando obligatur, quod pactum eiusmodi confirmat, ſeu acceſſorium eſt pacti illiciti.

§. XXXV.

Salus reipublicae, ſuprema lex eſt principum; id quod ex notione principis et ciuitatis intelligitur; z) illam igitur ſe maximopere adiuturos, et praecipue ea, quae ad cultum numinis faciunt, ſi aliter de veritate religionis cuiusdam ſint conuicti, iurare poſſunt imperantes. Ad hanc claſſem referimus illud iusiurandum, quod reperitur *Art. I.* Capitulationis inuiciſſimi Imperatoris FRANCISCI I. §. I. *Zum erſten, daß wir in Zeit ſolcher Unſerer Königlichen Würden, Amt vnd Regierung, die Chriſtenheit, den Stuhl zu Rom, Paebſtl. Heiligkeit, vnd Chriſtliche Kirch, als derſelben Advocat, in gutem treulichen Schutz vnd Schirm halten ſollen vnd wollen.*

§. XXXVI.

Iuſtitiam, et aequitatem colere, boni principis eſt; (§. XXXV.) Ergo legitimum dicitur iuramentum, quo pollicetur princeps ea requiſita. Si igitur princeps iurat, quae ſub initium Capitulationis Caroli V. leguntur apud SLEIDANVM c. l. id inprobari nequit. Verba adpingere liceat: *Tueatur Rempublicam chriſtianam, pontificem et eccleſiam Romanam, cuius ſit aduocatus,* IVS AEQVALITER ADMINISTRET ET PACI CONSVLAT. Inuictiſſimi imperatoris Caroli VI. iusiurandum eiusdem argumenti eſt, ſi formulas nonnullas reſpi-

z) Conſulatur MANVEL PALAEOLOG. *ad Joh. Fil. Praec.* LXXXVI. pag. 117.

respicimus v. c. *ich gelobe vnd verspreche vor Gott vnd seinen Engeln, daß ich ietzt vnd hinführo das Gesetz vnd die Gerechtigkeit, auch den Frieden der heil. Kirche Gottes will halten vnd handhaben, auch dem Volck, so mir unterworffen ist, will nutz seyn, vnd ihm die Gerechtigkeit verschaffen vnd mittheilen, daß ich des Reichs Recht mit gebührender Betrachtung göttlicher Barmhertzigkeit will erhalten.* Vid. *Ausführliche Beschreibung derer Ceremonien vnd Solennitaeten, so bey dem Einzug, Crönung, eingenommener Huldigung vnd Abzug ihrer Kayserl. Maj. Caroli VI. zu Franckfurt am Mayn obseruiret worden* de Anno MDCCXI. apud LVNIGIVM Tom. I. *Theatr. Ceremonial. Histor. Polit.* pag. 1292.

§. XXXVII.

Alia iuramenta principum ita comparata sunt, vt cum plenario maiestatis vsu conueniant; alia, vt maiestatem certo modo restringant. Ad illa referuntur, quae cum exemplo §. XXXVI. enarrato conspirant; ad haec autem, quae modum imperandi specialem iniungunt, iuraque maiestatica temperant. Huius generis est illud quod VLADISLAVS rex praestitit. Conf. PIASEC. f. 455. et BECMANVS in *synt. dignitatum illustrium, ciuilium, sacrarum, equestrium,* Differt. VI. Cap. III. §. II. pag. 264.

§. XXXVIII.

Absolutum imperium penes eos principes est, qui iusiurandum adcommodant ad officia, quibus per se, hoc est quatenus principes sunt, obligantur. (§. XXXVI.)

§. XXXIX.

Maiestas dicitur summa in ciuitate potestas, quae si existere debet, haud diuidenda est in partes; (§. XXXIII.) Ergo iura-

iuramento, quo restringuntur nonnulla maiestatem complectentia, (§. XXXVII.) haud est euertenda ipsa maiestas, quoniam alias verborum lusus, hoc est titularis ex parte maiestas oriretur, repugnareturque naturae pacti, inter imperantem subditosque sanciendi.

§. XL.

Essentias rerum immutabiles esse, ex Ontologia constat; igitur maiestatica iura essentialia, si salua manere debet maiestas, mutari nequeunt, nec diuelli pacto, nec iureiurando. Accidentia autem, quum salua rei essentia et adesse et abesse possint, per se patet, accidentalia maiestatis iura, limitari posse circumscribique iuramento.

§. XLI.

Summa potentia tam ad eos translata est principes, qui iurisiurandi religione se non adstrinxerunt, quam ad hos, qui 1.) iurato polliciti sunt officia principum vniuersalia; (§. XXXVI.) 2.) vel ratione modi et applicationis iurium extraessentialium maiestaticorum, iureiurando sunt obligati. (§. XL.)

§. XLII.

Iura quae maiestati insunt, diffundi in subiectos nequeunt; (§. XL.) attamen exercitium huius illiusue iuris, si consenserit princeps, permitti potest etiam subiecto; quia in hoc casu princeps, qui aliis facultatem largitur, considerandus est tanquam caussa moralis, auctorue actionis, quum subiectus instrumentum sit. Ergo quoque iureiurando principis, communicatio quaedam cumulatiua, vti in scholis vocatur, potest confirmari. Sic non raro magistratibus inferioribus, legum

ferendarum poteſtas defertur; quae vero cum conditione datur; ſi nimirum leges nouae, vel ſpeciali, vel ſaltem generali muniantur conſenſu; nec legibus regni reliquis ſint oppoſitae. Eodem modo iurisdictionem ſummam, a Tiberio ſenatui conceſſam, circumſcribebat alia lex: ne patrum decreta ante diem decimum in aerarium deferrentur, *a*) vt princeps poſſet fieri certior, et precibus, (rectius iuſſis) ſententiam mitigare. *b*) Forſan principes, iurium nonnullorum applicationem ſubiectis permittentes, comparari poterunt cum Deo o. m. qui vires motrices cauſſis vniuerſi ſubordinatis, infimis etiam indidit; ſed vniuerſali tamen influxu omnibus adſiſtit.

§. XLIII.

Iniuſta ſunt iuramenta, quibus maieſtas principis minuitur. (§. XXXIII.) · Itaque ſacramenta principum S. R. G. Imperii, quibus a praeſule Romano adſtringuntur, iniuſta ſunt, dum iis laeditur imperator auguſtiſſimus et principes ipſi. Non ignoramus enim, in grauiſſimi momenti rebus ita regere eos pontificem, vt ſummo vtatur imperio Vid. Cap. 4. X. de *Iureiurando. c)* Ergo et perplures inter illos principes, integra conſcientia violarunt iuſiurandum iſtud. *d*) Quod

a) Teſte TACITO Ann. L. III. Cap. LI.

b) Conf. SAMVELIS SCHELGVIGII Differt. Polit. de *iuribus maieſtaticis*, quae prodiit Vitembergae 1666.

c) In iis ratio poſita eſt, cur aduerſus principes eccleſiaſticos fractae pacis publicae et religioſae reos, imperator et imperium, *poenam priuationis ſecularis officii et regalium* tantum decernere poſſint. Conf. illuſtris CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI diatriba *de iuramentis principum eccleſiaſticorum S. J. R. Germanici* §. XXV. et §. XXVII. edit. Ienae 1737. 4.

d) Huc ſpectant *Illuſtrium et clarorum virorum epiſtolae ſelectiores ſuperiore ſeculo ſcriptae, vel a Belgis, vel ad Belgas*, editas a P. BERTIO Lugdu-

Quod eo faciliori modo probatur, ſi generatim de iureiurando a nobis dicta paulo ante, conſiderantur penitius. Iuramentum enim iniquitatis vinculum, ſiue vanae ſuperſtitionis, nunquam eſſe debet. (§. XIX.)

§. XLIV.

E contrario autem principis eſt religioſe ſeruare promiſſa legitima, licet iusiurandum non acceſſerit; (§. XIII.) Deus enim ipſe obligationem promiſſione ſuſceptam, ſe velle adimplere, profitetur; vti GVILIELMVS GROTIVS de *Principiis Iur. Nat.* Cap. XV. §. IV. dilucide monſtrauit; naturaque rei id ipſum innuit. Ergo etiam pactis fundamentalibus regni, vt ſatis faciat, deuincitur princeps; praecipue eam ob cauſſam, quia principum moribus exempla petere ſubiectos oportet; ac conſeruatio fidei, ad auctoritatem imperiorum confert bene multa. Hinc ſapienter in Receſſu imperii a Carolo V. et Statibus. an. MDLV. Auguſtae Vindelicorum condito, §. *Vnd da ein Churfürſt* etc. principum imperii nudae promiſſioni, tanta fides aſſignatur, quanta aliis ſolenniter iurantibus. *e*) Aſſerunt nonnulli, clauſulam ab ignobilibus, pollicitationibus additam: *Bey gegebener Treue, bey wahren Worten vnd Glauben:* vim eandem comprehendere, quae iuriiurando inſit; ſed refragatur iis non ſine ratione. *f*) GILHAVSEN in *Arbor. Iud.* C. VI. P. VI. §. VI. §. VI. Num. IV. cui adſtipulari videtur HERMANNVS ZOLLIVS in

Lugduni Batauorum ap. Ludouicum Elzeuirum 1617. 8. vid. BVDERVS c. l. pag. 46.

e) Conf. SCHILTERVS Exercit. XXIII. ad P. §. 24. ed. ſecundae p. 253. T. I.

f) Illuſtrium virorum promiſſa, non tanquam iuramenta in foris noſtris conſiderari, oſtendunt GAILIVS L. II. obſ. 59. MYNSINGER. L. I. obſ. 17.

in Dissertatione iuridica, *de promissionibus generosa fide vallatis, vulgo von der Cavaliers-Parole oder dem Adel-Wort*. edit. Rintelii 1695. pag. 10. add. STRYCK. de *Caut. Contractuum* Sect. I. Cap. V. §. XVII. In se autem promissiones principum, quibus verba accedunt *an Eydes statt*, vel asseuerationes factas *bey Versprechung und Zusage Fürstlicher Würden und wahrer Worten, g)* non efficiunt iusiurandum, quoniam ad hoc inuocatio Dei tanquam testis et vindicis requiritur; (§. II.) quae tamen in formula illa non continetur. Nihilominus implicitum iusiurandum eam adpellant permulti; conf. WESENB. *Conf.* XV. N. XXXVI. et IO. CHRISTOPH. HARTVNG in Dissertatione *de formula an Eydes statt* Ienae 1690. excusa; quod etiam concedi potest, si consuetudo, atque intentio iuramentum rogantis, id declarant, tantamque potestatem verbis istis conciliant. Ceterum hic iudicaturus honestatis et iustitiae externae regulas secernat, necesse est.

§. XLV.

Pacta sunt seruanda, (§. XIII.) praecipue a principibus. (§. XLIV.) Ergo etiam ea, quae tanquam priuatus, vel extra rempublicam princeps sancit; (§. cit.) et quae cum haereticis vel infidelibus init. Iura enim diuina, seu naturalia, e quibus sanctitas pactorum pendet, vera religione non possunt tolli, ob immutabilitatem legum Dei, summamque earum perfectionem. (§. XIV.) Praeclare igitur Carolus V. imperantis id officium maxime necessarium existimauit; conf. MYLERVS VON EHRENBACH *de Nomologia Ordin. Imperialium* c. I. §. IV. Itaque iurato haereticis promissa etiam seruanda sunt. (§. XIII.)

§. XLVI.

g) Inprimis Rex Gallorum FRANCISCVS I. vsus est his verbis: *Foi de gentilhomme*, teste VIGNEVL MARVILLE *Mel. Hist.* Tom. II. p. 167.

§. XLVI.

Pacta de regno administrando, vocantur leges regni fundamentales; (§. XX.) quae etiam iura imperii vocantur, quaeque electionem, successionem, gubernationem, alia decidunt. Licet igitur princeps sit supra leges ciuiles, (§. I.) pactis tamen iis tenetur, vt regnet determinato quodam modo. Summae enim maiestati non repugnant conuentiones, secundum quas exercitium maiestatis diuersimode adstringitur. (§. XLI. XLII.) Licet vero ciuilibus affici nequeat poenis princeps, qui fidem frangit, naturalia tamen mala manent eum, Deique iustissimi iudicia occulta saepe, sed admodum funesta.

§. XLVII.

Inferior punire nequit superiorem, quoniam poena omnis superiorem inuoluit; itaque subditi principi mulctam dicere nequeunt. Ne verbis quidem subditis, in principem peierantem inuehere, licet; nam in potestate Dei solius retinentur domini huius vniuersi; (§. XLVI.) multo minus factis eos laedere. Ne dicam de periculo reipublicae imminenti, per abdicationem vel depositionem principis, quamquam hic sit improbus. Recte hinc *Fauonii* illud apud PLVTARCHVM in vita Bruti: *Si tyrannum volumus auferre, nascetur bellum ciuile, peius deteriusque omni tyranno:* Legatur BARTHOLOMAEVS KECKERMANNVS Tom. II. *systematis systematum* pag. 1019. edit. Hanouiae 1613. et IO. ISAACVS PONTANVS Lib. IV. *Rer. Danic.* pag. 598.

§. XLVIII.

Qui vel errore, vel ignorantia inuincibili adductus, iuriiurando defuit, ei violatio iurisiurandi tribui nequit, quo-

niam imputatio perfecta tunc ſecundum leges naturae haud inſtituitur; Ergo nec principi varia perpetranti, quae conuentioni iurato promiſſae repugnant, periurii nota inuritur, ſi ob ignorantiam erroremue inuincibilem, ſimilesque circumſtantias *b*) peierauit.

§. XLIX.

Error et ignorantia principis eſt nonnunquam vincibilis; ſi igitur is, illaue, periurii cauſſa apparet, tunc morum quaedam prauitas in principe deprehenditur, leuitasque animi, coram tribunali rationis vix excuſanda; ſed tyrannus hanc ob rem vocandus non erit, quoniam haud aperta vi, ex animi ſententia, ſed tantum culpa quadam transgreditur leges regni fundamentales; et omnes tamen iſti characteres notionem tyranni ingrediuntur.

§. L.

Ad iusiurandum cognitio rei neceſſaria requiritur; et notitia de Deo eiusque attributis et operibus; (§. VI.) hinc principes tenerrimae aetatis ad iusiurandum non ſunt perducendi; nec hi peierare poſſunt. Vnde etiam liquet, furioſos, vel mente captos principes, religione ſacramenti non teneri. Leges ciuiles quidem etiam pronunciant, inpuberes regulariter iurare non poſſe; *i*) ſed de pubertate canones ciuiles adplicari non poſſunt ad principes, quippe qui legibus iſtis ſoluti ſunt, puberesque ſunt ac valide obligantur iuramento, ſi con-

b) Nec extendenda ſunt iuramenta ad inopinata, et haud ſpeciatim expreſſa, vid. TIRAQVELLVS in *praefat. l. ſi vnquam* num. 170. C. *de Reuocand. donat.* GAIL. 2. *obſeru.* 99. num. 14.

i) Haec illuſtrat HENNING. CHRISTOPH. GERDESSEN in *Theſibus iuridicis de ſacramentis puberum, ad ductum Authent. Sacram. puberum.* C. *ſi aduerſ. vendition.* edit. Gryphiswaldiae.

constat, animi viribus eos pollere, et libere consentire posse. Attamen consuetudines gentium, variis quoque in regionibus numerum annorum certum quendam praescribunt; quibus praeterlapsis, principes iureiurando adstringuntur, in actu nimirum inaugurationis.

§. LI.

Formulae iurisiurandi interdum ita sese habent, vt quam maxime generales sint, et contineant infinita officia, quae homo implere nequit nec sapientissimus, nec sanctissimus, vti experientia testatur; quum vero ad inpossibilia obligari nemo queat; (§. XIV.) vel inde colligitur; subiectos reipublicae minus consulere, principe ad eiusmodi sacramentum adacto; etenim princeps optimus etiam, vel angore conscientiae cruciabitur, vel plane negliget iusiurandum in se iniustum. Impium porro est iusiurandum, quod circa res plane inpossibiles Deoque indignas versatur. (§. XI.) Cui classi adnumeramus illud quod MICHAEL PICCARTVS ex Historia Mexicana LOPASII COMARNE refert: Horum populorum rex autem iurare debet: *effecturum se, vt sol cursum splendoremque suum teneret, nubes pluerent, riui currerent, et terra produceret omne genus frugum.*

§. LII.

Censuram non meretur princeps, qui in variis partibus muneris sui offendit, nec facit satis omnibus, vel pluribus; si enim non persoluit promissa, quibus sub auspiciis imperii se obstrinxit, id ob varias rationes excusandum, quia nec ab errore, nec a peccatis hominum plane immunis esse potest princeps. (§. LI.) Praeterea praesumtio semper pro

prin-

principe militat optima ſecundum Doctorum conſenſum, de quo THEODORVS REINKINGK in *tractatu de Regimine ſeculari et eccleſiaſtico* Lib. I. Claſſ. I. Cap. V. §. LXXXIII. ſeqq.

§. LIII.

Actus voluntarii ſaepe repetiti, manifeſtam iniuſtitiam, vimque hoſtilem reipublicae illatam, declarantes, tyrannum efficiunt. (§. XLIX.) Tyrannus igitur quisque, vel pacta expreſſa, vel tacita violat; quae ſi iurato promiſit, neceſſe eſt, vt etiam periurus fiat tyrannus. Qui igitur ob conſcientiam dubiam ſaepe iniuſte agit princeps, ille transgreditur quidem leges diuinas, (per princ. Ethic.) et ſi iuramento obligatus eſt ad pacta quaedam, etiam in certis caſibus haec ipſa rumpere poteſt, ſed tyranni nomine hanc ob cauſſam non debet male audire.

§. LIV.

Qui in ſtatu naturali viuunt, defectum ſimplicis exiſtimationis iis adſignant, qui iura diuina violant, id quod in Diſſertatione noſtra de *Praecedentia Gentium* 1738. typis impreſſa, probauimus; Ergo etiam principes periurii reii, amittunt valorem moralem omnem. Quis non abhorret a perfidia *Alexandri* VI. Romani pontificis, qui nefanda haec verba protulit: *Specioſe iurare diſcamus, quo alios fallamus, et ſi in ſuſpicione ſimus, iureiurando exquiſitiſſimo nos purgemus, quo homines commoti abhorreant, quicquam mali de nobis credere aut ſuſpicari.* Vid. LEIBNIZIVS in *praef. Hiſtor. arcan. ſeu excerpt. ex Diar. Burchardi de vita Alexandri* VI. et FRANCESE GVICCIARDIN in *Hiſt. d'Ital.* Lib. I. pag. 5. Mittimus

mus

mus alias poenas naturales *k*) quas pendere ſolent illi principes, de quibus SVTHOLT in Diſſert. *de mero et mixto imperio* Th. XXXV. Neruoſe illas L. 2. C. de *Reb. cred. et iurei.* ita exprimit: *Iuriſiurandi contempta religio ſatis Deum vltorem habet. l)*

§. LV.

Conuentiones principem inter et ſubiectos initae, duplicem obligationem habent; id quod ex natura iſtiusmodi negotii fluit; iuramenta igitur etiam, quae acceſſoria eorum ſunt, (§. XIII.) tam ab vna, quam ab altera parte deuinciunt. Ergo princeps quod iureiurando legitimo, ante promiſit, id tollere poteſt, ſi ſubiecti minus obſeruant quod officii eorum ratio exigit, quodque praeſuppoſitum fuit iurisiurandi. Hinc mutatio legum fundamentalium a principe ſuſcepta, non ſemper facit Tyrannum. (§. LIII.)

§. LVI.

Princeps periurus, eſt laeſor ſubiectorum; iuſta pacta enim iureiurando confirmata, conſtituunt ius perfectum ratione

k) Hinc de CAROLO IX. Mr. *de* VIGNEVL-MARVILLE ita diſpuiat de iuramentis ſcribens, T. II. *Melanges d' hiſtoire et de litterature* pag. 167. CHARLES IX. *blaſphemoit ſans crainte. On a crû, que Dieu en punition de cet horrible vice n' avoit pas donné vne longue vie a ce Prince, qui d' ailleurs avoit de très-grandes qualitez.*

l) Expediuit hanc legem IO. HENRICVS BERGERVS in Programmate 1702. conſcripto additoque IO. GODOFREDI FRITSCHII Diſſert. inaugurali *de iudice circa vitanda periuria prouido;* et GIDEON BOVDAEN in peculiari ad iſtam legem Diſſertatione Trai. ad Rhenum 1706. habita. Ceterum de periuriorum deteſtatione et poenis vid. TOBIAS PFANNERVS in *Theologia gentili* pag. 314. BALTHASAR BONIFACIVS VIII. 18. *Hiſt. ludicrae* et 20. Plures percenſet ſcriptores IO. ALB. FABRIC. *Bibliograph. antiquar.* Cap. XII. §. X. pag. 439.

tione vtriusque paciscentis; (per princ. iur. nat.) quum vero periurio repugnetur iuri subiectis concesso, iisque aliquid derogetur, quod perfecte illis competit, vi pacti confirmati iuramento, inde laesionem ex violatione iurisiurandi oriri, facile intelligitur, quoniam laesio est derogatio iuris perfecti alterius.

§. LVII.

Pacta regnorum fundamentalia, cum ratione status, et circumstantiis regionis, temporis, religionis, ciuium, vicinarumque rerumpublicarum conuenire debent. Quum vero istae omnes determinationes, mutationibus vicissitudinibusque multis sint obnoxiae; sequitur, nouas conuentiones in locum priorum, inter principem et subiectos substitui; adeoque recentiores plane contrarias antiquioribus, sanciri iure posse. Licet igitur princeps antiquas illas leges politicas, variaque priuilegia confirmauerit, integra tamen erit conscientia, si contra ea quae promisit iureiurando, illam ob caussam agit, quia salus ciuitatis hoc requirit. (§. XIV.) *m*) Ita etiam iusiurandum principis, de conseruandis singulis imperii sui prouinciis, haud violatur, si necessitate coactus princeps regionum partem alienat, vt interitus omnium imminens auertatur. Malum minus enim maiori praeferendum est, salua iuramenti religione. Mens principis recti conscia quoque dicitur, si regiones bello iniusto acquisitas restituit priori domino, licet iureiurando, se eas conseruaturum promiserit; iniquitatis enim vinculum esse non debere iuramentum, supra ostendimus. (§. XXXIV.) *n*)

§. LVIII.

m) Titulus omnis C. *si contra ius vel vtilit. public.* haec ex parte illustrat.

n) Non alienum a nobis est cap. 29. X. de *iureiur.* GONZALEZ TELLEZ.

§. LVIII.

Leges iurato promiſſae fundamentales ſaepe mutandae ſunt; (§. LVII.) ſcilicet reipublicae commoda id ipſum praeſcribunt. Quanquam igitur princeps iurauerit, ſe nihil mutaturum ratione legum fundamentalium, *o*) natura tamen reipublicae requirere poteſt nouas leges, et hypotheticam neceſſitatem alteram, altera excipere poteſt, quae poſtulat commutationem. Hoc eo verius eſt, quoniam nihil certi rebus ineſt humanis, atque imperia perpetuis viciſſitudinibus ſunt ſubiecta. Iniuſtae leges autem per ſe corruunt; atque hinc non ſeruandae, ſi naturae conuenienter viuimus; Ergo nec eae quae ciuitati detrimento ſunt, licet ſubiecti illas conſeruari cupiant. Ad has rationes quoque prouocabatur, quum lex illa fundamentalis in Hungaria ab ANDREA anno MCCXXII. promulgata, cum modo eligendi principes reſcinderetur MDCLXXXVII. LEOPOLDO cauſſam prae ſe ferente: *Daß man nicht ſehe, wie auf ein ſolches, was denen goettlichen vnd menſchlichen Satzungen wiederſtreitet, zu ſchwoeren, vnd ohne des Koenigs augenſcheinlicher Vntergangs Gefahr zu halten, anerwogen, daſs einem ieden Innwohner darinnen erlaubet, ſeinem*

LEZ. in *Comment.* ad cap. 25. §. *Illud.* X. eod. et praecipue cap 33. X. de *iureiur.* vbi verba haec leguntur: *Intellecto iam dudum, quod chariſſimus in Chriſto filius noſter Hungariae Rex illuſtris alienationes quasdam fecerit in praeiudicium regni ſui. - - - - Nos eidem regi dirigimus ſcripta noſtra, vt alienationes praedictas, non obſtante iuramento, ſi quod fecit, de non reuocandis eisdem, ſtudeat reuocare. Quia quum teneatur et in ſua coronatione iurauerit, iura regni ſui et honorem coronae illibata ſeruare, illicitum profecto fuit, ſi praeſtitit de non reuocandis alienationibus huiusmodi iuramentum et propterea penitus non ſeruandum.*

o) De mutatione legum generatim vid. IOANNES CASE Lib. II. *Sphaerae Ciuitatis* Cap. VI. IVNIVS in *Quaeſtionibus politicis* P. III. CASTELL de *Offic. Regis* Lib. III. Cap. XXII.

seinem Koenig zu resistiren, vnd viel andere Laster mit Fug vnd Recht zu begeben. Vnd bezeuge die Erfahrung von grauen Iahren her, was für eine Mutter einheimischer Empoerung, auslaendischer Kriege, des darauf erfolgenden Gottes Zorns, vnd Reichs-Ruin, ihre Waehlungen vnd benieldetes Decret Andreae gewesen. Wie dann niemand als der alleinigen Goettlichen Vorsehung zuzuschreiben, daß dieses Apostolische Koenigreich nicht voellig mit Verlust aller Güter, Freyheit vnd vnzeblicher durch Christi Blut theuer erkaufften Christen-Seelen, vnter das Türckische vnertraegliche Ioch gebracht worden. ap. BECVMANVM in *Synt. Dignit. Illustr.* Differt. VI. Cap. III. §. II. pag. 265.

§. LIX.

Finis iurisiurandi non semper obtinetur; (§. LVIII.) principes praeterea impii praefracte ea rumpunt, (§. LIII.) vtilitate tamen singulari inprimis se commendant iuramenta solennia; Conf. CHARRON *de la Sageſſe* L. III. Cap. X. N. VII. quoniam saepenumero iis principes diriguntur, qui curam in exercenda iustitia alias non ponunt; ob reuerentiam nempe numinis diuini. (§. III.) Magnus vero etiam inter principes abusus iuramentorum inualuit. Ita enim praeter iusiurandum aperuerunt alia remedia, ad veritatem vel eliciendam vel confirmandam; principibus gentibusque indigna. (§. XXIV.) Sic post fata *Ludouici Germanici, Carolus Caluus* imperator Germaniam ad imperium quum reducere adlaboraret, Ludouici filii armis ab imperatore victi, tandem ad iudicium candentis laminae prouocarunt, teste PAVLO AEMYLIO Lib. III. de *reb. gest. Franc.* Non vero publicae salutis caussa solum principes iurarunt, et iuris iurandi analogis vsi sunt; sed tam propria delicta, quam suorum purgauere atrocibus

cibus saepe modis. Sic *Kunegundis* Henrici II. vxor, ob suspicionem amoris furtiui, iudicio candentium vomerum coram imperatore se purgauit, vid. ZWINGERVS in *Theatro Vit. Human. Vol.* V. *Lib.* IV. fol. 1360. ALBERTVS KRANZIVS in *Sax.* Lib. IV. Cap. XXXII. fol. 262. IO. CAROLVS NAEVIVS in disp. de *iuramentis illicitis*, Vitembergae excusa 1706. LINDENBROG in L. L. *Lombard.* l. 1. Tit. 10. §. 3. f. 335. Id monendum denique est, accidentalia quaedam iurisiurandi, perfidos principes saepe sola deuinxisse, minime autem iuramenta sine rebus quae inter modos referuntur, praestita; *p*) sed in superstitione impia eiusmodi facinora posita fuisse, liquet.

§. LX.

Princeps iure pollet poenis compescendi subiectos; (§. XXVI.) Ergo recedere potest a pactis fundamentalibus poenae loco, si nimirum subiecti mite imperium, nonnullaque iura iis concessa, haud merentur; (§. cit. et §. XXXV.) Ergo nec hoc respectu periurii turpis nota inuritur principi.

§. LXI.

Vbi obligatio in pactis cessat, ibi iusiurandum non obligat; (§. XIV.) Ergo princeps rebellibus subiectis fidem iurato datam vt seruet, non adstringitur, si nimirum libero consensu non est adductus princeps ad iusiurandum, qui in eiusmodi casu exulare solet.

p) v. c. Turcae postularunt ab *Vladislao* Hungariae rege, pacem iurari debere in medio eucharistiae, id autem recusabat rex, v. PHILIPPVS CALLIMACHVS in *Historia de Rege Vladislao seu clade Varnensi.* De Eucharistiae sumtione itidem est memorabilis locus in SIGEBERTI Chron. A. DCCCLXX.

§. LXII.

Si vi externa ad vnicum determinamur, omnimoda locum habet coactio, ſi autem vi externa ad vnum ex duobus malis eligendum determinamur, coactio ſecundum quid vocatur. Cum illa igitur libertas plane conſiſtere nequit; Ergo nec conſenſus; quoniam neceſſitas inde eluceſcit; in hac autem contingentia actionis reſtat, quoniam duplici modo agens ſe poteſt determinare; hinc etiam ſpontaneitas accedere.

§. LXIII.

Taedium quod ex malo imminente oritur, metum vocamus; ſolus metus igitur in ſe conſideratus, non impedit, quo minus paciſcamur cum aliis, ſeu conſenſum noſtrum declaremus.

§. LXIV.

Princeps iusiurandum relaxare iure non poteſt, ob metum quo fuerit perculſus, tempore praeſtiti iurisiurandi. (§. LXIII.)

§. LXV.

Nec coactio ſecundum quid, quae in principibus regna electitia adeuntibus, obſeruari ſolet, (§. XXXII.) obſtat, quo minus pacta et iusiurandum principis ſit ſeruandum. (§. LXII.)

§. LXVI.

Si autem vis iniuſta fuerit, qua pactum extortum eſt, hoc eſt legibus ſtricte dictis repugnans, et ita princeps iurauit, tunc irritum per ſe dicendum iuramentum; (§. XIX.) quoniam pacta et iuramenta, non laeſionibus, ſed iuſtitiae inſeruire debent. (§. I.)

§. LXVII.

§. LXVII.

Si ſolus metus inualida redderet pacta et iuramenta; (§. LXIII.) tunc ne vlla quidem certitudo moralis iis ineſſet, finemque eorum non aſſequeremur; qui tamen hic eſt, vt officia hominum reddantur determinatiora, certiora, vtiliora. *q*) Sequeretur etiam ex falſa iſta hypotheſi, adfectus omnes pacta tollere; v. c. ſpem, amorem, iram, triſtitiam, gaudium etc. quoniam ratio vix dari poterit, cur metus diſtinguendus ſit ab omnibus reliquis animi perturbationibus.

§. LXVIII.

Qui alium ad pactum ineundem cogit, ius habere debet cogendi, alias irrita erit vna cum accedente iuramento conuentio. (§. LXVI.) Quum igitur ſubiectis ius cogendi principem non competat; (§. XLVII.) princeps etiam ad iusiurandum iniuſta vi adactus, non obligatur. Nec in eo caſu ſubiectis id licet, ſi laeſi fuerint a principe ciues, quoniam renunciarunt ſemel iuri perfecto naturali, atque aequalitati inde pendenti. (§. XXVII. XLVII. LVII.) *r*)

§. LXIX.

Dolus malus pacta reddit nulla; ergo etiam iusiurandum, dolo extortum, per ſe corruit, ac recte violatur a principibus, hac ratione irretitis. Sed prudentiae regulae iubent ſaepe, vt conſeruent ea iuramenta, ne fides ſanctitasque

q) Vid. SAMVEL RACHELIVS de *Principiis actionum humanarum* Diſp. I. §. XXVII. FRANC. HOTTOMANNVS *Quaeſt. Illuſtr.* VII. HENR. VFELMANNVS de *Iure, quo homo homini in ſermone obligatur* Cap. VII. CHRIST. GOTTL. SCHWARZII *ſylloge Probl. Jur. Nat. et Gent. Probl.* XXXVIII.

r) Conf. IO. IVSTINVS SCHIERSCHMID in Diſſertatione de *pacto metu extorto iuſto et iniuſto* ed. Lipſiae 1734.

que principis dubia esse videatur. Ita Iosua iuramentum dolo elicitum Gibeonitis, seruando, prudenter fecisse videtur. Consulatur TOSTATVS in *Comment. ad Ios.* Cap. IX. Quaest. XVIII. pag. 279. BVDDEVS in *Histor. Eccles. Vet. Testam.* pag. 827.

§. LXX.

Reponunt alii, pontificis nimirum Romani asseclae, iureiurando nos Deo aliquid promittere, adeoque pacta illicita in se, seu dolo sancita, si iureiurando firmata fuerint, seruanda esse, atque ita principes etiam religiose adstringi a subiectis quacunque ratione circumuentos; sed eiusmodi sententia, de qua supra mentionem iniecimus, dudum profligata est. Caussam igitur eorum iniustam amplius non perorabimus. Sed obseruandum modo, ipsos Romanorum pontifices, exemplis suis refellere istam opinionem. v. c. *Paschalis* Henrico V. Inuestituram episcoporum et abbatum iurato promiserat; teste PETRO DIACONO L. IV. *de ortu et vita sanctorum monasterii Cassinensis* C. XL. pag. 468. Sed e custodia liberatus, in concilio Lateranensi, ao. MCXII. hoc iusiurandum irritum pronunciabat praesul idem Romanus, caussam prae se ferens, se ab imperatore esse coactum. Conf. BARONIVS Tom. XII. Annal. ad hunc annum Num. XVII. XVIII. DITMARVS in *Chronic.* Lib. V. VI. VII. *s*)

§. LXXI.

Fallaci etiam fundamento nititur potestas Romani pontificis, quam sibi arrogat, principum iuramenta relaxandi;

s) Henrici IV. edictum vero, contra decreta Paschalis et concili Tricassini vid. in *Constit. Imper.* Tom. I. GOLDASTI.

di; *t*) quum ea nec ex rationis nec reuelationis aſſertis concipi probariue poſſit. *u*) Fingamus eum eſſe vicarium Dei, nec inde tamen ius illud deriuari poterit, quoniam leges naturae, quibus iuramenta nituntur, ſunt immutabiles; (§. XIV. et XL.) atque hinc iusiurandum quod iuſta requiſita, ſupra expoſita, habet, ſolui poteſt a nemine; illegitimum autem iusiurandum, per ſe irritum eſt, nec relaxatione in ſtatu naturali indiget. *x*) Iniuſta igitur erat relaxatio iuramenti ab VLADISLAO Hungariae rege praeſtiti. Qui quoque princeps, praeſule Romanorum relaxatione ſua ſycophantias ſtruente, ſibi ipſi interitum attulit. Conf. BOXHORNIVS in *Hiſtor. Vniuerſ.* ad an. MCCCCXLIV. Aliud exemplum vſurpatae illius poteſtatis prodidit poſteris THVANVS, *Hiſtor.* Lib. XVII.

§. LXXII.

t) Nuncii apoſtolici etiam, ſeu ablegati pontificis, iuramenta relaxandi facultatem arripuerunt. De quibus in *Receſſ. Imperii d. Anno* MDCLIV. §. *als ſich denn auch* 158. in fin. *auch im übrigen dasienige was die Staedte wegen der Nunciorum abſolutionem a iuramentis, vnd daſſ dergleichen relaxationes in Gerichten, ſie geſchehen denn vor dem ordentlichen Richter, ad effectum agendi nicht zu attendiren ſeyn ſollen.* Conf. IO. HENR. POTT in diſſ. *de Abſolutione a iuramento, Ienae* 1685. in lucem emiſſa. Ita quoque relaxatio iurisiurandi in cauſſa VLADISLAI Hungariae regis, per *legatum a latere Iulium* facta eſt.

u) Ne dicam de poteſtate ſumma multorum imperatorum, cui pontifices per longum temporis ſpatium paruerunt, cuique ſeſe ſubduxerunt deinde Romani praeſules, artibus variis illicitis adhibitis. Non abs re fuerit legere CARPZOV. ad *Leg. Reg. Germ.* c. II. §. IV. N. 1. pag. 96. ſeqq.

x) Iurisiurandi relaxatio ſubiectorum in ciuitatibus, interdum ex neceſſitate, interdum ex vtilitate petitur; ſed nec de hac, nec de iure principis relaxationem eiusmodi inſtituendi, ſermo nobis eſt. Agimus enim de principe, qui legibus ciuilibus non alligatur. Praeter innumeros de ea diſputat IO. IACOBVS GEIGER in *Diſſert. inaug.* de *abſolutione a iuramentis* Argentorati conſcripta 1679.

§. LXXII.

Si princeps iuramento res confirmat, quarum plane non habet notitiam necessariam, ipsius iusiurandum est inualidum; (§. L.) licet leuitatis animi notam incurrat isto modo iurans. Sed disceptari potest, an etiam minus plena cognitio, iusiurandum efficax reddat? Hoc vt diiudicetur, secerni debent varia capita, nimirum error circa essentialia, et error ratione accidentalium; an dolus accesserit, an non? fueritne alter qui iusiurandum detulit, doli particeps; quaeque sunt plura, ex natura pactorum, de quibus GROTIVS Lib. II. de Iure B. et P. Cap. XI. differit, colligenda. Dubia autem facile oriuntur, an euitari potuerit error a principe; atque hinc regulae istae cum summa certitudine ad indiuiduum raro adplicantur. Id efficiunt praesertim verborum significationes, quae diuersas plerumque admittunt explicationes, atque interpretationes sibi inuicem contrarias, y) vnde ancipites propullulant controuersiae, de violatione iurisiurandi cuiusdam.

§. LXXIII.

Videamus vero an omne iusiurandum principis maiestate sit indignum. Sunt quidam in HOBBESII haeresi, opinantes, maiestate praeditum esse non posse principem iuramento implicatum. Quum autem nemo in dubium reuo-

y) Inter Suecos et Brandenburgicos de instrumenti pacis Westphalicae verbis: *cum terris adiacentibus:* ita disceptabatur. Sueci, ea fines Pomeraniae regundos designare adserebant; Brandenburgicis aliter a se intellecta arguentibus, quam ferebat *Saluius* orator Suecicus. Litteris haec consignauit PVFFENDORFFIVS Lib. III. de R. G. *Friderici Wilhelmi* §. XLII. quem citat GVNDLINGIVS *Jur. Nat. ac Gent.* Cap. XII. §. XIV. pag. 145.

reuocare, iure quidem suo queat, eum etiam qui absoluta maiestate est instructissimus, pacta sancire posse; illaque valere si requisita iusta adfuerint, (§. XXI.) vinculoque confirmari ista etiam tali, quale iusiurandum est, vt concedatur, necesse est. (§. XIV. XXXVII.) Nam non sequitur quod proferunt, nimirum iuris maiestatici translationem seu euersionem, semper cum iureiurando esse connexam. Quippe quod nec cum experientia conuenit; nec cum iis placitis, quae de maiestate expediuimus, speciatim §. XLI. Ex his sane perspicitur luculenter, exercitium modumque huius vel illius iuris certo modo posse circumscribi, ac iuramento corroborari, salua principis maiestate.

§. LXXIV.

Princeps integra maiestate sua modo iurat, modo minus; (§. LXXIII.) nec violatione iuramenti tollitur summa illa potestas principis; (§. XLVII.) nec ciues in periurum principem animaduertere debent; (§. cit.) sed naturales poenae, siue diuinae, vexant quemque et insectantur perfidum, (§. LIV.) quas inter infamiam retulimus. (§. cit.) Facile vero id sibi arrogant subiecti crudeles, vt se principe periuro superiores esse credant, et de eo poenas sumant grauissimas. Exempla funesta commemorauit IOANNES LOCCENIVS in *Historia rerum Suecicarum* Lib. III. pag. 108. FAMIANVS STRADA in *Bello Belgico Decad.* II. Lib. IV. pag. 476. sqq.

§. LXXV.

Reseruationes mentales iniustae sunt; (§. XVI.) iis igitur vtentes principes, produnt animi sui leuitatem; qua

caussam iniustam defendere nequeunt, nec periurii infamiam abstergere, siue cum suis subiectis, siue cum aliis agant. Argute hinc AVGVSTINVS: *Periuri sunt, qui seruatis verbis, expectationem eorum, quibus iuratum est, deceperunt:* Epist. CCXXIV. Chronicon THEODORI ENGELHVSII ad An. DCCCLXXXVIII. exemplum reseruationis tam turpis exhibet; ibi de *Hattone* Moguntino haec, fabulosa quidem, sed argumentum illustrantia, enarrantur: *Quum imperator,* (Ludouicus) *Adelbertum vincere non posset, dixit Hatto: ego prouidebo, vt ad te veniat, tamen curato, ne recedat. Venit ergo Hatto Bambergam, vbi morabatur Adelbertus, quasi ei consulturus, vt gratiam regis acquireret, iurans: si secum iret, sanum et saluum eum reduceret. Rogatus autem episcopus antequam exirent prandere, callide renuens, postquam in campum venit, ait: O quam saepe petit, qui oblata spernit; taedet me longioris viae et tardioris horae, ieiuni non possumus toto die ambulare. Adelbertus de hoc gauisus, reuertit in castrum cum episcopo, sicque tradit eum Ludouico, putans, se satisfecisse iuramento, qui cum eo rediit in castrum.*

§. LXXVI.

Contestatio cum inuocatione Dei vindicis coniuncta, est iusiurandum; (§. II.) hinc vel nos ipsi iuramus, vel alius nostro nomine tanquam mandatarius, Deum religiose inuocat in assertionis certitudinem; id quod ex natura caussarum moralium cognoscitur. Ergo et principis loco, priuatus homo, vel homines mandato instructi, qui legati plerumque dicuntur, iurare legitimo modo queunt, vnde obligatio ratione mandantis oritur perfecta. z) Idem ex natura pacti effici-

efficitur, si ita rationes subducimus: Quum pacta per alios ineamus valida, sequitur, vt et per alios iurare queamus. Illud largiuntur omnes; ergo vt hoc etiam admittant, necesse est; quoniam iusiurandum est accessorium pactorum, vti saepius monuimus. Illa iuramenta in animam alterius, vsu etiam recepta sunt inter principes; sic legati Regis Romani capitulationem confirmarunt sequenti formula: *Wir des Allerdurchlaeuchtigsten, Großmaechtigsten Fürsten vnd Herrn, Herrn Carln, erwehlten Roemischen Koenigs etc. bevollmaechtigte Botschaffter vnd Gesandten, schwoeren in Krafft derentwegen habenden vnd anietzo verlesenen Gewalts von wegen Ihr. Koenigl. Mai. vnd in ihrer Maiestaet Seele, zu Gott vnd seinen Heiligen, daß ietzt allerhoechst gedachter, vnser allergnaedigster Herr, der Roem. Koenig, die bey bißherigen Wahl-Consultationen vnter hier anwesenden Ihrer Churfürstl. Gnaden zu Maeyntz, vnd Churfl. Durchl. Durchl. zu Trier vnd Pfaltz, auch derer übrigen abwesenden Herren Churfürsten Gesandten verglichene, verfaßt-vnd beschriebene Pacta, oder Wahl-Capitulation, stet, fest, vnd vnverbrüchlich halten vnd vollziehen, vnd dawider nicht seyn, oder thun sollen vnd wollen, als ihrer Koenigl. Mai. vnd vns Gott helffe vnd seine Heilige.* Vid. *Wahl- vnd Croenungs-Diarium* edit. Francof. ad Moenum 1711. Itidem electores et principes imperii nostri R. G. per legatos coram imperatore ob feuda iurant, teste STRYKIO in *Exam. Iur. Feud-*

Zz 3

z) IVSTVS OLDEKOP quidem in Dissertatione *iuridico-politica de iureiurando in alterius animam* Bremae 1662. impressa, reiicit iusiurandum per procuratorem praestitum; idque iuri gentium et naturae repugnare pronunciat, sed haud vllam adtulit idoneam probationem; id quidem non negamus, abusum huiusmodi iuramentorum, fini eius repugnare.

Feud. in *app. de solenn. inuestit.* n. 1. sq. n. 14. sqq. Hinc etiam in foedere ab Imperatore FRIDERICO II. et S. LVDOVICO GALLIAE Rege anno MCCXXXII. inito, haec legimus: *Confoederationem praecepimus et iniunximus iurandum, pro nobis et in anima nostra, a dilecto familiari nostro, magistro* HENRICO VENER CATHAN *electo,* et HENRICO *de Aquisgran. Camerario fidelibus nostris:* apud LEIBNIZIVM *Cod. Iur. Gent. Dipl.* N. II. Interdum quoque in animam Principis sui et principalis, mandatarius iurat, quamuis princeps sit praesens, seu mandans: Sed tamen id non facile fit, nisi inferiori vel subiectis praestetur iuramentum. Conf. LEIBNIZIVS *Cod. Iur. Gent. Dipl.* Tom. I. Dipl. 23. §. 2. Dipl. 25. §. 4. Dipl. 26. Dipl. 35. §. 2.

§. LXXVII.

Princeps iureiurando conseruationem prouinciarum omnium promittens, eo tenetur, nisi leges obstent, vel id ipsum fieri nequeat. (§. XIX.) Si igitur tractum quendam terrarum, vel omnes regiones aliorum potestati deinde tradit, ab hoste victore coactus; nihil egisse censetur, licet iusiurandum accesserit; posterius enim iusiurandum iniustum est; (§. LXVI.) nec labefactare prius, quod iustum esse praesupponimus, potest. (§. LVII.) Ergo vindicabit vi armorum istas regiones iure suo, potestate sua, seu populi, incrementa capiente.

§. LXXVIII.

Remittitur principis iusiurandum, consensu subiectorum; hoc est, si ii quibus ius ex iuramento quaesitum erat, concedunt, seu probant mutationem, quae sacramento principis

cipis ſtabilitae ſunt, legum fundamentalium. Etenim ſummum numen in teſtem et vindicem tantum vocatur, ſi iurans fefellerit; Deo igitur nihil decedit, deſiſtentibus illis, qui alium ad iuramentum adegerunt, a rebus iuramento confirmatis. Inter priuatos homines id etiam iuris eſt vniuerſalis; quod enodarunt LESSIVS de I. et I. Lib. II. Cap. XLII. Dub. XII. Num. LVI. SAMVEL FRIDERICVS WILLENBERG in *Diſſ. iurid. de Periurio veniali.* §. XXXI. E contrario etiam princeps in republica quam gerit, ſoluendi et ligandi iuramenta, poteſtatem habet. (§. LXX. not. *x*) Ita auguſtiſſimus Imperator vel ſolus, vel cum Statibus in comitiis relaxare poteſt iuramenta. Planius id exponitur in R. I. *de* an. MDLV. §. *vnd ſollen dieienigen* 59. nec non §. *vnd ſollen in dieſen beeden Verordnungen* etc. In Camera Imperiali etiam frequenter relaxationes tam petuntur quam obtinentur. add. *Receſſ.* de an. MDCLIV. §. *als ſich dan* in fine. Quod ius *Carolum* V. ſolum exercuiſſe THVANVS auctor eſt Lib. VI. prope fin. pag. 133. edit. Francof.

§. LXXIX.

Interpretatio denique iurisiurandi principis, ſpeciem relaxatiois ſaepiſſime affectat; ſi nempe digna, quam requirimus omnino, maieſtate inſtituitur explicatio illius; (§. XXXIX.) *a*) quae quidem modo extenſiua, modo reſtrictiua

a) Loquendi vſus receptus interpretationis principium conſtituit; ſique circumſtantiae id permittunt, ſtricta interpretatio eſt optima; neutiquam extendenda ad ea, de quibus nec princeps nec ſubiecti cogitarunt tempore praeſtiti iurisiurandi. Quas regulas et ratio patefacit, et ſcriptores probatiſſimi, WILHELMVS AMESIVS in caſibus *Conſcientiae* Lib. IV. Cap. XXII. Num. XXII. et paſſim, KLOCKIVS Vol. I. Conſ. XXXV. N. CCCLXXII. LAVTERBACHIVS in *in tractatione ſynoptica de iuramentis.*

ctiua dicitur. Nunquam autem aduerſari debet iuribus maieſtaticis formula iuratoria, ſin aliter ſumma imperii penes principem eſſe debet. (§. cit.) Ceterum illa ipſa interpretatio, cum remiſſione coincidit; (§. LXXVIII.) vocabuloque relaxationis vulgo inſignitur. Ergo conuenit quoque cum iure gentium. (§. cit.)

§. LXXX.

Remitti iusiurandnm poteſt ei principi, qui ſe iam adſtrinxit iſto vinculo; (§. LXXVIII.) Ergo etiam principem, qui ad iurandum paratus eſt, vel iuramentum pollicetur, vel ad iurandum obligatur, ſoluere iureiurando licet; (§. XXXII.) et porro vel omne iusiurandum, vel pars, et capita quaedam huius, ex eadem ratione tolluntur. Praeterea obſeruamus, remiſſionem iſtam relaxationem vocari, ſi iam praeſtitum eſt iusiurandum, proprie vero remiſſionem dici, ſi iusiurandum ad quod quis obligatus eſt, non interponitur. De hoc diſcrimine conſulatur BENED. CARPZOVIVS Part. II. Conſtit. XXXVI. Defin. VI. n. 4. ſq.

§. LXXXI.

Reliquas iurisiurandi principis proprietates praetermittimus lubentes, quoniam conueniunt cum iis quae iuriiurando generatim conſiderato inſunt, de quo infiniti exſtant ſcriptores. Nec ſumus extraeſſentiales iurisiurandi principis, partes plures explanaturi, ne in immenſum creſcat diſſertatio.



VI.

VI.

COMMENTATIO

DE

VARIIS CONSTITVENDI FEVDA ADVOCATIAE MODIS ET IVRIBVS PRAECIPVIS EX ILLIS MANANTIBVS

TVM IN GERMANIA GENERATIM

TVM IN TERRIS

BRVNSVICO - LVNEBVRGICIS

SIGILLATIM

EX IPSIS LEGIBVS ACTIS PVBLICIS
ET DIPLOMATIBVS
PARTIM TYPIS IMPRESSIS
PARTIM INEDITIS
ERVTA

VIRO

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO

DOMINO

HENRICO OTTONI CALCKHOFF

POTENTISSIMO SVECORVM REGI AC HASSIAE LANDGRAVIO A CONSILIIS SANCTIORIBVS SVPREMI STATVS ADMINISTRO ET SVMMI APPELLATIONVM TRIBVNALIS DIRECTORI SVMMO

PERPETVAM PRECATVR FELICITATEM

LVDOVICVS MARTINVS KAHLE.

DOMINE PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME

Dum libellum huncce ſcribo, ſubit mentem, eundem inclyto nomini TVO, DOMINE PERILLVSTRIS, inſignire, conſecrare, et omnino TVVM totum eſſe velle. TV enim dudum virtutibus ſplendidiſſimis aulam, ſenatum, populum, orbem litterarium omnem impleuiſti. Ad TE, iam per diuturnum temporis ſpatium, veluti ad magiſtratuum cunctorum, poſt Principem, ſummum antiſtitem, ſecretiorisque conſilii Phoebum, vnice

ce confugiunt ſubiecti Haſſo - Caſſelani; ita, vt multis retro annis, meus genius ad obſequia ac ſeruitia erga TE, ſenſim me tum præparauerit, tum prouexerit, ac denique haud ita pridem mancipio nexuque fecerit proprium, quum a SERENISSIMO PRINCIPE, explente conſilia TVA, honorifica ratione euocatus fuerim ad munus profeſſoris iuris publici S. I. R. G. obeundum. Quae merita TVA, ſi vnquam dies apud me deleret, ingratiſſimus mortalium ſiem. Liceat igitur, DOMINE PERILLVSTRIS, me et in eorum numero eſſe, qui TE ſemper mente demiſſa venerantur; et offerre monimentum hocce animi beneficiis TVIS deuincti maxime. TE quidem non ſatis digna eſt haec nuncupandi ratio; nam non ſum neſcius, libellum meum plane eſſe tenuem; quum ipſe primus quaſi hoc curriculum cucurrerim, nec mirum, ſi puluerem magis olympi-

cum ex hoc pentathlo, quam praemium aliquod retulerim. Sed ſatis habebo, ſi vel ſolam pietatem, cuius teſtimonium in hoc qualicunque labore extare volui, TIBI MAECENAS INDVLGENTISSIME, probauero. Ceterum vale ex voto, DOMINE PERILLVSTRIS, et res TVAS, in Reipublicae commodum, ciuium ſalutem, ſeculi gloriam, quod facis, adminiſtra, meque, dicantem TIBI commentationem iuris clientelaris, in cera tuorum clientum haerere, clementer patere.

Gottingae prid. cal. Octob.
MDCCL.

PRAE-

PRAEFATIO.

Varie habita ac ſaepe immutata aduocatiarum feudalium forma, nec non conuerſio ſtatus, et inclinatio communium temporum, aeque ac multiplex verborum *advocatiae* et *advocati* vis, pro diuerſitate legum et conſuetudinum, ratione diuerſa explicanda; multis obſtrictam difficultatibus doctrinam de FEVDIS ADVOCATIAE, flexiloquis et obſcuris placitis impleuerunt: ita, vt interpres egeat interprete, et ſors ipſa referenda ſit ad ſortes. Hinc a clientelaris iuris ſcriptoribus vel plane tacitum praetermiſſumque eſt id argumentum; vel vix primoribus labris ab iis attactum; vel opinionum prauitate infectum; vtpote qui Germanorum leges commiſcent cum iure Longobardorum et aliarum gentium; vel non obſeruant, deflectere iam aliquantulum de ſpatio curriculoque inſtituta maiorum in ſingulis ferme regionibus; vel ſummatim adhuc iſtum in modum rem explanant, vt fere hic ſatius ſit, mutum eſſe, quam quod nemo intelligat dicere: quamuis tum in iure Germanorum publico, tum in priuato, feuda aduocatiae, et iura inde oriunda, ſaepenumero digna diſquiſitione verſentur in quaeſtione. Reperiuntur quidem, quas LIPENIVS et eximius ICtus GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN excitarunt in *Bibliotheca reali iuridica*, *b*) commentationes complures de aduocatiis, quarum praecipuas hoc in libello ſim laudaturus; ſed de feudorum aduocatiae conſtitutione, ſpeciatim Brunſuico-Luneburgicorum, vel littera nulla, vel οὐδὲν ὑγιὲς, vel vix aſper-

b) ſub voce *Aduocatia* Tom. I. pag. 12. impreſſ. Lipſiae 1736.

poteſt, aut non attigiſſent, aut ita attigiſſent, vt non attigiſſe praeſtaret; vel gloſſam contortam genuinis legum fontibus adhibuiſſent. Plura nimirum iudicant homines odio, aut amore, aut errore, quam veritate, aut praeſcripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicii formula. Prae ceteris definitione circumſcripturi modos conſtituendi feuda aduocatiae, diſcordiam hic moliuntur Dd. et fluctuant. Quumque in explicatione cauſſarum iſtarum, poſita ſint permulta aduocatiae feudalis iura; expendere ea, et propoſitis nonnullis praeceptionibus adumbrare, atque tenere liceat conſequentia, prout iure clientelari ſcripto et auctoritate chartarum publicarum, et rerum ſcriptorum optimae notae nituntur. Equidem fontes putaui eſſe demonſtrandos, vt quicquid inde haurias, LECTOR HVMANISSIME, purum liquidumque te haurire, ſentias. Quas res, quum vix quisquam vlla ratione adhuc perſequutus ſit, ſpem concipio, fore, vt opuſculum hoc leuidenſe, ſed firmatum munitumque partim typis impreſſis documentis, partim ineditis adhuc diplomatibus, quae ad vnum omnia legi, perlegi atque cognoui diligenter, aliquam habeat excuſationem. Inprimis autem immortalitati commendo clementiam ILLVSTRISSIMI DOMINI DE MÜNCHHAVSEN ſummam, qui ſicut innumera poſuit apud me beneficia, quorum memoriam conſeruabo ſempiternam, ita etiam benigniſſime mecum communicauit excerpta de aduocatiis Calenbergicis pag. 407. et 408. prolata, nec non Diploma, quod ſiſtit p. 435. libelli huius. Omnem quidem commentationem de variis conſtituendi feuda aduocatiae modis, et iuribus praecipuis

ex illis manantibus, tum in Germania generatim, tum in terris Brunſuico-Luneburgicis ſigillatim, euulgare iam non licuit cogitanti mihi de vaſis conclamandis, ac ſuſcipiendo Hanouiam itinere; *d*) ſed primam tantum partem publicae committo luci; alio enim tempore tantum expoſitioni huius argumenti vberiori, et disquiſitioni de feudis aduocatiae Corbeienſis, aduocatiae Gandersheimenſis, Goslarienſis, Helmſtadienſis et Werdenſis, Hildeſienſis, Huxarienſis, Walckenriedenſis, cet. quam paro, meditor, cogito, relinquendum, quantum a publico et officio et munere vacabit. Ceterum vt ingenia humana plerumque ſunt ad ſuam cuique leuandam culpam nimio plus facunda, ita nos in aliam partem tranſimus; tenuem nempe hancce vnamque de multis exercitationem, muti atque elingues fere in publicum prodire patimur, non quaerentes veterum iudiciorum ſeueritatem, ſeu iudices Caſſianos, ſed aequos atque beneuolos lectores. Ita, mi LECTOR, vale, et ſi me Tuis commodis ſeruiiſſe putes, etiam faue. Göttingae ipſis Kal. Octobr. clↄ. Iↄccl.

d) Quum etiam poſt abitum meum excudendae ſint plagulae chartarum inde a pagina 112. omnes; iis lectoribus, qui offenduntur maculis, quas incuria fundit operarum, me vehementer excuſatum volo.



COM-

COMMENTATIO
DE
VARIIS CONSTITVENDI FEVDA ADVOCATIAE MODIS ET IVRIBVS PRAECIPVIS EX ILLIS MANANTIBVS TVM IN GERMANIA GENERATIM TVM IN TERRIS BRVNSVICO-LVNEBVRGICIS SIGILLAIM.

§. I.

NOMINIS NOTATIO.

Inde ab antiquis temporibus, praefectos, quorum fidei commiſſa creditaque erant negotia, *Aduocatorum*, *e)* Germanice *Fauth* et *Voigt*, nomen tuliſſe; perhibent, qui monimenta hominum, locorum, geſtarumque rerum reliquerunt. *f)* Pari modo regiones et ditiones quaedam, Aduocatiae ſeu *Voigtlande*, h. e. terrae Vogtorum, ſiue Aduocato-

Bbb 2

e) *Aduocatos* nuncupari etiam *Aduocatores*, id cuique pro percepto liquet, & confirmatur auctoritate *Muſei Italici* Tom. II. pag. 6. Num. IV. ſeu collectionis veterum ſcriptorum, editorum a IOANNE MABILLON et D. MICHAELE GERMAIN, Luteciae Pariſiorum 1689.

f) Ablego lectores ad Diploma Imperatoris OTTONIS III. anno DCCCCLXXXXIX. confectum et a CHRISTOPHORO LEHMAN in *Chron. der freyen Reichs-Statt Speyr* Lib. IV. Cap. III. pag. 274. edit. Francofurti ad Moenum 1612. in lucem protactum, nec non ad IOANNIS SCHILTERI *Gloſſarium Teutonicum* ſub voce *Swabo Richi* pag. 780. excuſ. Vlmae 1728. et ad FRANCISCVM HOTOMANNVM in commentario de *verbis feudalibus*, ſub vocabulo *Aduocatia*, ſcribentem: „Aduocatia, eſt negotii „alicuius publici procuratio a ſuperiore mandata: vt L. Feud. 2. tit. „27. §. 15. (legendum §. 7.) Hinc aduocatus videtur idem, qui a pragmaticis noſtris commiſſarius vocatur, cui praefectura aut munus aliquod, ac praeſertim cauſarum diſceptandarum publice mandatum „eſt. „ Ceterum de denominatione Aduocatorum plura dabimus §. XX.

catorum, olim nuncupatae sunt, *g*) quippe ab adiutoribus rectoribusque capessendae; *h*) quemadmodum aduocati prouinciales, *die Landvoigte oder Burggrafen zu Zorbeck*, *i*) *die Landvoigte in Thuringen vnd Hessen*, et aduocati ciuitatum imperialium, *(die Reichs-Vögte)* et aduocati camerae, qui rebus cameralibus et fisco praeerant, aliique bene multi, id suis dudum exemplis comprobarunt. Non vero principes solum, sibi adscripsere aduocati titulum, sed et comites, barones, nobiles, *k*) patricii ac magistratus plebeii, tum in ciuitatibus, tum

g) Legi merentur de terris Aduocatorum HERMANNI CORNERI Chronicon ad annum DCCCCXXX. quod exstat in *corpore Historico medii aeui*, edito a IOANNE GEORGIO ECCARDO Lipsiae 172.. Tom. II pag. 520. et MELCHIORIS HAIMINSFELDII GOLDASTI *Alemannicarum Rerum* Tom. II. pag. 142. impress. Francofordiae 1661. et VLRICI OBRECHTI *Alsaticarum Rerum Prodromus* Cap. XIII. pag. 313. seq impress. Argentorati 1681. Add. IACOBI von KÖNIGSHOVEN *alteste Teutsche so wohl allgemeine als insonderheit Elsassische vnd Straßburgische Chronicke* Cap. I. §. XXVIII. pag. 17. euulgat. Argentorati 1689.

h) Aduocatia Voigtlandiae initio effecit munus mere personale; quum vero MERANII Duces ea potirentur, valde auctum atque amplificatum id fuit, ipsisque dedit occasionem potiundi variis oppidis, castris, cet. Vid. ill. IO. DAVIDIS KOELERI, qui pereximio est ornamento academiae nostrae, dissertatio de *Ducibus Meraniae ex Comitibus de Andechs ortis*, §. XX. pag. 56. seq excus. Altorfii 1729.

i) Vberiori stilo id declarat GEORGIVS FABRICIVS *Saxoniae illustratae* Lib. V. pag. 511. sub voce *Vitechindus* edit. 1606. Huc spectant etiam *die Land-Drosten, Land-Hauptmaenner, Land-* et *Reichs-Pfleger*, de quibus commentatus est illustris HVLDERICVS AB EYBEN in disquisitione de *titulo nobilis*, an et quatenus is non tantum Ducibus et Principibus, sed Comitibus quoque et aliis, curiae Romanae stilo tribuatur, §. XXIII. Operum eius iunctim Argentorati 1708. excusorum pag. 844.

k) Hominibus ingenuis datas esse aduocatias, perspicimus ex Capitulis PIPINI an. DCCLXXXXIII. apud STEPHANVM BALVZIVM *Capitularium Regum Francorum* Tom.

tum in pagis. Quin etiam defenſores atque patroni eccleſiarum, in Germanorum idiomate *Schirmherren*, *Kaſtenvoigte*, *Vicedume* dicti, beneficiario aut alio titulo aduocatias acquiſiuere: quandoquidem vel ad gubernacula ciuitatis, vel eccleſiae, vel monaſterii accedebant; vel auſpiciis Imperatoris, exercebant iuriſdictionem, vel iura alia referuata. *l*) Deinde quoque caſtra, ſub ſe villas, homines, cetera, continentia, quorum poſſeſſores gaudebant iuriſdictione, mundiburdio et defenſione, h. e. praefecturae, Germanice vocatae *Aemter*, *Vogteyen*, *Pflegen*, *Caſteneyen*, aduocatiae nomen ſubierunt. *m*) Praefecti enim, ab Imperatore vel Principibus conſtituti, praecipue compellabantur aduocati. In horum nempe cooptati ordinem, demandatum vt praedium, vel caſtrum, ſartum et tectum vt aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, moleſtia, integrumque conſeruarent, aeque ac immunitates a ſolo principe pendentes, omni opera enitebantur, prout maifeſtum hoc fit ex diplomate IOANNIS Ducis Lotharingiae Brabantiae ac Limburgiae, apud CASP. IONGELINVM *Notitiae Abbatiarum Ordinis Ciſtertienſis per vniuerſum orbem* Lib. IX. pag. 56. excuſ.

Tom. I. pag. 548. §. XXIX. excuſ. Pariſiis 1677. nec non ex CHRON. BESVENSI, quod excitat FRANCISCVS PITHOEVS in *Gloſſario ad libros Capitularium*, inſert. Tom. II. pag. 707. *Capitularium Regum Francorum*, foras datorum a STEPHANO BALVZIO Pariſiis 1677.

l) Reſeruatis Imperatoris, aduocatias adnumeratas eſſe, et ſpeciatim monaſteriorum protectiones, obſeruauit ALBERTVS KRANTZIVS in *Saxonia*, ſeu de Saxoniae gentis vetuſta origine, longinquis expeditionibus ſuſceptis, et bellis domi pro libertate diu fortiterque geſtis, Lib. V. Cap. XXXII. pag. 127. edit. cum praefatione NICOLAI CISNERI, Francofurti ad Moenum 1580.

m) Euoluatur *gründliche Nachricht von dem an die Stadt Lübeck* anno MCCCLIX. *verpfaendeten Dominio et Aduocatia, oder Herrſchafft und Vogtey Möllen*, excuſ. 1740. pag. 4.

excuſ. Coloniae Agrippinae 1640. *n*) Sunt quoque aduocati vel maiores, vel minores; quandoquidem praefectus minoribus aduocatis, adpellitatur plerumque magnus, vel maior; quemadmodum hodienum Vogteiae ſeu aduocatiae duodecim in Ducatu Cellenſi, nimirum *Bergen*, *Biſſendorff*, *Burgwedel*, *Eicklingen*, *Eſel*, *Falling-Borſtell*, *Hermansburg*, *Ilten*, *Solten*, *Wieſen*, *Zelle*, magni Aduocati, *(des Groß-Voigts)* iurisdictioni ſubiecti ſunt, ipſiusque venerantur dignitatem. *o*) Vocabulum igitur *aduocare*, inprimis ſignificat *defendere*, *tutari et ſuccurrere*. *p)* Ex quibus palam eſt, ſub voce *aduocati* aliam hic ſubiici

n) Illa ratione HENRICVS LEO in omnibus ciuitatibus Brunſuicenſibus et Luneburgenſibus conſtituit aduocatos, ceu euictum dedit celeberrimus CHRISTIANVS VLRICVS ORVPEN in *Originibus et Antiquitatibus Hannoueranſibus* §. IX. pag. 23. ſeq. edit. Gottingae 1740.

o) Lege, ſi placet, perilluſtris PHILIPPI CAROLI L. B. DE KNIOGE, elegantiſſimam diſſertationem inauguralem, *qua caſtri Germanici natura et indoles exhibetur* Cap. III. §. XLV. not. a. pag. 84. edit. Gottingae 1747.

p) Hinc CAROLVS M. Imperator a Romanis electus eſt *Aduocatus S. Petri contra Reges Longobardorum*, teſte ENGOLISMENSI in vita eius, apud HENRICVM SPELMANNVM in *Gloſſario Archaiologico* pag. 20. excuſo Londini 1687. Hodienum quoque Romanorum Imperatores ornantur titulo *aduocati eccleſiae*. De quo iure ſummae aduocatiae vid. illuſtris et immortalis nominis viri, HENRICI DE COCCEJI *Iuris Publici prudentiam* Cap. XXII. §. II. pag. 396. excuſ. Francofurti ad Viadrum 1713. Titulum vero *Aduocati*, datum CAROLO M. differre a *Patricii* et *Imperatoris* dignitate, colligimus ex vita CAROLI M. apud PITHOEVM pag. 233. in qua ita ſe habent verba: „ Quem (CAROLVM) poſtea „Romani elegerunt ſibi Aduocatum „S. Petri contra Reges Longobardo„rum. Deinde ipſum Dominum „CAROLVM elegerunt ſibi in Patrici„um Romanorum. Deinde eleua„uerunt in Imperatorem et Augu„ſtum. „ Igitur in ſcopulos impingunt, qui vocabulum *Aduocati*, prorſus conuenire cum Imperatoris et Patricii notione, opinantur. Conf. ſcholia CHRISTIANI THOMASII ad

SEVE-

subiici sententiam, quam in legibus Romanorum, quippe quibus alieno nomine postulantes, aduocati, seu patroni caussarum adpellantur. Illa vocis potestas iam viguit in antiquo Franciae regno, quum Duces prouinciales exactos exceperint *praefecti pagenses*, quos *Senescallos*, nec non *prouinciarum defensores, praepositos, bailliuos* itemque *aduocatos* compellarunt; quorum officium cum feudis plerumque fuit coniunctum, testibus ANT. DADINO ALTESERRA de *Ducibus et Comitibus Prouincialibus Galliae* Lib. III. Cap. XXIII. pag. 280. seq. excus. Tolosae 1643. et VLRICO OBRECHTO *Alsaticarum rerum prodrom.* Cap. XIII. pag. 314. edit. Argentorati 1681. Iidem etiam *conseruatorum* nomen reportarunt, nec non *Mamburgorum q)* *et Burggrauiorum*, vt ostendit IOANNES POMARIVS in libro inscripto: *Chronica der Sachsen vnd Niedersachsen*, fol. 162. seq. excus. Wittebergae 1588. Quemadmodum vero aduocatia vel indicat tractum quendam terrarum, cui praeest aduocatus, vt liquet ex SIGISMVNDI Marchionis Brandenburgici collatione Vogtiae castri *Calies*, facta HENRICO DE GVNTERSBERG, anno MCCCLXXIV. apud IOANNEM PETRVM A LVDE-

SEVERINI DE MONZAMBANO librum de *Statu Imperii Germanici* Cap. I. §. XII. pag. 60. seq. qui prodiit Halae Magdeburgicae 1695.

q) De *Mundiburde*, omnes tutelae species denotante, legendo percurre diploma sancti LAMBERTI coenobio in Carinthia ab OTTONE II. datum, quod exhibet WOLFGANGVS LAZIVS de *gentium aliquot migrationibus, sedibus fixis, reliquiis, linguarumque initiis et immutationibus*, L. III. p. 60. edit. Francofurti 1600. et *Mundiburdium seu defensionis priuilegium* concessum a LVDOVICO II. Imperatore, vt videtur, GRIPPONI, de Comitatu Arretino, eiusque familiae et rebus, circiter an. DCCCDLXX. apud LVDOVICVM ANTONIVM MVRATORIVM *Antiquitatum Italicarum medii aeui* Tom I. pag. 935. seq. impress. Mediolani 1738. et *Mundiburdium* ab HVGONE Italiae Rege irrogatum quibusdam hominibus territorii Balneensis, circiter an. DCCCCXXVIII. apud LVDOVICVM ANTONIVM MVRATORIVM *Antiquit. Ital. medii aeui* Tom. I. pag. 271.

LVDEWIG Tom. IX. *Reliquiarum M. S. omnis aeui Diplomatum* Lib. III. Num. XXVIII. pag. 543. edit. Francofurti et Lipsiae 1731. et CHRISTOPH. BVTKENS in *Tropbées du Duché de Brabant*, in *preues Livre* IV. pag. 45. in *extraict d'un Registre des Chartes de Brabant*, et IO. HEINR. FALCKENSTEIN in *Codice Diplomatico antiquitatum Nordgauienſium* pag. 59. N. LVII. qui prodiit Francofurti et Lipſiae 1733. *r*) vel munus ſignat atque officium, ſeruandum ab aduocato: ita ſemper fere complectitur aduocatia defenſionem, parandam ab aduocato; quam ob cauſſam quoque Aduocatia dicitur IVS CVSTODIAE, vt adparet ex diplomate LVDOVICI Regis VII. pro coenobio Malleacenſi contra SEBRANNVM anno MCLI. confecto, quod exſtat in inſtrumentis eccleſiae Burdigalenſis, apud DIONYSIVM SAMMARTHANVM in libro inſcripto: *Gallia Chriſtiana in prouincias eccleſiaſticas diſtributa*, Tom. II. et quidem in inſtrumentis ad Tomum II. col. 282. Num. XXII. excuſ. Pariſiis 1720. quamuis hac in re quandoque ſint exceptiones, et pro ſola iurisdictione illa denominatio ponatur; cuius adſertionis veritas ex ſequentibus commentationibus noſtris ſole clarius eminebit. *s*)

§. II.

DE ORIGINIBVS ADVOCATIARVM.

Intereſt, prius vt origines aduocatiarum Germaniae breuibus exponam, quam progrediar ad alia. Non quidem diſpiciam de primis foederum inaequalium cauſſis, tum aliarum

r) in quo diplomate BERCHTOLDVS epiſcopus Bambergenſis inueſtit LVDOVICVM SEVERVM *de aduocatia bonorum et hominum oppidi Harſpurck, Vilſeck, Aurpack, Pagenz, Velden*, cet.

s) Lege IOANNIS NICOLAI HERTII differt. de *ſuperioritate territoriali* §. II. pag. 130. Commentationum atque opuſculorum ipſius, Voluminis primi Tomo ſecundo excuſ. Francofurti ad Moenum 1734.

rum gentium, tum Germanici ſanguinis populorum; ſed tantum obſeruando noto, olim eccleſias, monaſteria, principatus, comitatus, caſtra, pagos, vicos, villas, cet. pertinuiſſe ad Imperatorem, et ab hoc cuſtodes gubernatoresque iis omnibus eſſe praefectos; hosque rectores et adiutores paulatim vel proprietatem conſequutos iſtiusmodi munerum, vel titulo feudali, vel aliis vinctos et conſtrictos legibus, prouinciis illis praeditos fuiſſe. *t*) Nam conuenit inter omnes, Imperatores reſeruaſſe ſibi paſſim miniſtros, ſublimium iurium cauſſa, nomine Caeſaris exercendorum; in quorum numerum praeſertim aduocati, tum in epiſcopatibus et monaſteriis, tum in ciuitatibus cooptati ſunt, qui etiam defenſorum nomen tulerunt. Non vno comprobare id poſſumus argumento. Vid. *Capitularia* CAROLI M. anni DCCLXIX. apud STEPHANVM BALVZIVM Tom. I. pag. 191. in libro, cuius titulus eſt: *Capitularia Regum Francorum*, et Capit. CAROLI M. an. DCCCII. Cap. XIII. ibid. pag. 366. nec non excerpta ex lege Longobardorum, ibid. Tom. I. Cap. XX. et Cap. XXII. pag. 352. Add. Lex Salica a CAROLO M. emendata, edita opera et ſtudio IO. GEORGII ECCARDI Francofurti et Lipſiae 1720. pag. 181. Quantum ad eccleſiarum aduocatias, hae a conciliis ipſis iniungebantur, vt ex Carthaginenſi ſynodo V. anno CCCCXX. habita c. IX. pateſcit. *u*) In

t) Cui volupe eſt plura huius rei teſtimonia noſſe, adeat SEBASTIANI MVNSTER *Coſmographey oder Beſchreibung aller Laender, Herrſchafften vnd fürnemſten Stetten des gantzen Erd-Bodens* Lib. III. Cap. XXII. pag. 460. edit. Baſileae 1592.

u) IOANNES MABILLON in *Annalibus Ordinis S. Benedicti* Tom. I. impreſſ. Luteciae Pariſiorum 1703 pag. 390. ad annum DCXLIV. percenſens Cabilonenſis Concilii decreta pro monaſteriis, *canon quintus decimus*, inquit, *cauet, vt abbates et monachi, aut agentes monaſteriorum patrocinio ſeculari penitus non vtantur, nec ad principis praeſentiam ſine epiſcopi ſui permiſſu pergant: ſe-*

In concilio autem Moguntino anni DCCCXIII. can. L. haec legimus: *Omnibus -- Episcopis, Abbatibus, cunctoque clero omnino praecipimus, Vicedominos, Praepositos, Aduocatos, siue Defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non periuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, et in omnibus iustitiam diligentes;* et in Synodo Moguntiae anno DCCCXXXIII. conuocata, haec sancita sunt: *vt Episcopi et Abbates curam omnem administrationemque, quae ad victum et alimoniam attineret, aduocatorum solertiae relinquerent;* cet. ne scilicet ab officio ecclesiastico auocarentur antistites, nec obstreperent occupatis iis negotia secularia. Accessit et haec ratio, ne potentes viri, tanquam rapaces corui inhiantes bonis ecclesiasticis, haec ipsa eriperent, et in vsus conuerterent profanos. *x*) Primi quidem ecclesiarum aduocati, iuxta *L. 46. Cod. Theod. de Decurionibus,* electi sunt ex causidicorum ordine; *y*) sed paulo post ista tempora, potentiae habita est ratio, ac viris strenuis atque opibus pollentibus hoc munus mandatum est, vt impetus sustinerent hostium, non tam oris facundia, quam vi armorum, de quibus mentio fit in *cap. 23. X. de iure patronatus.* Hinc priscis

eus facientibus diras interminatur. „Huius canonis condendi occasio „mihi videtur ex eo nata fuisse, quod „eo tempore expeti et institui a re„gibus coeperint monasteriorum ad„uocati seu defensores, vt eorum „auctoritate quorumuis hominum „monasticis rebus inhiantium cu„piditas reprimeretur.„ Sed ex adlato a nobis testimonio elucet, iam ante tempora Cabilonensis concilii, inualuisse constitutionem aduocatorum.

x) Id satis superque constat ex scriptorum testimoniis et Diplomate CAROLI M. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *Veterum Scriptorum et Monumentorum* Tom. I. pag. 38. seq. excus. Parisiis 1724. et ex HENRICI MEIBOMII Chron. *Marienthalensi,* in MEIBOMII *rerum Germanicarum* Tom. III. pag. 248. edit. 1688.

y) Consulatur Commentarius IACOBI GOTHOFREDI, Tom. IV. *Codicis Theodosiani* pag. 405. seq. edit. ab illustri IOAN. DAN. RITTER, Lipsiae 1740.

priſcis illis temporibus verba reperias in tabulis publicis; *Verſpruch vnd Mundleute*, et *Schutz vnd Schirms Vntertbanen*, quorum tutelares genii vocabantur *Mundherren*. Haec inſtituta adeo referebantur ad eccleſiae vtilitatem, vt etiam lex promulgaretur: *ne a comitibus malla et placita ſecularia haberentur in eccleſiis, vel atriis eccleſiarum, vel manſionibus presbyterorum.* Imperatorum nempe permiſſu, iudicibus peculiaribus, ab eccleſiis conſtitutis, iuriſdictioni ipſarum in colonos et ſeruos, praepoſiti ſunt Aduocati et Vicedomini. Iam. olim Rex Francorum DAGOBERTVS eccleſiae S. Petri, Auguſtae Treuirorum conſtructae, anno DCXXIII. aduocatum dedit ARNVLPHVM Auſtriae Moſellanicae Ducem. Vid. praeceptum eius in FRANCISCI DE ROSIERES *Stemmatum Lotharingiae ac Barri Ducum Tomis ſeptem* pag. 1. inſcript. *Exemplaria diplomatum diuerſorum*, edit. Pariſiis 1580. Et in Capitularium KAROLI M. et LVDOVICI PII Libris VII. collectis ab ANSEGISO Lib. VII. pag. 1110. edit. a STEPHANO BALVZIO 1677. haec ſancita ſunt: *pro eccleſiarum cauſis ac neceſſitatibus earum atque ſeruorum Dei excuſatores vel Aduocati ſeu Defenſores, quotiens neceſſitas ingruerit, a Principe poſtulentur, et ab eo fideliter atque libenter iuxta canonicas ſanctiones fideliſſimi dentur.* z) Ita Laurishamenſe monaſterium ſolutum ac liberum a iuriſdictione Comitum, iudicem creauit monaſterii aduocatum; cuius-

z) Quum in nonnullis Capitularibus CAROLVS M. dederit epiſcopis, pro libera voluntate ſibi eligendi Aduocatum, facultatem, in aliis autem Capitularibus pronuncietur, a Rege eſſe poſtulandum aduocatum, teſte RENATO CHOPPINO de *Sacra Politia forenſi* Lib. I. Tit. VII. Num. XVIII. pag. 144. excuſ. Pariſiis 1609. conſequens eſt, vt vel alia ſpecies Aduocatorum ab alia ſit diſtincta, vel ut illud decretum poſtea ſit a Francorum Regibus abrogatum. Vid. LVDOVICI THOMASSINI *vetus et noua eccleſiae diſciplina circa beneficia et beneficiarios*, Part. III. Lib. II. Cap. LV. §. I. pag. 451. ſequ. impreſſ. Lugduni 1705.

cuiusmodi exempla IOANNES MABILLON in *Annalibus Ordinis S. Benedicti* Tom. II. ad annum DCCCXXII. pag. 476. edit. Luteciae Parisiorum 1704. TRITHEMIVS in *Chron. Hirsaugiensi* et ANT. DADINVS ALTESERRA in *originibus feudorum*, et permulti alii adferunt, praecipue vero IOANNES STVMPFF in *Gemeiner löblicher Eydgenossenschaft Stetten Landen vnd Völckern Chronicwürdiger Thaten Beschreibung* Lib. IV. Cap. XLIX. fol. CCLXXVII. b. impress. Tigur. 1586. et passim, quae omnia hic adponere longum nimis foret. Antiquissimis quidem temporibus; aduocati ecclesiarum tantum designati sunt eum in finem, vt in Comitum placitis et mallis, ecclesiarum iura tanquam patroni tuerentur, sed postea ipsi aduocati tenuere ius dicendi potestatem, vt patet ex Diplomate HENRICI IV. in *actis Murensibus* pag. 12. *a*) Quin etiam duo vel plures, quum caussae multae et diuersae subessent, aduocati praefecti sunt vni eidemque monasterio; cuius rei exempla Corbeienses suppeditarunt abbates, aliique; vti nonnullis monasteriis, per modum priuilegii, vnus tantum datus est aduocatus, qua de re liquet legenti Diploma LOTHARII II. Romanorum Regis, impertitum monasterio Stabulensi, anno MCXXXI. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *Veterum Scriptorum et Monument.* Tom. II. pag. 91. edit. Parisiis 1724. in quo verba referuntur: *Statuimus etiam, vt vnum tantum Aduocatum habeant.* cet. Quam ob caussam LEOPOLDVS Austriae et Styriae Dux, in priuilegio irrogato monasterio *Zwetl* anno MCCI. *Claustrum*, inquit, *in Zwetl, quod omnimodis defensare intendimus, ratione fundationis progenitorum nostrorum in omnibus reditibus suis iam collatis et adhuc*

a) Diplomata hanc in rem excitauit CAROLVS DV FRESNE dominus DV CANGE in *Glossario* ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis Tom. I. pag. 90. edit. Francofurti ad Moenum 1710.

huc conferendis, TANTVMMODO NOSTRO PATROCINATVI reseruamus, nec volumus, quod aliquis occasione bonorum a se eidem claustro collatorum vel alia aliqua occasione specialem aduersus idem claustrum sibi vendicare praesumat aduocatiam. cet. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. IV. Lib. II. pag. 34. excus. Francofurti et Lipsiae 1722. et RVDOLPHVS I. Romanorum Rex, in sententia, lata in caussa monasterii Schwartzacensis, anno MCCLXXXII. his vtitur verbis: *quod monasterium de Swartzach nisi vnum habere debeat aduocatum;* cet. apud perillustrem VAL. FERD. DE GVDENVS sylloge I. *variorum Diplomatariorum monumentorumque veterum ineditorum adhuc,* Num. X. pag. 469. luci publicae exposuit. Francofurti ad Moenum 1728. Haud dubie huc referendum est Diploma FRIDERICI I. Romanorum Regis, quo B. Vincentii monasterio bona iam oblata confirmat, et circa successionem Aduocatorum eiusdem coenobii disponit anno MCLII. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Genealogiae Diplomaticae augustae gentis Habsburgicae* Vol. II. Num. CCXXVIII. pag. 175. edit. Viennae Austriae 1737. et Diploma quod ecclesiae Aschaffinburg Imperator OTTO anno DCCCCLXXVI. praebuit, verbis: *vt ecclesia dicti loci in omnibus bonis suis non nisi vnum habere possit Aduocatum;* cet. apud GEORGIVM CHRISTIANVM IOANNIS in *Tabularum litterarumque veterum vsque huc nondum editarum Spicilegio eoque primo* pag. 357. foras dato Francofurti ad Moenum 1724. Constat quoque, ad exemplum aduocatiae ecclesiae vniuersalis, Imperatoribus traditae, quae in iure imperii et maiestate Caesaris ipsa est posita, *b)* (quam-

b) Singulari ac multiplici industria in hoc argumento explanando elaborauit vir summus et illustris IO. IAC. MOSERVS in *Zusatzen zum Tomo III. seines*

(quamuis Pontifici Romano addicti ſcriptores repugnantem tueantur ſententiam) epiſcopos permultos confugiſſe ad auxilium principum, hosque imploratos recepiſſe in tutelam vel eccleſiam particularem, vel monaſterium, et factos eſſe *Kirchenpfleger*, *Vicedominos*, *Caſtenvoigte*, *Schirmherren.* Neque minus cognitum habemus, principes, pro liberali voluntate bene merendi de eccleſiis, ſic dictas pias fundationes et epiſcopatus innumerabiles fere inſtituiſſe, et perfeciſſe, et opipare in clericos congeſſiſſe infinita munera, velut ciuitates, arces, caſtra, pagos, ſyluas, piſcinas, cet. et iura plane inſignia, tam eccleſiaſtica, quam ſecularia. Ita tamen ſerebant beneficia, vt metere etiam poſſent fructum aliquem laici, hoc eſt, ea lege, vt ex eorum, Imperatoris ſcilicet et aliorum benefactorum, praeſcripto, laicis proſpiceretur de negotiorum ſecularium adminiſtratione; cujusmodi dona, quo pacto ſe habeant, infra paſſim exponam. Haec conſuetudo epiſcopatibus et monaſteriis praeponendi aduocatos, inde a temporibus Carolingorum, vsque ad aeuum OTTONIS IV. praecipue viguit; quum laicis, potentibus prae ceteris, decreta ſit haec prouincia, iisque, pro opera adhibenda, feudi titulo inprimis conceſſa fuerint praedia, vel aliae tributae vtilitates; vt adparet ex Diplomate apud AVBERTVM MIRAEVM in *codice donationum piarum* Cap. LIII. *Operum Diplomaticorum et Hiſtoricorum* Tom. I. pag. 62. edit. Bruxellis 1723. et ex ADEMARI CHABANNENSIS de *Monaſterio S. Eparchii* libro, in quo legimus ſequentia: *Omnes - - - Comites Egoliſinae a temporibus* CHIL-

ſeines Teutſchen Staats-Rechts, Cap. XXIV. p. 377. edit. 1744. Vid. etiam primas origines huius iuris repetens PETRVS DE MARCA de *Concordia Sacerdotii et Imperii* Lib. I. Cap. XII. pag. 47. ſeq. edit. Pariſiis 1663. quamuis hic PETRVS DE MARCA partium ſtudio agitatus, nimis faueat Gallorum Regis cauſſae.

CHILDEBERTI - - - *Aduocati eius et defensores exeitisse noscuntur, et prouisores habentes pro officio defensoris in beneficio villam Ranconam.* cet. Quamuis ab infeudationibus nonnullas aduocatias prorsus prohibeant priuilegia, veluti FRIDERICI II. Imperatoris Constitutio de aduocatia monasterii Hirsaugiensis, anno MCCXV. confecta, quam reperies in *Documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtembergico sitorum* Num. IV. pag. 341. sequ. recus. 1720. Francorum sane Reges proceribus ecclesiae sapienter id ipsum imperarunt, *c*) vt bona et iura ecclesiae defenderentur ab aduocatis, et caussae ecclesiarum agerentur ab iisdem. Vrgente necessitate hoc transferebatur in morem, quum haud pauca monasteria, compellata regalia, coepissent, vnice pendentia ex Imperatore, quippe quibus Imperator vel immediate praeficiebat aduocatos, vel mediate, potestate ipsis data renunciandi aduocatum, qui ius diceret omnibus ecclesiae vel monasterio subiectis hominibus, hosque tueretur. Nunquam enim superiore memoria plane sui iuris fuisse ecclesias et monasteria, nec exemtas ab aduocatis Imperatorum ac Regum, nec a summa ipsorum iurisdictione, refert IOACHIMVS VADIANVS Lib. II. de *Collegiis Monasteriisque Germaniae veteribus* pag. 74. Tom. III. *rerum Alamannicarum* ex bibliotheca GOLDASTI 1661. editarum. Hinc salutem multarum ecclesiarum et monasteriorum suo praesidio custodiaque tegebant ipsi Imperatores. Producenda a nobis sunt haec testimonia: PIPINI Francorum Regis Diploma, quo Treuirense S. Maximini monasterium sub suo mun-

c) Conf. Capitulare CAROLI M. an. DCCCXIII. confectum, apud STEPHANVM BALVZIVM *Capitularium* Tom. I. pag. 509. edit 1677. et Capitularia CAROLI MAGNI et LVDOVICI PII collecta ab ANSEGISO Lib. III. Num. XXXIII. pag. 761. excus. auspiciis STEPHANI BALVZII l. d. nec non Lib. VI. Num. CCXVIII. pag. 961. ibid.

mundiburdio suscipit, VTILRADO Abbate postulante, anno MCCLXVI. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Historicorum* publicatorum Bruxellis, 1723. Tom. I. pag. 130. CAROLI M. Diploma, quo monasterium Laureshamense in defensionem suam suscipit anno DCCLXXVI. apud CAROLVM LVDOVICVM TOLNERVM in *Codice Diplomatico Palatino* Num. III. pag. 5. impresso Francofurti ad Moenum 1700. Diploma CAROLI M. quo monasterium Onoldinum ordinis S. Benedicti, ab eius fundatore S. GVMBERTO ipsi traditum, in tutelam accipit, variisque illud exornat beneficiis, anno DCCLXXXVI. apud IOANNEM HENRICVM DE FALCKENSTEIN in *Codice Diplomatico Antiquitatum Nordgauiensium* Num. II. pag. 3. seq. excus. 1723. Francofurti et Lipsiae. Diploma CAROLI M. quo Abbatiam S. Maximini, ad exemplum Pipini, sub sua tuitione regia suscipit anno DCCXC. apud AVGVSTINVM CALMET in *Preuves servans à l'Histoire de Lorraine* Tom. I. pag. 295. seq. quae prodierunt Nanceii 1728. LVDOVICI Imperatoris praeceptum, per quod ecclesiam Wormatiensem vna cum vniuersis suis attinentiis in protectionem recipit, ac simul integra immunitate donat, anno DCCCXIV. apud IO. FRIDER. SCHANNAT *Historiae Episcopatus Wormatiensis* Tom. II. pag. 2. Num. II. typis exscript. Francofurti ad Moenum 1734. HLVDOVICI PII Imperatoris Diploma, quo rogatus a RATGARIO Abbate, monasterium Fuldense in suam tuitionem suscipit anno DCCCXVI. apud IOANNEM GEORGIVM AB ECKHART *Commentariorum de rebus Franciae Orientalis* Tom. II. pag. 877. sequ. publicatorum Wirceburgi 1729. HLVDOVICI PII Imperatoris Diploma, quo monasterium Fiscbechi cum subiectis ecclesiis in tuitionem suam recipit, anno DCCCXXI. apud NICOLAVM SCHATEN *Annalium*

nalium Paderbornensium Parte I. pag. 67. seq. excus. Neuhusii 1693. LVDOVICI Regis Diploma, quo monasterium Medema S. Meten in Bauaria, sub sua defensione regia et mundiburdo constituit anno DCCCXXII. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad WIGVLEI HVND A SVLZEMOS *Metropol. Salisb.* Tom. II. pag. 346. euulgat. Ratisponae 1719. HLVDOVICI PII Imperatoris Diploma, quo monasterium Corbeiense sub sua tuitione ac defensione constituit anno DCCCXXIII. apud NICOLAVM SCHATEN *Annalium Paderbornensium* Parte I. pag. 76. seq. edit. Neuhusii 1693. LVDOVICI Germaniae regis Diploma, quo Fuldense monasterium cum rebus et locis ad idem spectantibus sub protectione sua recipit, aliaque eiusdem priuilegia confirmat, anno DCCCXXXIV. apud IOANNEM FRIDERICVM SCHANNAT in *Codice Probationum Historiae Fuldensis* adiecto pag. 114. seq. Num. XIV. qui prodiit Francofurti ad Moenum 1729. LOTHARII Imperatoris Diploma, quo ecclesiam Fuldensem sub protectione sua recipit anno DCCCXLI. apud IOANNEM FRIDERICVM SCHANNAT in *Codice Probationum Historiae Fuldensis* Num. XVIII. pag. 132. seq. edit. Francofurti ad Moenum 1729. LVDOVICI Regis Diploma, *d*) quo monasterio S. Mauritii in *Altaba* emunitatem et defensionem regiam ab Imperatore CAROLO concessam confirmat anno DCCCXLII. apud GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. II. Num. VIII. pag. 7. excus. Ratisponae 1719. HLVDOVICI Regis Diploma, quo ecclesiam et episcopatum Feridensem sub emunitatis tuitionem suscipit anno DCCCXLIV. apud LVNIGIVM in *der Fort-*

d) Prode quidem scimus, chartam hanc, sub nomine LVDOVICI publicatam, quibusdam videri impurae ac dubiae originis esse; ast tamen eam nominare liceat, non tam probationis, quam illustrationis caussa.

Fortsetzung der Continuationis III. Spicilegii Ecclesiastici des Teutschen Reichs-Archivs Num. LXXIX. pag. 73. Praeceptum KAROLI Regis, quo Prumiensis monasterii possessiones sub sua protectione suscipit, anno DCCCXLV. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum scriptorum et monumentorum* Tom. I. pag. 110. seq. edit. Parisiis 1724. Diploma, quo LOTHARIVS Imperator fundationem monasterii *Grandisvallis* approbat illudque in suam protectionem recipit anno DCCCL. apud HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. II. Num. LII. pag. 28. seq. edit. 1737. LVDOVICI II. Imperatoris Diploma, quo coenobium S. Bartholomaei, ad petitionem SABINI, aliorumque fundatorum, in territorio Ferrariensi situm, eiusque bona ac iura, sub imperialis mundiburdii defensione suscipit anno DCCCLXIX. apud FERDINANDVM VGHELLVM in *Italia Sacra* Tom. II. pag. 528. edit. Venetiis 1717. HLVDOVICI Regis Diploma, quo in regalem tuitionem ac mundiburdium suscipit monasterium *Lanspring*, anno DCCCLXXIII. apud celeberrimum IOANNEM CHRISTOPHORVM HARENBERGIVM in *historia ecclesiae Gandershemensis Diplomatica* Diss. II. pag. 139. seq. excus. Hannouerae 1734. HLVDOVICI Iun. Reg. Franc. priuilegium, quo monasterium *Gandesheim*, quod LVIDOLF aedificare coepit, in patrocinium suum recipit, et ei promittit immunitates an. DCCCLXXVII. apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELD in *antiquitatibus Gandersheimensibus* pag. 93. edit Guelpherbyti 1709. CAROLI CRASSI Imperatoris praeceptum, quo monasterium Fuldense sub protectione sua recipit, eidemque priuilegia sua confirmat anno DCCCLXXXII. apud SCHANNAT in *codice probationum historiae Fuldensis* Num. XXIII. pag. 137. seq. edit. 1729. Priuilegium CAROLI CRASSI Imperatoris pro S. Maximino,

anno

anno DCCCLXXXV. publicatum, EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum ſcriptorum et monumentorum* Tom. I. pag. 216. ſeq. excuſ. Pariſiis 1724. LVDOVICI Regis Diploma, quo ad exemplum maiorum ſuorum, MEGINBERTVM epiſcopum eccleſiae Sabianenſis, eiusque eccleſiam cum hominibus rebusque omnibus, ſub ſuam recipit protectionem, anno DCCCCIX. apud HVNDIVM *Metropol. Salisb.* Tom. I. pag. 315. edit. Ratisponae 1719. HENRICI V. charta immunitatis, qua S. Blaſii monaſterio vexatum ius liberae aduocatiae aſſeritur, anno MCXXV. apud R. P. MARQVARDVM HERRGOTT *genealogiae diplomaticae auguſtae gentis Habsburgicae* Volum. II. ſeu Tomi ſecundi Parte I. pag. 139. publicat. Viennae Auſtriae 1737. FRIDERICI I. Imperatoris Diploma, quo in Imperii protectionem ſuſcipit monaſterium Maulbrunnenſe, eique omnia bona ſua confirmat, ſtatuitque, vt nullum aduocatum praeter Imperatorem habeat, anno MCLVI. in *Document. rediuiuis monaſt. praecip. in Ducatu Würtembergico* Num. III. pag. 492. impreſſ. 1720. FRIDERICI I. Imperatoris Diploma, pro monaſterio Fabarïenſi, quo eidem certos fines ac limites adſignat, illudque in tuitionem S. R. Imperii adſumit, atque eiusdem aduocatiam in ſe recipit, anno MCLXI. apud HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. II. Num. CCXXXVI. pag. 183. ſeq. excuſ. 1737. FRIDERICI I. Diploma, quo vniuerſas poſſeſſiones domus Hoſpitalis Fuldae in protectionem ſuam recipit, eiusque ſeſe aduocatum conſtituit an. MCLXVIII. apud IOANNEM FRIDERICVM SCHANNAT in *codice probationum hiſtoriae Fuldenſis* Num. LXXIV. pag. 191. edit. 1729. PHILIPPI Romanorum Regis priuilegium, quo monaſterium *Alderſpach* in ſuam ſuſcipit protectionem, et priſtinos amouet aduocatos, apud GEWOLDVM ad HVNDII

Metropol. Salisburg. Tom. II. pag. 45. edit. 1719. FRIDERICI II. Imperatoris confirmatio priuilegiorum ac bonorum Hirſaugienſium; vbi ſimul in protectionem Imperii recipit monaſterium hoc, eiusque aduocatiam nunquam ſe alienaturum promittit, anno MCCXXIII. in *Docum. rediuiu. monaſt. praecip. in Ducatu Würtemb.* Num. V. pag. 342. ſeq. edit. 1720. FRIDERICI II. Imperatoris Diploma, quo in protectionem et aduocatiam ſuam recipit Rotenſem eccleſiam, anno MCCXXVI. ſed ne ob abſentiam Imperatoris, iacturam ſuſtineret, ad poſtulationem Abbatis, eandem aduocatiam in Rote Comiti CON. DE WAZZEBVRCH confert eam tuendam loco Imperatoris, apud GEWOLDVM ad HVND. *Metrop. Salisb.* Tom. III. pag. 187. edit. Ratisponae 1719. HENRICI VII. Romanorum Regis litterae, queis coenobitas Brumbacenſes a iurisdictione aduocatorum decernit alienos, ſemet ipſum Aduocatum eorum ſolum et vnicum fore profitendo, anno MCCXXXIII. apud VAL. FERD. de GVDENVS *ſylloge I. variorum diplomatar.* Num. XIV. pag. 594. ſeq. edit. Francofurti ad Moenum 1728. FRIDERICI II. Imperatoris priuilegium monaſterio S. Gregorii Vallenſi datum anno MCCXXXV. apud LVNIGIVM *Spicil. Eccleſ.* Continuatione I. Num. XII. pag. 1101. ſeq. Diploma WILHELMI Romanorum Regis, quo Monaſterium Maulbrunnenſe ſub Imperii protectionem recipit ſpecialem, ſimulque promittit, aduocatias bonorum eiusdem eccleſiae, vtpote ad iurisdictionem imperialem pertinentium, titulo feudi, pignoris, vel commiſſionis, nullatenus ſe alienaturum, niſi ad petitionem Abbatis et Conuentus, anno MCCLV. in *Docum. rediuiu. monaſt. praecip. in Ducatu Würtemb.* Num. VII. pag. 497. edit. 1720. RICHARDI Romanorum Regis Diploma, quo Abbatem et Conuentum de Mulenbrunnen cum omni-

omnibus bonis et possessionibus sub protectionem Imperii admittit, simulque promittit, aduocatias eiusdem sub sacri Imperii defensione reseruare, anno MCCLVII. in *Docum. rediuiu. monast. praecip. in Ducatu Würtemb.* Num. IX. pag. 498. seq. ed. 1720. RVDOLPHI I. Romanorum Regis Diploma, quo monasterium de Lorch, vna cum personis, et omnibus bonis, in S. Imperii protectionem suscipit specialem, eiusque priuilegia et libertates, a FRIDERICO II. Imp. HENRICO ipsius filio, Rom. Rege, vt et FRIDERICO Sueuorum etc. Duce datas, confirmat; insuper quoque statuit, vt nullum habeat aduocatum, praeter Regem Romanum, vel quem is pro bono statu monasterii duxerit deputandum, anno MCCLXXIV. in *Docum. rediuiu. monast. praecip. in Ducatu Würtemb.* Num. VII. pag. 452. seq. edit. 1720. RVDOLPHI I. Romanorum Regis attestatio, quod in Albensi monasterio nemo habeat ius aduocatiae, et simul illud monasterium sub sua et Imperii protectione suscipit; hoc addito, quod possint tutorem eligere ex progenie Comitum de Eberstein tanquam fundatorum, quem velint: cet. anno MCCLXXV. in *Docum. rediuiu. monast. praecip. in Ducatu Würtemb.* Num. III. pag. 76. seq. Diploma quo RVPERTVS Rex Romanorum, recipit Abbatem et Conuentum Maulbrunnensem, cum omnibus eorum bonis, in specialem S. Imperii protectionem, promittit insimul, aduocatias bonorum eiusdem monasterii titulo feudi, pignoris, vel commissionis, nunquam se ab imperiali iurisdictione alienaturum, anno MCCCCI. in *Documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Würtembergico sitorum* Num. XXII. pag. 511. seq. edit. 1720. Missa facio reliqua generis huius documenta, quorum multa recensentur a GEORGISCH in regestis diplomaticis, et innumeris actorum publicorum editoribus;

bus; praedico tamen, pari modo ab Imperatoribus creatos aduocatos fuiſſe in prouinciis, tum ad ius dicendum, tum ad reditus Imperatoris in iis adminiſtrandos, indeque originem traxiſſe iudicia prouincialia, quae hac hominum aetate in quibusdam Germaniae regionibus reperiuntur. *e*) Cum quo more conſpirant aduocatiae vrbium Imperialium, ab Imperatoribus per multas tempeſtates ſeruatae, licet numeroſa regalia ab Imperio acceperint ciuitates. *f*) Subinde etiam ad procurationem ſingulorum praediorum, tum eccleſiaſticorum, tum ſecularium, ſinguli aduocati, maioris ſecuritatis cauſſa vocati ſunt, vt elucet ex Diplomate EBERHARDI archiepiſcopi Salisburgenſis, anno MCLX. promulgato, quod exſtat in *Chron. monaſterii Reicherſpergenſis* pag. 201. edit. a CHRISTOPHORO GEWOLDO Monachii 1611. et ex anonymi narratione apud PISTORIVM de *Landgrau. Thuring.* Cap. LXXXIV. Ita velut in feudum data eſt OTTONI BRVNSVICENSIVM DVCI a Comite RVDOLPHO Dipholtenſi aduocatia duarum curtium in Drebere, cum praedio Gerediuge in parochia Burlagenſi et bonis in Huldin, in parochia Dilingen. Conferre etiam iuuabit Diploma CONRADI Magdeburgenſium archiepiſcopi, apud IO. PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum M. S.* Tom. II. pag. 465. qui prodiit Francofurti et Lipſ. 1702. Iungatur Diploma CONRADI II. Imperatoris, quo praedium *Haruc*, ab HENRICO III. praedeceſſore ſuo

e) Perluſtrari poteſt IOANNIS NICOLAI HERTII diſſertatio de *origine et progreſſu ſpecialium Romano-Germanici Imperii Rerumpublicarum* §. VII. pag. 14. Opuſculorum Vol. II. Tom. II. excuſ. Francofurti ad Moenum 1737.

f) Remittimus lectorem ad PHILIPPVM KNIPSCHILD de *iuribus et priuilegiis ciuitatum imperialium* Lib. V. Cap. III. pag. 399. excuſ. Argentorati 1740.

ſuo Aquisgranenſi eccleſiae collatum, cum tribus aduocatiis confirmat anno MCXXXVIII. apud AVBERTVM MIRAEVM de *Donation. Belgic.* Cap. LIX. *Operum, Diplomaticorum et Hiſtoricorum* eius, Bruxellis 1723. typis exſcriptorum, Tom. I. pag. 386. Epiſcopi quidem poſtea adſpirantes ad ſuperioritatem territorialem, quum iurisdictionis, aliorumque regalium, fortuna eos feciſſet compotes; ſecularium tamen rerum curam et adminiſtrationem alienam eſſe a ſuo officio, relinquendamque aduocatis, in initio exiſtimarunt. Manſere igitur aliqua ex parte in ſtatu priſtino iidem antiſtites, ita, vt penes Imperatores, et ipſum penes FRIDERICVM I. et HENRICVM VI. poteſtas eſſet praeficiendi eccleſiis aduocatos, *g*) et alia iura, de quibus HERMANNVS CONRINGIVS in Diſſert. de *conſtitutione epiſcoporum Germaniae*, inſerta eius exercitationibus academicis de Republica Imperii Germanici Exerc. VII. pag. 325. ſeq. excuſ. Francofurti et Lipſiae 1693. eſt paſſim commentatus, exercendi. *h*) Paulatim vero ditati praeſules, affluentibus copiis omnium rerum, attenuare atque imminuere occeperunt aduocatorum poteſtatem. Qua detracta, ſibi munus aduocatorum ipſi antiſtites impoſuere. Potentia quippe ipſorum, repudiabat cuſtodes reformidabatque ſpeculatores; quum opulentiae comes tumor et ferocia plerumque ſit: donec in Germaniae ſaeuis temporibus, quae cyclopica vocant rerum Germanicarum ſcriptores, praeſertim in interregno magno, periculi rationes ferebant poſtulabantque aduocatos defenſoresue. Audiamus hac de re loquentem NICO-

g) Otium nobis hic fecit CHRISTOPHORVS LEHMAN in *Chron. der freyen Reichs - Stadt Speyr* Lib. IV. Cap. XXII. pag. 358. excuſ. Francofurti ad Moenum 1612.

h) Ad hanc materiam facit WIGVLEI HVND À SVLZEMOS *Metropolis Salisburgenſis* Tom. II. pag. 372. ſeq. edit. Ratisponae 1719.

NICOLAVM SCHATEN *Annalium Paderbornensium* Tom. I. Lib. IX. pag. 881. edit. Neuhusii 1693. *Quanta primorum episcoporum industria erat in augendis bonis ecclesiarum suarum, quum piorum adhuc Imperatorum liberalitas flueret; tanta posterioribus episcopis necessitas fuit, tuendi ea, quae liberalitate Regum et Caesarum donata acceperant.* Hinc ab ecclesiarum patrimonio multa abstrahebantur feuda, praecipue aduocatiae, et castra, vt seruarentur reliqua hona ecclesiastica. *i*) Turbae nimirum graues, flamma ciuilis discordiae, rapinae, sic dictae diffidationes, bellis diuturnis vexatae regiones, in medio aeuo potissimum effecere, vt episcopi atque abbates opem implorarent eorum Imperii procerum inprimis, qui armis prae ceteris valebant. Etsi Imperatores, tanquam aduocati ecclesiae omnis, obstricti erant ad tuitionem illorum; tantae tamen non semper fuerunt Caesaris opes, vt omnia vnus ipse et posset, et tempore iusto esset praesto. Quapropter vel ipsi Imperatores vltro quibusdam commendabant atque tradebant aduocatiam, vel precibus monasteriorum adducti, in fidem et in patrocinium conferebant aliorum; vel monasteria eligebant sibi aduocatum; vel simili modo alicui deferebatur aduocatia. Imperii Status nonnulli, iique seculares, quemadmodum defensuri essent res suas, haud reperientes, item se suaque protectioni, seu aduocatiae, opibus et copiis praepollentis principis cuiusdam, in saeuis istis tempestatibus, submittere tenebantur; modo sub lege

i) Condocet id NICOLAVS SCHATEN *Annalium Paderbornensium* Parte II. Lib. XIII. ad annum MCCCXXVI. pag. 263. edit. Neuhusii 1698. et Lib. XIII. ad annum MCCCLV. pag. 336. Hoc elucet etiam ex IVSTI FONTANINI tractatu *delle Masnade, e l' altri Servi secundo l'uso de Longobardi*, inserto *dem ersten Band der auserlesenen kleinen Schrifften* perillustris procancellarii IOANNIS GEORGII ESTOR pag. 401. excus. Giessae 1734.

lege feudi, modo alia ratione, ne se suaque omnia potestatis alienae facerent. Quin et personae mediatae, summo interdum studio requirebant defensionem nominatim: quamuis enim penes quemlibet in Germania dominum territorialem ius sit, defensitandi ditionis suae subiectos; nihilominus potest speciatim et pro aliis, veluti ob priuilegium, vel per se, vel per alium, maxime efficacem defensionem cuiusdam ciuium suorum, vel vniuersitatis suscipere; vel concedere, vt aduocatia istius generis administretur ab extero principe; id quod sicuti quandoque contigit, ita deinceps de protectione illa disserendum erit paulo latius. De origine quidem ipsa aduocatiarum satis est; quum a MAGERO A SCHOENBERG aliisque scriptoribus, id argumentum fuse sit pertractatum; a nobis autem expedita illustrent abunde doctrinam de feudis aduocatiae rite cognoscendam, diiudicandamque.

§. III.

FEVDORVM ADVOCATIAE NOTIONES ET GENERA EXPLANANTVR.

Feudi vocabulum, modo rem in feudum concessam, *I. Feud. 4. II. Feud. 81.* modo ius, quod in feudali re per contractum et traditionem est constitutum, *I. Feud. 25.* modo feudalem contractum vel solum, *I. Feud. 28. II. Feud. 20. II. Feud. 87.* vel per traditionem perfectum, *II. Feud. 23.* tum ius domini directi *II. Feud. 34. §. 1. II. Feud. 9.* signat. Neque minus ius vasalli, *II. Feud. 1. §. fin. I. Feud. 25.* et aliae res indicantur voce ista, quas vt enumerem omnes, non faciam; *k*) quum

k) Haec enodata reperias in THOMAE CRAGII *Iure Feudali* Lib. I. Dieg. IX. pag. 41. seq. impress. Londini 1655. nec non in CASPARIS HENRICI HORNII exercitatione de *natura et definitione feudi*, typis exscripta Wittebergae 1693.

quum tantum haec nobis, pro instituti ratione, exponenda sit notio: FEVDVM est concessio dominii vtilis in re quadam sub conditione fidelitatis. Verum ADVOCATIAE FEVDVM (EIN VOGTEY LEHEN) quod attinet, vocatur illud, feudum aduocati officio adiunctum. Argum. *II. Feud. 27. §. 7.* et *c. 8. saluator, causa 1. quaest. 3. cap. in quibusdam, X. de poenis, cap. praeterea, 23. X. de iure patronatus. l)* Quae quidem idea ex iis plane intelligitur, quae a nobis de aduocatis atque aduocatiis fuere disputata. Hinc comprehendit, si rursus in particulas reducere velis notionem feudi aduocatiae, FEVDVM, quo defensio regionis, et administratio iurium in ea determinatorum, vel vrbis, vel ecclesiae, vel monasterii, vel pagi, vel castri, vel vniuersitatis, vel hominis, alicui committitur; siue armata sit defensio atque administratio, siue togata. Vid. II. *Feud. 27. §. 7.* ibique GOTHOFREDVS, et citat. *cap. praeterea, 23. X. de iure patronatus*, et *cap. quia clerici, X. de iure patronatus*, et *cap. quibusdam, 12. X. de poenis.* Hae tamen notae, vti ex inductione exemplorum infinitorum liquet, modo coniunctim, modo disiunctim insunt feudo aduocatiae, ita, vt speciatim, et vocis propria adhibita significatione, et stricta, FEVDVM ADVOCATIAE consistat in officio defensionis suscipiendae, et nuncupetur *ein* SCHVTZ-VOGTEY-LEHN; improprie autem feudi aduocatiae vocabulum lateque acceptum, iungatur iurisdictionis et aliorum iurium regimini; *m)* quamuis nulli tuitioni sit connexum; et inprimis nuncupetur *ein* VOG-

l) Add. IOANNIS FERRARII Montani *Collectanea in vsus feudorum*, Lib. I. Cap. VI.

m) Qua propter a nonnullis pronunciatur, feudum, quod pro mercede datur ob quodcunque munus, siue officium, esse feudum aduocatiae. Vid. MATTHIAE STEPHANI *Practicae Oeconomiae iuris vniuersi* pars altera Lib. I. Cap. III. Num. L. pag. 27. excus. Francofurti 1614.

VOGTEY-LEHN. Quumque in Germanorum idiomate, *vögen* ſeu *fügen*, denotet *diſponere* et *ordinare*, ac verbum *Vogt* ad imperium vel diſpoſitionem adcommodetur, et gubernatores ſignificet, *n*) ſeu rectores praefecturarum; praefecturae autem ſaepenumero in feudum, ſicuti olim, ita nunc concedantur: *o*) inde coniiciunt complures, verbum *foedum*, tandem vſu loquendi per *feudum* expreſſum, ortum eſſe. *p*) Licet vero certitudine nulla nitatur ſententia iſta; hoc tamen exploratum habemus, nexum feudalem, defenſionis cauſſa, priſcis temporibus eſſe cumprimis initum, et aduocatorum honoraria et praedia, feudali vel titulo alio aduocatis adſcripta, nomen aduocatiarum dudum tuliſſe. Adpellamus hic teſtimonium *Chron. Citizenſ.* apud PISTORIVM ad annom MCLXXXXIII. nec non Diploma HENRICI IV. Hirſaugienſi monaſterio impertitum, quod recitatur in *Documentis rediuiuis monaſteriorum praecipuorum in Ducatu Würtenbergico ſitorum*, ſub tit. *monaſterii Hirſaugienſis* N. I. pag. 513. ſeq. edit. Tubingae 1636. Praeterea non obſcurum eſt, feudum aduocato litis, pro patrocinio conceſſum, dici aduocatiae feudum,

n) Vocem *Vogt* ſeu *Voigt*, originem ſuam trahere a vocabulo *aduocatus*, ſyllaba nimirum *ad* abiecta, opinantur haud pauci; ſed vix probabili ratione. Conf. tamen IO. BENEDICTI CARPZOVII *Analecta faſtorum Zittauienſium* Part. II. Cap. II. §. II. pag. 248. excuſ. 1716. Zittauiae, et a nobis exponenda §. XX.

o) Quapropter etiam vocabulum *Aduocatia*, inprimis denotat tractum terrarum aduocati infeudati, vt perſpicimus *aus dem Sachſenſpiegel* Lib. I. Art. XXXV. §. II. et Lib. I. Art. LIX. §. IV.

p) Vid. IOANNIS PETRI DE LVDEWIG *ius clientelare Germanorum in feudis et coloniis* Cap. II. §. VI. pag. 33. not. e. ſeq. edit. Halae 1717. et TH. FRANZI *pro Carolo Magno primo feudorum auctore in Italia defenſio*, contra eos, qui vel conſuetudini, vel aliis gentibus eorundem auctoritatem tribuunt, Wittebergae in exordio repetitionum iuris feudalis publice ſuſcepta anno 1596.

dum, *q*) et multos Dd. vnice in hoc forensi labore feuda omnia aduocatiae posita esse, opinari; quum tamen patronis caussarum adsignata feuda, vnum tantum feudi aduocatiae genus, et quidem in latiori significatione voce *aduocatiae* sumta, constituant. Expendenti indolem horum, quae raro occurrunt, liquet, illa plerumque feuda esse annua, *r*) et nonnulla reuocari posse a domino tempore quocunque, nisi si quando longius interuallum determinauerit dominus, firmaueritque sua promissione; *s*) quamuis etiam locum sibi vindicante hac conditione, si corruptus est vasallus patrocinans, et similes subsunt caussae, ante tempus praefinitum, feudum hocce queat reuocari. *t*) Itaque idem raro est hereditarium feudum, quum iuris scientiam requirat. Conuenit tamen cum feudo aduocatiae proprie sic dicto, si adstipulari velis IOANNI SCHILTERO in commentario ad *ius feudale Alemannicum*, Cap. XVII. §. III. pag. 182. excus. Argentorati 1728. existimanti, non pro opera postulandi in iudicio, feudum aduocatiae dari consueuisse, sed pro protectione ecclesiae alicuius, aut pro administratione iustitiae, et inprimis iurisdictionis crimina-

q) In his exponendis haud segnes fuerunt WILHELMVS LVDWEL de *diuisionibus feudorum* Cap. V. pag. 117. edit. cum tractatu de successione feudali, et de renouatione inuestiturae, Altdorffi 1665. nec non HENRICVS A ROSENTHAL in tractatu *totius iuris feudalis* Cap. II. conclus. LXXII. pag. 85. edit. Francofurti et Lipsiae 1721. et IACOBVS ALVAROTTVS in *lectura in vsus feudorum* fol. 191. impressum Francofurti ad Moenum 1587. quo loco ALVAROTTVS obseruat, aduocatiam accipi hic etiam quandoque pro officio aduocati, sine aliquo feudo.

r) Inspice quid sic hac de re scriptum in IOANNIS WVRMSERI tractatu de *feudis impropriis in genere et in specie* Class. III. Sect. XVI. pag. 309. excus. Tubingae 1657.

s) Exceptiones huc spectantes recenset LVDOLPHVS SCHRADERVS in *tractatu feudali* Tom. I. Part. II. Cap. IV. pag. 36. seq. excus. Francofurti 1594.

t) Vid. Dd. ad §. *quicunque*, tituli *de pace tenenda*.

minalis, itemque pro administratione redituum; qua propter haec subiunxit SCHILTERVS c. l. „ Quum non tantum ad „ consilium, sed etiam ad seruitia iudicialia teneatur vasallus „ quilibet, magis est, vt dicamus vasallum quemlibet teneri „ pro domino suo in curia sua postulare, pro more veteri „ curiarum et iudiciorum feudalium. „ Neque minus ad genus istud spectant FEVDVM CANCELLARIATVS, quod pro cancellariatus officio tribuitur et datur; hoc est, si salarii loco in cancellarium praedium confertur sub qualitate feudali; *u*) nec non FEVDVM SCVLTETICVM, quo Scultetus in terris quibusdam praedio vel munere solo inauguratur, ut loco seruitiorum praesit iurisdictioni; *x*) seu potius, si dominus iurisdictionis, aliquem subofficialem sibi constituit, et de hoc munere in aliqua vlla inuestit. Cuiusmodi feuda, per diuturni temporis lapsum, et pacta, saepe facta sunt hereditaria, et per alios administrata. *y*) Porro ei adnumeranda esse, ob similitudinem, nemo non videt, feuda, quibus sola iurisdictio datur vasallo, modo in peculiaribus inuestiturae litteris, modo coniunctim cum aliis iuribus adsignata per inuestituram. Hanc et reliquas significationes illustrant exempla, electa a nobis *aus dem Lebens-Regifter aller Adelichen*

 vnd

u) Hoc feudum esse annale, et anno transacto a domino sola voluntate reuocari posse, vt et a vasallo, tradit IOANNES WVRMSERVS in tractatu de *feudis impropriis in genere et in specie* Class. III. Sect. XVI. pag. 309. edit. Tubingae 1657.

x) Heic meretur conferri GEORG MELCHIOR DE LVDOLF Vol. IV. *Obseruationum forensium* Num. CCCXXVIII. vbi agitur *von der Helfte des Guts Aqnik samt dem Schultenhof.*

y) Pertinet huc CHRISTIANI WILDVOGELII Differt. de *feudo Schultetico* Th. XVI. pag. 16. et pag. 25. recuf. Ienae 1736. Add. Art. LVI. Lib. I. *Landtrecht*, et Art. LVIII. *Lehenrecht*, nec non LVDOLPHI SCHRADERI *tractatus feudalis* Part. II. Cap. IV. Num. XLXI. p. 36. edit. Francofurti 1594.

vnd Bürgerlichen Reichs-Leben in Teutschland, eingerichtet vms Jahr MDLXXXX. quem libellum beatus cancellarius IO. PETRVS A LVDEWIG inseruit *der vollstaendigen Erlaeuterung der Güldenen Bulle* Tom. II. pag. 1051. seq. excus. Francofurti 1719. in hoc enim sub voce *Andlaw* legimus: HANS LVDWIG *empfaengt* an. MDLXXXIV. *für sich, auch an statt vnd in Gemeinschafft seiner Vettern, aller des Stammen vnd Nahmens von Andlau, die Burgk von Andlau mit allen ihren Zugehörungen ......* item *die Vogtey des Gerichts zu Andlow, vnd den Theil der Leut, die zu derselben Vogtey geboeren*, cet. et s. t. AVGSPVRG: *St. Iacob Pfrundhaus-Pflegere, das Dorff-Gericht, die Vogtey vnd Scheneckstad zu Schwabannhausen*, cet. Sub tit. BERLICHINGEN: HANS GEORG VON BERLICHINGEN *empfaengt* an. LXXVIII. *den halben Theil des Schlosses Schratzberg, samt dem Dorff, vnd halben Theil des Gerichts vnd Vogteydiensts, vnd darzu den Bann über das Blut zu richten daselbst*, cet. Sub tit. FLECKENSTEIN: HEINRICH *vnd* PHILIPS VON FLECKENSTEIN *gücken* an. LXXIX. *hernach beschriebene Lehnstücke ...... it. die oberste Vogtey vnd Hochgericht des Dorffs zu Surburg*, it. *die oberste Vogtey vnd Hochgericht des Dorffs zu Gautsteten*, cet. it. *die oberste Vogtey vnd Hochgericht des Dorffs zu obern Ketzenhausen*, it. *die oberste Vogtey vnd Hofgericht des Dorfs zu Nieder-Rudern, Obern Lauterbach, Eberbach, Weintzenbach vnd Kerkweiler.* Sub tit. GEVDER: IVLIVS, HANS CHRISTOPH, PHILIPS. ANTONI *vnd* HAINBOLD, *Gebrüder vnd Vettern, empfangen ..... den halben Mark zu Heroltzberg, so viel des Lehen ist, Vogtschafft, Halßgericht, samt dem Blutbann daselbst, vnd etliche Güter darein geboerend*, cet. sub h. t. vltimo loco: SIGMVND *vnd* ALEXANDER *haben für sich .... vnd den bemeldten Gütern,*

Gütern, ſamt der Fraiſſ vnd Vogtbarkeit vnd Blutbann daſelbſt hin gehoerig. Sub tit. HAILBRON: *Stadt empfaengt* anno LXXVIII. *das Dorff Flein, mit der Vogtey vnd dem Gericht,* cet. Sub verbo HIRSCHHORN: Weyland LVDWIGEN *vnd* PHILIPSEN VON HIRSCHHORN, *nachgelaſſener zweyer Soene Vormünder, empfangen* an. LXXXIV. ..... *das Dorff Radenberg, mit ſeinen Zugehoerungen ..... mit Vogteyen, Herkommen, Gerichten.* Sub tit. MVNSINGER: HEINRICH ALBRECHT *vnd* SIGMVND IVLIVS an. LXXXIX. *die affterleben ..... fünff Huben zu Borchdorff mit aller Gerechtigkeit vnd Zugehoerung, der Vogtey, den Marckt vnd Gericht in dem Dorff Borchdorff,* cet. ſ. t. RECHLINGER N. II. *Marx* an. LXXXVII. *das Dorffgericht zu Klein Kützenhofen ſamt der Vogtey* olim *die Vogtey über zween Hoef daſelbſt,* item *die Vogtey über die drey Höf zu Lametingen gelegen.* S. t. SCHADEN: *von Mittelbibrach* BERNHARD, *empfaengt ... auf maennlich vnd weiblich Geſchlecht ..... das Burglin, den Bann, Vogtrecht vnd Amt Wieſen, zu Mittel-bibrach gelegen,* cet. Ex quibus ſane efficitur concluſio haecce: feuda iurisdictionis, quae cum feudis aduocatiae, in ſenſu latiori ſic dictis, maxime congruunt, ſi loci cuiusdam iurisdictio datur in feudum, noſtra aetate perſaepe tranſeunt ad heredes, quum olim ſemper fere tantum ad dies vite fuerint reſtricta. z) Ex his intelligi datur, ex parte conuenire aduocatiae feudum cum feudo *Guardiae,* quo vaſallo a domino directo praedium pro cuſtodia praebetur. a) Diſcrimen quidem non eſt prorſus ſublatum, quum guar-

z) Vid. SCHILTERVS in *Codice Iuris Alemannici Feudalis* pag. 285. qui prodiit Argentorati 1728.

a) Conf. MATTHIAE STEPHANI *Practicae Oeconomiae Iuris vniuerſi* pars altera Lib. I. Cap. III. Num. XLVIII. pag. 27. excuſ. Francofurti 1614. De vocabulo *Wardiae,* ſigillatim

guardiae feudum plerumque ſit tantum annale, *b*) et guardia *I. Feud. 4. §. 3.* opponatur feudo; quamuis ex verbis *I. Feud. 2.* perſpiciamus, vocabulum hoc vniuoce accipi, verum etiam caſtri alicuius guardiam concedi poſſe in feudum. *c*) Denique feudum aduocatiae prope accedit ad ſimilitudinem FEVDI CASTRENSIS, quo quis pro tuitione caſtri et loci muniti, de habitatione in caſtro, aut alia aliqua re, annuaque praeſtatione inueſtitur; *d*) a quo FEVDVM CASTRI ſiue BVRGI diſcrepat, quippe quod non ſpeciale aliquod officium defendendi caſtrum, ſed eiusdem dominium vtile, cum vel ſine faculta-

tim legatur SAM. STRYKII *Examen Iuris Feudalis* Cap. IV. Qu. XXXVIII. pag. 89. impreſſ. Francofurti 1721. et obſeruetur, Guardiae feudum adpellari etiam *ius cuſtodiae*, ſeu *tutelam fructuariam* impuberis vaſalli, de qua commentati ſunt IOANNES COWELLVS Lib. I. Tit. XVII. pag. 33. ſeq. *inſtitutionum iuris Anglicani*, excuſ. Cantabrigiae 1605. nec non IOANNES PETRVS A LVDEWIO *Opuſc. Miſcell.* Tom. II. pag. 1218. excuſ. Halae Magdeburgicae 1720.

b) Niſi in conceſſione certum tempus ſit adiectum. Vid. IACOBVS ALVAROTTVS in *Lectura in vſus feudorum* fol. 11. edit. Francofurti ad Moenum 1587.

c) Vſum vocis illuſtrat Compoſitio inter ſanctum LVDOVICVM Francorum Regem et Abbatem Craſſenſem, anno MCCXLVIII. inita hunc ad modum: *recipimus perpetue eccleſiam memoratam* (Craſſenſem) *cum tota terra ſua, ſub noſtra ſpeciali defenſione et gardia. Et inſuper mandamus et praecipimus praeſenti ſeneſcallo, et futuris, vt Abbatem Craſſenſem et eccleſiam cum tota terra ſua ab omnibus malefactoribus et moleſtatoribus perpetue defendat;* cet. apud EDMVND. MARTENE et VRSIN. DVRAND in *theſauro nouo anecdotorum* Tom. I. pag. 1040 edit. Lutetiae Pariſiorum 1717. Quae ſane luculenter declarant verba, conuenire interdum *guardiae* vocabulum, cum denominatione *aduocatiae*. Add. IOANNIS THOMAE DE MARINIS tractatus de *generibus et qualitate feudorum* Tit. XXVIII. et HENRICVS A ROSENTHAL Cap. II. Concluſ. LXVIII. pag. 84. in *Syn. Iur. Feud.* excuſ. Herbornae 1721.

d) *Ius Feud. Al.* Cap. CXXXVI.

cultate muniendi, continet. *e*) Possent hic Guastaldiae feudis, nec non *Ambachts-Leben* aliisque institutis, cognationem cum feudo aduocatiae habentibus, multa subiungi; sed infra de iis proferenda in medium, loco hoc occupare non libet. Haec tantum notare animus est, feuda aduocatiae, voce in latiori potestate accepta, ministris et adiutoribus diuersi generis data esse, et constituere munus, quod variis ornatum esse solet vtilitatibus. Quemadmodum enim vocabulum *ambacht*, idem denotat, quod verbum ministerialis significat, teste IO. GEORGIO ECCARDO ad *Legis Salicae* Tit. XI. pag. 23. libri ipsius inscripti: *Leges Francorum Salicae et Ripuariorum* edit. Francofurti et Lipsiae 1720. nec non pag. 13. sub voce *Ambascia;* ita feudis ambactiae, iisque variis, tum ministeriales maiores, tum minoris multi sunt inuestiti, *f*) dictis *Ambacht-Lehne* et *Dienstmann-Lehne*, ea ratione, vt voces *Amt* et *Vogtey*, in litteris clientelaribus persaepe constituant συνώνυμα, indicantia praecipue iurisdictionem; id quod dilucide commonstrarunt illustris DAVID GEORG STRVBEN in *Obseruationum iuris et historiae Germanicae decade*, Obseru. IX. §. III. pag. 268. seq. edit. Hildesiae 1735. et perillustris HENRICVS CHRISTIANVS DE SENCKENBERG in disquisitione de *feudis Brunsuicensibus et Luneburgicis* §. XLV. pag. 48. excus. Goettingae 1738. *g*) Signant nimirum vocabula *Vogt* et *Ambachts-*

e) Id ostendit IO. WILHELMVS WALDSCHMIDT in Differt. de *feudis castrensibus*, excus. Marburgi Cattorum 1722. Add. I. *Feud. 4. §. 3. et 4.*

f) Iuuabit IOACHIMI MEIERI *antiquitates villarum et villicorum*, tam apud Romanos, quam Germanos veteres illustratas Cap. V. §. I. pag. 56. seq. excus. Francofurti 1701. et praecipue illustris IOANNIS GEORGII ESTOR Marburgensis academiae Procancellari splendidissimi, de *Ministerialibus* librum §. CCCXXXV. pag. 485. edit. Argentorati 1727. conferre.

g) De aliis virtutibus vocis *Vogtey*, vid. §. IX. et §. XX. et passim.

bachtsmann, ditionis vel dynastiae praefectum, quamuis modo maioris territorii et dignitatis connexae, modo minoris fuerint rectores. *b*) Igitur res ipsa docet, aduocatos etiam interdum villae peculiari, nec non curti, et mansis quibusdam praefectos esse. Conf. Diploma ALBERTI DVCIS BRVNSVICENSIS, anno MCCCXI. confectum, quo coenobio *Luttere* impertit nonnulla bona, apud PHILIPPVM IVLIVM REHTMEIER in *der Braunschweig-Lüneburgischen Chronic* Part. III. Cap. XLIII. pag. 595. excus. Brunsuigae 1722. et AEGIDII aureae vallis religiosi *gesta Pontificum Leodiensium*, apud IOANNEM CHAPEAVILLVM, in libro, cuius index est: *qui gesta Pontificum Leodiensium scripserunt auctores praecipui* Tom. II. pag. 106. edit. Leodii 1613. et FRIDERICVS ERNESTVS KETTNER *Antiquitatibus Quedlinburgensis* Num. XXXVIII. pag. 303. edit. Lipsiae 1712. qui Diploma exhibet de aduocatiis mansorum in *Ditforde*, in *Ergerstede*, cet. quod typis etiam excudendum curauit LVNIGIVS in *des Teutschen Reichs-Archivs* Spicilegii Ecclesiastici *dritten Theil, von Aebtissinnen das siebende Capitel*, Num. LXXII. pag. 321. seq. nec non laudatus KETTNER c. l. pag. 255. qui sistit Diploma OSTERLINDIS, in quo de resignatione aduocatiae feudalis mansorum quinque fit mentio; et Diploma BVRCHARDI, WALTERI, ALBERTI Comitum de BAREBYE, agens de aduocatia XL. mansorum, apud LVNIGIVM in *Spicilegii Ecclesiastici dritten Theil, von Aebtissinnen*, Num. LXXIII. pag. 222. et LIPPOLDI DE HEIMBORG dapiferi HENRICI Com. Aschariae, litterae feudales super Aduocatia XX. mansorum in villa Edelkersleue, anno MCCLXI. conscriptae, apud LEVCKFELD *Ant. Poeld.* pag. 294.

b) Iungi potest GEORGII BEYERI *Specimen Iuris Germanici*, post fata auctoris editum curante MICH. HENRICO GRIBNERO Lib. I. Cap. VII. pag. 43. excus. Halae Magdeburgicae 1718.

294. Num. XXIV. impreſſ. Guelpherbyti 1707. vt et Diploma CVNRADI Archiepiſcopi Magdeburgici, anno MCCLXXIV. confectum aduocatiae feudalis cauſſa, ſuper octo manſis; apud IO. PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuſcriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. II. Diplom. CLXXIII. pag. 465. excuſ. Francofurti et Lipſiae 1720. et Diploma CONRADI II. Imperatoris, anno MCXXXVIII. datum WIBOLDO Abbati, cuius verba ſunt: „Plures autem aduocatos in eius„dem Abbatiae curtibus fieri noſtro regio banno perpetua „cenſura interdicimus;„ cet. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum ſcriptorum* et *monumentorum* Tom. II. pag. 104. excuſ. Pariſiis 1724. Tacemus alias tabulas publicas, de quibus ſuo loco dicendi dabitur occaſio. Attamen animaduertimus, in nobilium praediis liberis adhaerere hodienum ſaepe aduocatiam; prout complura id veterum ſcriptorum teſtimonia produnt. Ita monachus Weingartenſis in *Chron.* haec tradidit: GVELPHO *nobile praedium cum praediis nec non aduocatiis et miniſterialibus* FRIDERICO *Romanorum Imperatori . . . ſub iure poſſeſſionis contulit;* qua de re pereleganter de *Iurisdictione Germanica* conſcriptus liber illuſtris FRIDERICI ESAIAE PVFENDORFII euoluendus eſt P. II. S. III. C. I. §. CXV. pag. 357. ſeq. edit. Lemgouiae 1740. Liceat denique mihi id ipſum illuſtrare hiſce exemplis, clementer mecum communicatis ab illuſtriſſimo academiae curatore: EXTRACT AVS DER VON ADELEPSEN ERSTEN CALENB. LEHN-BRIEF d. d. VIII. Aug. an. MDCCXLVI. *vnd belehnen ſie in Krafft dieſes vnſers Briefes, mit dem Schloſſe Adelepſen, mit ſeinem Zubehörungen, nichts ausbeſcheiden, wie die Nahmen haben oder liegen mögen, mit Dörffern beſetzet vnd vnbeſetzet, mit Voigteyen, Meyerſchaften, Schaefereyen, Gerichten,* u. ſ. w. EXTRACT

AVS DERER VON ALTEN 2TEN CALENB. GESAMT LEHN-BRIEF. d. d. XXVIII. Apr. an. MDCCXXX. *Sie nochmahls belehnen, als nemlich mit der Vogtey zu Hammenstedt vnd Zwoelff Hueffen Landes belegen zwo Meilen vor Unser Stadt Northeimb vnd auch anderen Güthern, welche etliche von Ußlar von Hochermeldeten Unsern Vorfahren zu Leben gehabt vnd vor Jahren derselben eröfnet seind, vnd mit allen ihren Zubehörungen wie man die benennen mag, nichts davon ausbescheiden, was sie dessen bishero in Besitz vnd Gewehr gehabt* u. s. w. EXTRACT AVS DER VON ALTEN ZV GOLTERN CALENB. SONDER LEHN-BRIEF. d. d. XVIII. Aug. MDCCXXXIII. *Mit einer Huefen Landes, der Saat Golde, der Fischerey im Carspel zu Goltern, der Holtz-Voigtey- oder Holtz-Grevescbafft den Kreyen Hoeffe zu Nord-Goltern, mit dreyen Huefen Landes, den Zehendten zu Willinghausen mit aller Zubehörung* u. s. w. EXTRACT AVS DEM VON BODENHAVSEN ZWEITEN CALENB. LEHN-BRIEF de anno MDCCXXXIII. *über die Voigteyen: vnd belehnen sie damit gegenwaertiglich Krafft dieses Brieffes, nemlich mit der Voigtey zu Bernsteroda, mit der Voigtey zu Beckenrode, zusambt zweyen Huffen vnd vierzehntehalb Aker Landes in der Feld-Marck daselbst ausser vnseren vier abgesteinnten Höffen gelegen, mit der Voigtey zu Niedergandern, mit der Voigtey über achte Hueffen Landes zu Diemarden, mit der Voigtey über vier Huffen Landes zu Ballenhausen vnd den halben Zehenten daselbst;* item *mit der Voigtey einer Huffen Landes zu Stockhausen, mit der Voigtey über sechs Huffen Landes zu Niedernjesa,* item *mit der Voigtey einer Huffen Landes zu Obernjesa,* item *mit der Voigtey zu Bodenhaussen,* item *mit der Voigtey über sechs Huffen Landes zu Sutheim, mit der Voigtey vier Huffen vnd drey Morgen vnd sechstehalben Ruthen Landes zu Gerstenroda;* item *mit der Voigtey zwölff Huef-*

fen

sen Landes zu Oldershausen, mit der Voigtey vier Hueffen Landes zu Appenrode u. s. w. EXTRACT AVS DEM VON DEM KNESEBECK LEHN-BRIEF de anno MDCCXLVIII. *zu Nateln sechs Höfen vnd einer Kohlen, mit dem Holtze vnd Gerichte an Halß vnd Hand, sambt der Voigtey daselbst, mit dem gantzen Dorffe Dallahn, mit dem Gerichte vnd Rechte zu Malchau,* cet.

§. IV.

QVID CONSENTIENS, QVID REPVGNANS SIT RATIONE FEVDORVM ADVOCATIAE, AD PROTECTIONIS IVS COMPARATORVM, EXPENDITVR.

Non feudi titulo solum, sed et variis aliis conuentionibus, vel temporarias, vel perpetuas sanciri protectiones, quae in promisso acceptato ratione tuitionis alterius consistunt, obseruamus. Etenim nobis suscipere propugnationem pro aliis licet, quamuis nullum feudum ab iis acceperimus, quos defensitare tenemur. Multum itaque interest, vtrum protectionis ius solum habeat locum, an feudum aduocatiae constituatur, si nimirum fidelitas defensionis caussa non est promissa. *i*) Quamuis enim sacramentum iurent, quod Germani *die Schirmspflicht* nuncupant, clientes; (*die Shirms-Verwandte*) id tamen cum fidelitatis iuramento discrepat. *k*) Si vero protectionis ius consit sub feudali lege, id redit ad quoddam feudi aduocatiae genus. Ex vtroque igitur instituto di-

 uersa

i) Hanc adsertionem probatione sustinet IOANNES WVRMSERVS in tractatu *de feudis impropriis in genere et in specie* Class. III. Sect. XVI. pag. 311. edit. Tubingae 1657.

k) Huc cumprimis comparata est PETRI SCHVLTZEN Differt. de *feudo gratiae* Cap. II. pag. 31. §. IX. excus. Halae Magdeburgicae 1736. Add. MAGERVS de *aduocat. armat.* Cap. X. Num. CXXXVIII.

uerſa conflantur iura atque officia. Ciuitas v. c. protectori ſuo, ſine lege feudali creato, vaſalli ſeruitia non nauat, nec praedia ei offert, nec a protectore accipit; fidelitatem quoque nullo iureiurando firmat, licet in fidem protectoris ſe permiſerit. Recte igitur IOANNES BODINVS de *Republica* Lib. I. Cap. VII. pag. 106. edit. Francofurti 1591. „Vaſalli, inquit, fidem promittunt, nec accipiunt, cliens autem dat fidem, accipitque viciſſim, vtrique tamen vtrisque mutuis „officiis obligantur.„ cet. *l*) Praeterea in feudis occurrunt haec: penes dominum manet proprietas, et dominium vtile tantummodo tranſit in accipientem; clientes vero ſe ſuaque omnia bona, fidei et defenſioni relinquunt patroni, aſt pleno iure ſeruant retinentque ſua bona. Itaque patronum non venerantur tanquam rerum ſuarum dominum, ſed tanquam eum, ſub cuius tutela acquieſcunt: enimuero vaſallus ſuum dominum loco domini veri habet agnoſcitque, dominum inquam directum rei feudalis; quandoquidem proprietas huius pertinet ad dominum directum, dominium vtile autem ad vaſallum. *m*) Sed de his alibi fuſius. Generatim quidem quaeuis defenſionis ſpecies, vel ad res, vel ad homines a principe adcommodata, compellatur protectio. Haec eſt vel abſoluta iuris et facti defenſio, vel limitibus ſuis circumſcripta; neque minus vel tela depellit hominum certorum determinatorumque, vel incertorum atque indeterminatorum impetus ſuſtinet. Vtraque ſpecies vel cum cauſſae cognitione dari ſolet, vel absque eadem, dum opem implorans imminere

l) Conſulere de his iuuabit CONRADI RITTERSHVSII *partitiones iuris feudalis* Lib. I. Cap. II. pag. 52. edit. Marpurgi 1615.

m) OCTAVIANVS CACHERANVS in *Conſiliis ſiue Reſponſis* Conſil. XXXVIII. Num. IX. pag. 176. excuſ. Francofurti 1599. et MAGERVS A SCHÖNBERG c. l. pluribus id ediſſerunt.

nere summum discrimen, declarat. Per modum priuilegii, in diplomatibus quandoque per constitutionem custodum adsignatur itidem protectio, veluti in *Kayserlichen Schutz- vnd Schirm-Brieffen.* Priuatorum hominum adeo custodiam hic interdum agit Imperator; *n*) per hanc tamen nec extinguit iurisdictionem ordinariam, nec emouet tollitue mediatam subiectionem: *o*) quoniam ex protectione non fluit iurisdictio in protegendum, nec dominium; quemadmodum aliorum principum milites, (quos auxiliarios vulgo dicunt) ad nos missi, ad pericula propulsanda nostra, non sunt reipublicae nostrae domini, licet pro stipendio ruinas nostras virtute fulciant, labentem rempublicam nostram excipiant, nec corruere sinant. *p*) Haud raro quidem protegendi certam pecuniae summam protectori soluunt; id tamen non fit in recognitionem maiestatis atque imperii, nisi pactum, vel consuetudo, vel ingens protectoris potentia coniuncta cum vi, refellat infringatque formulam illam: *Schutz vnd Schirm giebt keine Obrigkeit.* Itaque protectio iurisdictionem comprehendens

n) Cuiusmodi protectionis priuilegia vocantur *litterae saluae guardiae*, quae interdum assecurationis seu salniconductus litterae sunt. Vid. CHRISTOPHORI BESOLDI *thesaurus practicus* pag. 975. excus. Ratisbonae 1740.

o) Huc et sententia redit ANDREAE GAILL *Practicarum Obseruationum* Lib. II. Obseru. LIV. Num. VII. pag. 392. impress. Coloniae Agrippinae 1690.

p) Cumprimis hic commemorandi sunt ANDREAS GAILL c. l. Obs. LIV. pag. 292. edit. 1690. IACOBVS MENOCHIVS de *arbitrariis iudicium quaestionibus et caussis* Lib. I. Quaest. C. pag. 111. seq. edit. Coloniae Agrippinae 1684. HENNING RENNEMANNVS Disputat. XXXIII. *Iurisprudentiae Romano-Germanicae vniuersae* §. XLV. pag. 301. seq. edit. 1651. PETRVS GREGORIVS de *Republica* Lib. XI. Cap. XI. Num. VI. pag. 408. excus. Francofurti 1609. KLOCKIVS *Consiliorum* Tom. I. Consil. X. pag. 186. impress. Norimbergae 1673.

dens ſub ſe, regulariter reſpicit ſubiectos protectoris; *q*) quanquam ii, qui principi cuidam ſubſunt, potentioris tamen exteri principis protectioni ſe ſub variis conditionibus quandoque relinquant, vel ſola confecta lege clientelari; vel ita, vt protectioni iurisdictionis partes adiungantur, modo conuentionibus expreſſis, modo tacitis, et patientia protegendorum tranſeunte in ius, accedente diuturno temporis ſpatio. *r*) Quemadmodum vero protectionis extraordinariae genus hocce, inſtar foederis inaequalis conficitur, vi cuius is, qui ciuis eſt huius territorii, ſe committit defenſioni alterius; ſic in Germania, vtraque protectio eſt vſitata, vtriusuis etiam protectionis extraordinariae ſpecies, aduocatiae nomen ſolet reportare; *s*) conſtat enim, *aduocatiae* vocabulum, et *protectionis* verbum, adplicari plerumque tanquam ſynonyma; quamuis in nonnullis diplomatibus, ſed per raro, ob deminutionem de imperio multorum aduocatorum factam, protectores

q) Vid. MATTHAEI WESENBECII *Conſilia Iuris* Conſ. XLVIII. Num. XXX. col. 1166. edit. Baſileae 1584. HIERONYMVS SCHVRPFF *Conſiliorum ſeu Reſponſorum Iuris* Centuria III. Conſil. XXIII. pag. 126. excuſ. Francofurti ad Moenum 1584. SIMONIS PISTORIS *Conſilium* XIX. adiectum MODESTINI PISTORIS *Conſiliis ſiue Reſponſis*, impreſſ. Lipſiae 1586. pag. 996. qui prouocat ad BARTOLVM in *L. 1. C. de excuſat. muner.*

r) Legatur HVGO GROTIVS de *Iure Belli ac Pacis* Lib. I. Cap. III. §. XXI. Tom. I. pag. 322. Num. X. ſeq. cum commentariis illuſtris HENRICI DE COCCEII et obſeruationibus auro contra carioribus illuſtriſſimi S. d. COCCEII H. F. excuſ. Wratislauiae 1744. haec proferens: „Verum „eſt accidere plerumque, vt qui ſu„perior eſt in foedere, ſi is potentia „multum antecellat, paulatim impe„rium proprie dictum vſurpet: prae„ſertim ſi foedus perpetuum ſit. „cet.

s) Non eſt tacenda IOANNIS GEORGII BECHTII Diſſert. de *ſecuritate et ſaluo conductu*, recuſa in *nucleo diſcurſuum, hactenus in iure publico editorum*, qui prodiit Francofurti ad Moenum 1669. pag. 809.

ctores destinguantur ab aduocatis. Hactenus dictis lucem adfundent *documenta rediuiua monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtenbergico sitorum* pag. 400. publicae luci exposit. Tubingae 1636. in quibus RVDOLPHVS Comes de Hochenberg *confitentes insuper*, inquit, *quod nos bona monasterii - - - non vt aduocatus eiusdem monasterii, sed tanquam ipsius promotor atque Defensor, quamdiu ante dictis dominis placuerit, defensare et gubernare debemus pro virium nostrarum posse;* cet. quod tamen a MAGERO A SCHOENBERG multisque aliis non fuit obseruatum. Plerumque quidem nullus Imperii Statuum, alterius Status subiectos praesidio custodiaque tegere debet; *t*) vt inferre licet ex A. B. Cap. XV. *u*) et RECESS. IMPER. Spirae confecto anno MDXXIX. §. X. *wie auch Churfürsten*, *x*) et RECESS. IMPER. Ratisbonae anno MDXLI. promulgato §. XXVI. *vnd damit im Heil. Reich*, itemque ex *y*) RECESSV IMPER. Augustae Vindelicorum publicato anno MDLV. §. XXIII. *es soll auch kein Stand; z)* id quod luculenter etiam demonstrant innumera priuilegia, veluti in indice feudorum imperii, sub voce BIBRA, in appendice *Partis III. der Einleitung zu dem Reichs-Hof-Raths-Proceß*, quem librum illustri ICto IOANNI IACOBO MOSERO debemus, pag. 678. edit. Francofurti et Lipsiae 1734. Attamen non repugnant legibus nostris protectiones, si nimirum consensus domini accedit

t) Neutiquam alienus ab hoc loco censendus est MATTHAEVS WESENBECIVS *Tractatuum et Responsorum* Consf. XLVIII. Num. VIII. col. 1161. edit. Basileae 1584.

u) pag. 35. edit. a nobis 1744.

x) pag. 233. seq. *aller des H. R. Reichs gehaltenen Reichs-Taege Abschiede vnd Satzungen* edit. Moguntiae 1692.

y) in citat. collectione Recessuum Imperii, publicata 1692. pag. 361.

z) in eodem corpore Recessuum pag. 547.

dit expressus, vel tacitus, vel temporis longinqui lapsus iustas illas reddit, vel princeps rationem subiectorum non ducit sui commodi, neque fas neque fidem pensi habet, neque tuetur suos, sed importunam in subiectos adhibet crudelitatem; vel, si auctoritate Imperatoris, penes hominem mediatum est potestas eligendi protectorem, seu aduocatum, per modum priuilegii; vel si necessitas, et similes caussae suppetunt. Enimuero non ius protectionis passiuum solum, sed et actiuum, ratione Statuum Imperii, locum sibi quandoque vindicat; quum Status ipse se alterius Status protectioni submittere possit, quanquam Caesaris consensio non est interposita. *a*) Quilibet etiam Imperii Status se suaque omnia defensionis et protectionis alienae facere potest, pro iure insigni, quo foedera conficere licet Statibus, nisi sint contra Imperii salutem inita. Etenim Art. VIII. 2. *gaudeant*, PACIS OSNABRVGENSIS, foedera aequalia non secernuntur ab inaequalibus. Ast pari ratione, sicuti olim Latini querebantur, sub vmbra foederis Romani seruitutem se pati; *b*) secundum prudentiae praeceptiones, plerumque abhorrent Imperii Rom. Germ. Status a protectione exterorum Regum et Rerumpublicarum; quum adeo protectiones extraordinariae, in Germania susceptae a constatibus, facile tragoedias excitent, et Statibus nostris dudum displicitus sit earum abusus atque insolentia; id quod velut ex grauaminibus, a Duce Saxoniae ALBERTO nomine principum propositis, in comitiis Francofurti anno MCCCCLXXXIX. habitis, quae leguntur in *der VI. Vorstell.* Cap. XL. pag. 170. *des Reichs-Tags-Theatri* edit. Ienae 1713. a IOA-

a) Vid. RECESS. IMP. an. MDLV. Augustae Vindelicorum confectus §. XXIII. in Corpore Recessuum Imperii Moguntiae 1692. excuso pag. 547.

b) Haec GROTII de *iure belli ac pacis* Lib. I. Cap. III. pag. 86. sententia, prae reliquis calculum promeretur.

IOACHIMO MÜLLERO, intelligas. Ab his igitur ſubalternis Statuum aduocatiis, differre Imperatoris tam ordinariam, quam extraordinariam defenſionem protectionemque, quilibet infert. *c*) Neque minus liquet, quantum interuallum ſit interiectum inter clientelam et patronatum ſtricte ſic dictum. Clientela ſcilicet, primum poſita eſt in mera beneuolentia, eaque efficitur: *d*) feudum autem producitur inueſtitura. Deinde, clientelae non adhaerere ſolet militiae onus omne; *e*) vaſallorum vero officii ratio exigit, vt domino adducto in magnum diſcrimen, ferant opem, et a capite domini propulſent armis periculum. Ad poſtremum, patrocinii et clientelae fides ſeſe extendit porrigitque in clientela ad negotia quaeuis fere, nec non tam ad res, quam ad perſonas; verum in feudis reſtringitur ſolummodo ad rem beneficiariam. Nam vaſallus dominum directum feudi quidem veneratur, et recognoſcit; aſt in reliquis bonis nec dominum, nec defenſorem; quoniam vaſallus domino ſubiectus non eſt, ſuper cauſſas, quae ad feudum ſpectant; *f*) quamobrem quoque inferior ſuperiori ſuo feudum dare et conſtituere poteſt. *g*)

Ggg 2 §.V.

c) In hoc argumento verſatus eſt KOLB in Confutat. ſigni X. Solmenſis pag. 142. edit. Francofurti 1687.

d) CAROLVS MOLINAEVS in prima parte *Commentariorum in conſuetudines Pariſienſes,* recognita et locupleta Tit. I. pag. 5. Tom. I. Operum Pariſiis 1681. excuſorum, diſcrimen clientelae et feudi exponere, ſuarum duxit eſſe partium.

e) Ita namque cenſet BORCHOLT Cap. II. Num. IV. de *feud.*

f) Ab hac ſententia non alieni videntur ERASMVS A CHOKIER de *adu. feud.* Qu. V. pag. 23. edit. Coloniae Agrippinae 1624. et MAGERVS c. l. Cap. XV. pag. 644.

g) Vid. *die Graeflich Stollbergiſche Deduction wegen Koenigſtein in Beylagen* N. XXXIII. et XXXIV. et *Gründl. Inform. wegen der Graffſchafft Hon- vnd Reinſtein* ſub lit. A. B. in qua domini vaſallos ſuos vocant *ihre gnaedige Herren,* et euoluantur ill. HVL-

§. V.
DE FEVDI ADVOCATIAE PROPRIETATIBVS.

Quum omne feudum, vel rectum, vel non rectum sit, et rectum nuncupetur proprium, non rectum autem improprium; *b*) obseruandum nobis est, proprium vocari, quod non recedit a communibus iuris feudalis praeceptionibus, nec naturalia sua restringit: *i*) quemadmodum improprium est, quod vel ob formulam legum feudalium, vel ob conuentiones adhibitas, a feudi proprii recedit indole. Etsi non committo, vt hoc latius aperiam, *k*) de propriis tamen haec dicta sunto: Propria feuda transeunt ad heredes; posita sunt in

HVLDERICI AB EYBEN *scripta quae de iure ciuili priuato, publico et feudali singulatim edidit,* impress. Argentorati 1708. pag. 592. nec non ANTONIVS SOLA *ad Constitutiones antiquas Ducatus Sabaudiae* prooemii decretorum Glossa II. Num. XIV. pag. 7. edit. Francofurti 1600. ibique OLDR. *Consil.* XLIII. Num. VIII.

b) Hic sibi locum postulant *II. Feud.* 20. et VVLTEIVS in tract. de *feud.* Lib. I. Cap. VIII. et IOANNIS THOMAE tractat. de *generibus et qualitate feudorum* Num. XLIV. fol. 116. et THOMAE CRAGII *Ius Feudale* Lib. I. Dieg. X. pag. 51. edit. Londini 1655. Nonnulli quidem Dd. significationem aliam vocabulo *recti feudi* adhibent, et rectum dicunt feudum, cuius possessio est iusta; sed hanc vocis potestatem hoc loco posthabemus. Conf. GOTHOFREDI ANTONII *Ius Feudale* Disput. I. Thes. VII. lit. b. pag. 46. excus. Halae Magdeburgicae 1699.

i) h. e. *zu rechter Lehenschaft, zu rechten Lehen, zu Leben nach Lehenschaft weise.* Conf. SEBASTIANVS NAEVIVS *Systematis parte vltima, in qua selecta ius feudale concernentia tractantur, feudorum* Lib. II. Tit. XLVII. pag. 393. edit. Francofurti ad Moenum 1608.

k) Constat, feudum *rectum* nonnunquam distingui a proprio, et conuenire verbum illud cum notione *feudi veri*; si nimirum secernendum est feudum ab emphyteusi, censu et aliis generis huius institutis; nos vero hanc vocabuli virtutem h. l. ponimus extra oculos.

in gratia domini, et gratuito conferuntur; iureiurando adstringitur vasallus ad seruitia incerta; constituitur in re immobili; nequit sine domini et agnatorum consensione alienari; cetera. Si igitur pacta, sub quibus feudum est concessum, abhorrent ab illis enunciationibus, habetur feudum pro improprio. *l*) Hinc feuda aduocatiae, sunt feuda impropria, quum dentur ad seruitium certum, *m*) et ipso iure feudali sint impropria. Differunt tamen in iis tantum capitibus a feudis propriis, in quibus leges, pacta et consuetudines distant a feudis propriis; quum legibus conuenienter, ducamur ad suspicandum, in dubio casu feudum quodlibet esse proprium; *I. Feud.* 1. §. 4. quamuis pactio feudum trahat extra naturales terminos, ad terminos pacti varii generis. *n*) Quantum igitur auguramur coniectura, in legibus posita, (quae praesumtio vulgo dicitur) existimamus, aduocatiae feuda, nonnullarum affectionum caussa, feudis propriis posse adnumerari, seu potius cum propriis conuenire, etsi sunt impropria; id quod etiam in bene multis aliis obseruatur feudis. *o*) Quapropter forsan in inuestitura Aduocatiae feudi, MEINHARDO Comiti Goritiensi concessi ab episcopo EGNOMO anno MCCLXIII. formula occurrit „quod dictus domi„nus Comes MENHARDVS et frater eius Dominus Comes „ALBERTVS et eorum heredes, --- succedere debeant, prae„dicta feuda noua et vetera, cum omni iure, et actione, et „honore, et iurisdictione, et districtu personarum, et Vasal„lorum,

l) Suffragio doctorum virorum nos non destitui, testatur ZASIVS Tom. IV. Operum col. 334. edit. Lugduni 1550.

m) *II. Feud.* 23.

n) *I. Feud.* 2. §. 2. *II. Feud.* 48. *II. Feud.* 17. *II. Feud.* 13. *II. Feud.* 23.

o) Hac de re prae reliquis legenda IOANNIS HEINRICI KLOTZ Disputatio de *feudo aedificii*, §. V. pag. 11.

„ lorum, et iurisdictionibus omnibus, et ſingulis ad dicta feu„ da integraliter pertinentibus habeant, et retineant ſecun„ dum morem, et conſuetudinem RECTI ET HONORABI„ LIS FEVDI; „ cet. apud FERDINANDVM VGHELLVM in *Italia ſacra*, ſiue *de Epiſcopis Italiae et inſularum adiacentium* Tom. V. pag. 607. edit. Venetiis 1720. Proinde in dubio ſi eſt animus, pronunciamus, feuda aduocatiae eſſe maſculina, *I. Feud. 1. §. 3. I. Feud. 8. §. 1. I. Feud. 13. II. Feud. 2. in fin. II. Feud. 50. pr. p*) et perpetua, et transire ad heredes; *I. Feud. 1. §. 4. II. Feud. 23. in fin. q*) id quod etiam ex litteris clientelaribus Aduocatiae Tridentinae, modo excitatis, perſpicimus, nempe ex verbis: *et ſuorum heredum;* apud FERDINANDVM VGHELLVM in *Italia Sacra* Tom. V. pag. 606. typis impreſſ. 1720. et ex diplomate Imperatoris HENRICI VI. quo HENRICO DE KALLENTIN varias aduocatias, nomine recti feudi conceſſit anno MCXCVII. apud MARTINVM CRVSIVM *Annalium Sueuicorum* Part. II. Lib. XII. pag. 525. ſeq. excuſ. Francofurti 1595. Proxime vero feudum aduocatiae armatae ad feudum proprium accedere videtur; vtpote quod cum ſeruitio vaſalli militari ordinarioque, maxime conſpirat, de quo deinceps fuſius. Sunt itaque feudi aduocatiae attributa, vel communia omnium feudorum, vel propria. Ad communes feudi aduocatiae affectiones referimus vaſalli inueſtituram, dominium vtile, et fidelitatem. Inueſtituram quod adtinet, de ea erit diſſerendum §. VII. Quantum ad dominium vtile, illud conſtitui ſolet, ſi praedium, ſeu alia res, pro defenſione domini et adminiſtratione negotiorum quorundam, conceditur. Hoc ſi contingit, requiruntur duo praedia, vel caſtra, vel

p) Aliquando pati hanc regulam deliquium, infra erit oſtendendum.

q) Mere perſonalia etiam exiſtere feuda aduocatiae, deinceps commonſtrabimus.

vel ditiones; cet. quorum alterum defensioni vasalli sigillatim committitur, vt persona domini protegenda est vasallo, alterum autem pro cura et seruitiis, vel loco salarii. Cuiusmodi exemplum reperitur in feudo aduocatiae, collato ab abbatissis Seckingensibus, de quo haec deprehendes in CHRISTIANI WVRSTISEN *Baszler Chronick* Lib. I. Cap. XXI. p. 67. *vor dreyhundert jaren ist die Kastvogtey an die Graven von Habspurg kommen, welche deshalb Seckingen vnd Lauffenberg jhe von der Aebtissin zu Leben entpfangen. Biß nach ihrem Absterben die Fürsten zu Oesterreich diese Ort in ihren Schirm vnd Gewalt auffgenommen, welche sich dann noch vmb solche Leben verschreiben, die Aebtissin als Kastvögte getrewlich zu schirmen vnd zu handthaben;* cet. edit. Basileae 1580. Fidelitatem denique si respicimus, non obscurum est, ad illam iusiurandum esse adplicandum, et iuramentum supersessum parere feudum improprium; *r*) omnes quoque fere agnoscunt, feudis aduocatiae permultis adhiberi iuramenta. *s*) Huc comparate cumprimis sunt litterae clientelares, quibus MEINHARDVS Comes Goritiae de Aduocatia Tridentinae ecclesiae est inuestitus ab Episcopo Tridentino EGINOMO, anno MCCLIX. Verba enim in iis ita se habent: „ Iurauit quoque „ dictus Dominus Comes MENHARDVS pro se et fratre suo „ Domino Comite ALPRETHO ad sancta Dei Euangelia fide- „ litatem praenominato domino episcopo, pro Episcopatu suo, „ secundum quod in sacramento consimilis feudi continetur, „ vt Nobilis Vasallus domino suo; cet. „ apud FERDINANDVM

r) Ita sentit LVDOLPHVS SCHRADERVS *Consiliorum* Vol. I. Conf. XIII. Num. LV. pag. 796. edit. 1607.

s) Hanc ad rem facit IOANNES THOMAS DE MARINIS in libro *de generibus et qualitate feudorum* Tit. XXVIII. Num. IX. fol. 161. b. Tractatus Tractatuum Tom. X. P. I. edit. Venetiis 1584.

DVM VGHELLVM in *Italia sacra* Tom. V. pag. 607. edit. Venetiis 1720. Nec alienae ab hoc loco censendae sunt litterae feudales PHILIPPI Archiepiscopi Coloniensis, quibus CONRADO Com. Pal. vxori et filiae eius Stalecke et Aduocatiam in Baccharach anno MCLXXXIX. in feudum concessit, apud CAROLVM LVDOVICVM TOLNERVM in Codice *Diplomatico Palatino* pag. 59. Num. LXVI. typis exscript. Francofurti ad Moenum 1700. Iungi potest Diploma, quo VGICIONEM, Priorem Monasterii S. Romani, de monasterii memorati Aduocatia OPIZONEM Marchionem Estensem inuestiuisse, asseritur die XII. Mart. anno MCLXXXVIII. cuius verba sunt haec: „ et praedictus Marchio - - - promisit supra altare et „ osculo pacis, esse fidelis Abbatis Sancti Benigni Fructuariensis, et omnibus suis catholicis successoribus et Prioribus „ Sancti Romani, qui fuerint ordinati eius voluntate et consensu cet. „ apud IOANNEM CHRISTIANVM LÜNIG in *Codice Italiae Diplomatico* Tom. I. Num. XXII. pag. 1549. edit. Francofurti et Lipsiae 1725. Tametsi vero fidei promissioni, quatenus iureiurando firmatur, quidquam laxamenti dari possit, fides tamen ipsa non remittitur; *II. Feud. 3. in fin. II. Feud. 24. §. 1.* quandoquidem pertinet ad feudi essentiam. *t*) Propria attributa sigillatim in feudis aduocatiae expendenti, liquet, posita ea esse in curata determinatione seruitiorum, quae in defensione verti videntur, praestandorum domino; *u*) quapropter aduocatiae iuramentum, ad quod vasallus adstringitur, *II. Feud. 3.* et *4.* hic formam modumque praescribit, et omnia amplectitur aduocati officia. Non negamus tamen, feudum aduocatiae conuenire nonnunquam cum mune-

t) Ceu euictum dedit FRANCISCVS SONSBEKIVS in *Commentario ad vsus feudorum, in suas partes optima serie distributo,* Part. II. Num. XXXIV.

u) argum. *II. Feud. 23. in fin.*

munere, cui nullum praedium adhaereret, et quod reuocari poteſt a domino. Quae ſententia, ſi vocabulo feudi ſubiicitur, ſignificatio ampliſſima atque impropria locum habet. (§. III.) Inſolenter enim abutuntur voce feudi Dd. compluſculi, qui vt coquus Plautinus diuerſas res miſcent, et feudi notionem quam latiſſime ad alias res porrigunt atque explicant, ita, vt muneribus, in quibus fidelitas requiritur, ſaepe feudorum nomen ingerant; muneribus inquam, quibus feudi non inſunt proprietates; muneribus, quae adeo notis et formis iſtis deficiuntur, quae in feudis impropriis, atque ita in feudis aduocatiae ſtricte ſic dictis, ante oculos nobis verſantur. Nemo quoque eſt, qui neſciat, varia iam olim munera, praeter aduocatias, ſub conditione feudali, tam cum praediis, quam ſine his, eſſe conceſſa; id quod curatius perſequuturi ſumus §. ſequenti VI. Quae quidem inſtituta, vt probe a ſe inuicem et noſtra aetate ſecernantur, neceſſe eſt.

§. VI.
DE CONSTITVTIONE FEVDORVM ADVOCATIAE GENERATIM.

Feudum conſtituitur a domino, libera rerum ſuarum adminiſtratione praedito, *II. Feud. 3.* et *I. Feud. 1. pr.* vel ab eo, qui plenum rei ſuae dominium in alterum transferre poteſt; ſiquidem domino licet, integrumque eſt, vt feudum pro ſumma ſua libertate praeſtet cuidam, niſi lex obſtet, vel pactum. *x*)

Ex

x) Id ſibi probandum ſumſere IACOBVS DE ARDIZONE in *ſumma feudorum* Part. I. Cap. XV. THOMAS CRAGIVS in *Iure feudali* Lib. II. Dieg. I. pag. 123. ſeq. excuſ. Londini 1655. et GOTTLIEB STVRM in Diſſert. de *perſonis feuda conſtituentibus et adquirentibus* §. LXXII. pag. 6. edit. 1735.

Ex mente quidem multorum, non paruulum differt, acquiras feudum, an constituas, quum constitutio sit actus, quo res non feudalis euadit feudalis, si nimirum plenum dominium ita diuiditur, vt alteri adsignetur directum dominium, alteri vero vtile sub lege fidelitatis; *y*) quum contra acquisitio feudi, consistat in rei versae in feudum, (vulgo feudificatae) consecutione. Distinguere etiam alia ratione constitutionem illam et acquisitionem licet, *z*) si stricte verbum vtrumque intelligamus. Nos vero communem seruantes vocis virtutem, sub constitutione feudi, comprehendimus vtrumque actum, eo magis, quum summae auctoritatis Dd. posthabeant istud discrimen. *a*) Quemadmodum vero feudi constitutio, a nobis descripta, nititur conuentione inter duos inita, qua alter concedens, alteri recipienti tribuit dominium vtile, et recipiens pro eo fidelitatem et seruitium praestat; id quod ratione feudi aduocatiae, satis superque constat ex testimonio LVTHRVDIS Abbatissae in Wetter, de statu aduocatiae eiusdem loci, anno MCCXLVII. dato; apud perillustrem VAL. FERDINANDVM

y) Conf. V. C. REGNERVS ENGELHARDVS in *specimine iuris feudorum naturalis methodo scientifica conscripto* Cap. I. §. XXXI. pag. 10. publicat. Lipsiae 1742.

z) De quibus plura dedit. BARTHOLOMAEVS LEONHARDVS SVENDENDÖRFFERVS in *annotationibus iuris feudalis ad lucubrationes I. R.* Exercitat. VIII. Th. I. edit. 1699.

a) Non ignoramus, inter *titulum* et *modum acquirendi* feudum, hic distinguere Doctores, et titulum vocare, caussam remotam acquirendi feudi, quo referunt promissionem, oblationem et delationem successionis feudalis; ast *modum acquirendi* nuncupari, caussam proximam iuris acquisiti in feudo, hoc est actum, quo res aliqua proxime in feudale dominium transfertur. Sed tacitus mitto haec; desiderantes ea, ablego potius ad illustris IAC. GAB. WOLFII *elementa iuris feudorum* Cap VII. §. I. pag 154. excus. Halae Magdeburgicae 1741. et ad GOTTLIEB GERHARDI TITII *Teutsches Lehn-Recht* Cap. X. §. V. pag. 198. excus. Lipsiae 1730.

DVM DE GVDENVS *Sylloge I. variorum Diplomatariorum monumentorumque veterum ineditorum adhuc* Num. XV. p. 596. seq. edit. Francofurti ad Moenum 1728. ita id potissimum vel expressa inuestitura, *b*) vel actu, qui pro inuestitura habetur, fit; vel successione, *c*) sic tamen, vt successor defuncti vasalli, inuestiturae renouationem sibi expetere debeat; vel praescriptione, cetera; vel, si actus omnes colligamus, itidem inuestitura acquiritur. *d*) Illas rationes subducentibus nobis, liquet, feudum aduocatiae constitui plerumque, protegendi et protecturi consensu mutuo, sub lege fidelitatis, determinante defensionem, et adsignante defensori, seu aduocato (*dem Schutz-Herren, Vogtey-Herren*) dominium aliquod vtile: (§. V.) *e*) quamuis etiam lex interdum sit effectrix huius feudi, et praeter consensionem duorum paciscentium, aliquis tertius haud raro ad hanc feudi constitutionem accedat, videlicet imperator, vel princeps, cuius auctoritate, in caussis quibusdam, protegendus se committit defensioni aduocati; (§. IV.) ita, vt persona protegenda a protectore, et persona dante protectorem, vel eius constitutioni voluntatem suam adscribente, vel confirmante protectionem, a se inuicem debeant distingui. Quod quidem inprimis animaduersione dignum est, si infeudatio aduocatiae cuiusdam fuerit edictis vetita. Proposita

haec

b) De duplici inuestitura legendus FRANCISCVS SONSBEKIVS ad *vsus feudorum* Part. IX. Num. II. sequ.

c) *II. Feud. 33. I. Feud. 25. II. Feud. 1. in fin.* Add. GABRIELIS SCHWEDERI *introductio in Ius publicum I. R. G. nouissimum*, Partis specialis Sect. II. Cap. X. §. X. pag. 698. edit. Tubingae, 1701.

d) *I. Feud. 25.*

e) Si fingimus, protectionem specialem gratis esse susceptam, nec respectu dominii vtilis adsignatas vtilitates determinatas; aduocatus tamen rite inuestitus, iura aduocatiae et commoda indeterminata, cum tutela connexa, habebit et poterit vindicare; id enim condocet regula: officium suum nemini esse debet damnosum.

haec quidem nonnunquam esse, produnt veterum scriptorum testimonia, et Diploma, quod exhibet IOANNES PETRVS A LVDEWIG Tom. II. *Reliquiarum Manuscriptorum* pag. 210. seq. edit. Francofurti et Lipsiae 1720. quo loco exstant INNOCENTII III. Pontificis litterae, datae MCCI. ad coenobium *S. Petri in monte sereno (den Petersberg) f)* quibus verba haec inserta sunt: *Ad haec presenti priuilegio prohibemus, ne contra id quod fuit ab ecclesie nostre fundatore statutum, et ab eiusdem ecclesie fundatione seruatum, aduocatia eius in feudum cuiquam conferatur*, cet. Quibuscum conspirat priuilegium ecclesiae Hamburgensis, quod praeter alia hoc praescripsit: *aduocatiam - - - - eidem monasterio hoc pacto libere relinquimus, vt nec auctoritate episcopi dioecesani, nec praepositi eiusdem loci, qui pro tempore fuerit, nec cuiusdam alterius in feudo dari, vel alio modo, quocunque valeat, alienari.* cet. . Producenda etiam a nobis sunt Diploma Imperatoris ERIDERICI I. quo aduocatiam abbatiae Parcensis commendat Comiti seu Duci Louaniensi atque Brabantiae, anno MCLIV. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum* Tom. II. pag. 970. edit. Bruxellis 1723. Cap. LVII. verbis: *Aduocatiam, quae nostri iuris extitit, petitione fratrum ibidem Deo famulantium*, GODEFRIDO *Duci Louaniae suisque successoribus Ducibus concessimus: ea videlicet conditione, vt ipsi eam vice nostra teneant, tueantur et defendat, et nulli eam inbeneficiare praesumant, quod si praesumpserint, eadem Aduocatia libera ad Regiam potestatem redeat;* cet. et Diploma, quo GODEFRIDVS III. Dux Brabantiae a CONRADO III. Imperatore constituitur Aduocatus Abbatiae Tungerloensis, Ordinis Praemonstratensis in Brabantia, anno MCL. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diploma-*

f) Vid. etiam *Chronicon Montis Sereni* ad ann. MCCXXIII, edit. a IOACHIMO IOH. MADERO Helmstadii 1665.

plomaticorum Tom. I. pag. 536. edit. Bruxellis 1723. cuius verba ſunt: *quod - - - Aduocatiam illius loci a glorioſo Romanorum Rege* CONRADO *ſuſceperim, vt omni exactione excluſa, et tali conditione ſuppoſita, nulli eam nec ego, nec aliquis ſucceſſorum meorum in feodum dare debeat;* cet. Iungatur Diploma HENRICI Comitis Pal. Rheni, quo aduocatiam reſignat feudalem Treuerorum Archiepiſcopo anno MCXCVIII. in quo haec litteris conſignata ſunt: *Archiepiſcopus ſub poena excommunicationis prohibuit, quod nec ipſe, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum praedictam aduocatiam - - - in poſterum alicui hominum infeodaret,* cet. apud MARQVARDVM FREHERVM in *Originibus Palatinis* Part. I. Cap. XI. pag. 107. edit. Heidelbergae 1686. nec non Diploma Archiepiſcopi Magdeburgenſis, confirmans Bergenſi coenobio aduocatiam, hunc ad modum: *Quoniam hanc munificentiam gratiae noſtrae manere volumus vtilem et vtiliter fructuoſam, ſtatuimus et praeſentis priuilegii auctoritate firmiter inhibemus, ne quis abbatum ſibi pro tempore ſuccedentium, aduocatiam eandem aut infeodare, aut alias alienare valeat vllo modo.* cet. Quam publicam tabulam legimus in V. C. CHRISTIANI FRIDERICI HERTEL Diſſertatione hiſtorica *de iuribus Aduocatiae ſic dictae a monaſterio Bergenſi olim adquiſitis* pag. 18. quae Magdeburgi 1737. publicae luci eſt expoſita. Itaque aduocatia legalis, quae vel ex lege, vel ex mandato efficitur, a principe communi dato ei, qui itidem eſt ſubiectus, ſed potentior quam defendendus, differt ab aduocatia conuentionali. Quemadmodum enim feudum aduocatiae, velut eccleſiaſticae, eccleſia alicui poteſt iure clientelari impertire: ita quoque aduocatus poteſt feudum aduocatiae accipere a Principe, ſi nimirum hic, eccleſiae imponendi aduocatum, iure pollet; adeo, vt aduocatus fiat vaſallus Principis, non vero

ecclesiae; id quod illustrant Diploma DROGONIS DE MELLO, anno MCCXXXIII. confectum, *g*) nec non codicillus clientelaris, ab Imperatore CAROLO V. datus anno MDXLI. Comiti MICHAELI Wertheimensi, huius argumenti: „*Wir* „*CARL von Gottes Gnaden u. s. w. Entbieten dem Edlen* „*vnsers vnd des Reichs lieben getreuen, MICHELN Grafen* „*zu Wertheim, vnd seinen verordneten Vormündern, vnser Gnad* „*alles Gutes, Edler vnd lieben Getreuen, nachdem vns als Römi-* „*schen Kayser gebürt vnser vnd des heiligen Reichs Vnterthanen* „*Staende vnd Verwandten, vnd insonderheit die Clöster vnd* „*Gotteshäuser bey Fried-Ruhe vnd Gemach zubehalten, und vor* „*Schaden Abfall vnd Zerrüttung zu verhüten, auch des zu thun* „*gaentzlichen gemeynet ist, vnd dann du GRAFF MICHEL* „*von WERTHEIM, vnter andern deinen Regalien vnd* „*Lehen, den Schutz vnd Schirm über die Clöster vnd Gotteshäu-* „*ser, so in deiner Graffschafft vnd Herrschafften Wertheim vnd* „*Breuberg Obrigkeiten gelegen seyn vnd von alter hero darzu* „*gehöret haben, von vns vnd dem Reiche durch gemelte deine* „*Vormünder zu Lehn empfangen lassen hast, demnach vnd da-* „*mit solch Clöster, Gotteshaeuser vnd die Personen darinn, dieser* „*sorglichen Laeuff halben, die sich im heiligen Reich Teutscher* „*Nation ereignen vnd erzeigen, bey Fried, Ruhe vnd dem ihren* „*vnbeschwerd bleiben, so empfehlen wir dir bey den Pflichten vnd* „*Eyden, damit du vns vnd dem Reich verwand bist, auch Vermei-* „*dung vnser schweren Vngnad vnd Straff, von Röm. Kays. Machte* „*ernstlich mit diesem Brieff gebietend, vnd wollen, daß ihr alle die* „*Kloester vnd Gottshauser, so wie obsteht, vnter der Graff- vnd Herr-* „*schafft Wertheim vnd Breuberg, gelegen seyn, vnd von alter hero* „*darzu geboeret haben, vnd dir zu schützen gebühren, in allem dem,* „*damit*

g) in *Tabulario Andegauensi Camerae Comput. Paris.* fol. 32. 48. apud CANGIVM c. l.

„ *damit ſie vnd dir ibren wieder Billichkeit, Recht, vnſern vnd des* „ *Reichs Landfrieden vnd ihr Kloſter-Ordnung, an ihrem Gottes-* „ *dienſt vnd allen löblichen Ceremonien, auch Haaben vnd Gütern* „ *nit beſchwerd noch beleidiget werden, in Krafft vnd auff gedach-* „ *ten Schirm, von vnſer vnd des H. Reichs wegen ſchützeſt, ſchir-* „ *meſt, vnd handhabeſt; niemands hierüber ſie zu beſchweren oder* „ *zu beleidigen, noch auch denſelben Kloeſtern ſich von gemelten* „ *Graffſchafften vnd Herrſchafften ohn vnſer ſonder Wiſſen vnd* „ *Bewilligung davon abzuwenden nit geſtatteſt, vnd hierinn nicht* „ *vngehorſamlich erſcheineſt, halteſt vnd erzeigeſt, als lieb dir ſey* „ *vnſer vnd des Reichs ſchwere Vngenade vnd Straff zu vermei-* „ *den, das meynen wir ernſtlich;* „ cetera, apud LVNIGIVM in *des Teutſchen Reichs Archivs* Partis ſpecialis Cont. II. *dritte Fortſetzung von den Graffen vnd Herrn des Heil. Roemiſchen Reichs* Num. LXXIIX. pag. 114. Praeterea inter aduocatiam allodialem, et feudalem, multum intereſſe, non abs re exiſtimamus. Nobis quidem in hac exercitatione ſermo praecipue eſt de feudorum aduocatiae conſtitutione, atque iuribus connexis; ſed tamen ob argumenti ſimilitudinem, inprimis ratione conſtitutionis et alienationis, paſſim aduocatiae allodiales erunt adferendae in medium. Communes enimuero dominium acquirendi et transferendi modos omnes haud exponam, quamuis oſtendendum ſit, iuris naturae principiis conuenienter, vel pure, vel ſub conditionibus, vel expreſſo conſenſu, vel tacito, vel ad certum tempus, vel in perpetuum, vel ad dies vitae, atque ita, conuentionibus varii generis, conſtitui aduocatias. Feuda aduocatiae ſpeciatim quod attinet, pro diuerſitate conſuetudinum, alienatio eorum modo per leges licet, modo ipſis repugnat, ſiue integra, ſiue per partes parata; plerumque tamen conſtituuntur atque acquiruntur, vel

vel ipſa lege, vel donationibus, vel mandatis et collationibus principum, vel emtionibus venditionibus, vel oppignorationibus, vel electionibus, vel ſucceſſionibus tum teſtamentariis, tum iis, quae inteſtato deferuntur, vel nuptiis, vel praeſcriptione, modisque ſimilibus; praecipue vero, omni feudo adplicanda, inueſtitura. Itaque ſumus ſigillatim illos aduocatiae feudum conſtituendi modos illuſtraturi. In limine vero ſtatim digna diſquiſitione res verſatur in quaeſtione, cur aduocatiae tam multae in formam feudorum transmutatae fuerint, et inueſtituris conceſſae, quum tamen mandato ſimplici inſtructi aduocati, idem officium ſubire queant ſine feudali nexu? Niſi fallor, praeter cauſſas communes, quae feuda ad effectum adduxerunt, et quas interpretes adumbrarunt fere omnes, *h*) ratio poſita eſt in vetuſta Germanorum opinione, exiſtimantium, pendere iurisdictionem altam et criminalem ex Imperatoris ſolius inueſtitura. *i*) Quam ob rem in IVRIS FEVDALIS ALEMANNICI Cap. XLII. §. III. haec praefinita ſunt: *Alle Gerichte die über Blutbrünſten vnd über Todt-Schlaege gant die ſoll man alle von einem Roemiſchen Koenige empfangen.* Induxit hanc in animos ſententiam forſan Imperator FRIDERICVS I. quippe qui iuris Romani placitis ſuam firmaturus poteſtatem, regalia innumera fere in Statuum regionibus reſeruabat, quae tantum ii exercere poterant, qui feudali titulo ab Imperatore illa acceperant. *k*) Qua in re veſtigia

h) inprimis vero illuſtris FRIDERICVS CAROLVS BVRI *in der ausführlichen Erläuterung des in Teutſchland üblichen Lehn-Rechts* Part. I. pag. 365. ſeq. excuſ. Gieſſae 1738.

i) Legatur illuſtris Icti CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI doctiſſima diſſertatio de *modis adquiſitae a ciuitatibus Germaniae mediatis iurisdictionis criminalis* §. I. pag. 2. edit. Ienae 1749.

k) Formulam iurisiurandi, comprehendentem regalia, ſiſtit RADEVICVS de *rebus geſtis* FRIDERICI I. Lib.

ſtigia premebat Carolingorum, quorum mandato Comites et Miſſi praeerant iurisdictioni. Quamuis igitur poſtea reſtricta ſit iſta infinita Imperatoris poteſtas, nec adplicata ſit a Dd. ad iurisdictionem patrimonialem; attamen fallax ſpuriumque principium illud diu viguit in Germania, quum crederent maiores noſtri, regalia omnia, atque hinc inter alia iurisdictionem, infeudatis tantum competere. *l*) Inde originem trahere, puto, aduocatos infeudatos permultos, iudicesque inueſtitos iurisdictione alios innumerabiles fere *m*) veluti praefectos, *Amtmaenner*, conſules, *n*) ſcultetos, feudi lege conſtitutos, non inueſtitos ſolum ab Imperatore immediate, ſed et inueſtitos a principibus, quippe qui in territoriis ſuis imitabantur poteſtatem, quam Imperator erga Status exercet, id quod probatum dedit anonymus in *narratione de iudiciis Febmicis*, apud illuſtrem WILHELMVM FRIDERICVM PISTORIVM *Amoenitatum Hiſtorico-Iuridicarum* P. IV. p. 844. quamuis in territoriis pluribus immediate ius iſtud diu multumque fuerit ab Imperatore vſurpatum, vti nonnulla, paſſim a nobis hac in commentatione producta Diplomata, declarant. Quemadmodum etiam ſubInfeudationes iurisdictionis ſunt vſu receptae, vt patet ex Cap. CXXXIV. IVRIS FEVDALIS ALEMAN-

Lib. I. Cap. XIX. pag. 488. operis, cuius titulus: *Germaniae Hiſtoricorum illuſtrium* Tom. I. edit. ſtudio CHRISTIANI VRSTISII Francofurti ad Moenum 1670.

l) Laudanda nobis eſt illuſtris IOANNIS GOTTLIEB GONNE differtat. de *feudo Gaſtaldiae* §. XXIX. pag. 32. edit. Halae Magdeburgicae 1736.

m) Confirmatur haec doctrina iis, quae protulit IOANNES POMARIVS in *Chronic der Sachſen vnd Niederſachſen* pag. 162. ſeq. excuſ. Wittebergae 1588.

n) De feudis conſulum commentatus eſt illuſtris Procancellarius IO. GEORGIVS ESTOR in *Obſeruationibus Iuris Feudalis* pag. 47. impreſſ. Ienae 1740.

MANNICI. Quae consuetudines effecere, vt fere vnumquodque munus nuncuparetur *ein Leben*, adeo, vt ipsis parochis id sit adplicatum, et parochi munus compellatum *ein Pfarr-Leben*, duplici de caussa; ratione videlicet parochi, in latissima significatione illud est beneficium, datum parocho, vt fideliter seruiat ecclesiae; ratione patroni vero, cui hoc ab alio confertur, est collatio beneficii, (nempe honorificorum et vtilium iurium, de quibus alibi diximus) vi cuius prouidere ecclesiae potest de digno clerico; *o*) quamuis hodienum raro eiusmodi inuestiturae, muneribus adcommodentur. *p*)

§. VII.

DE INVESTITVRA FEVDORVM ADVOCATIAE ET RITIBVS ILLI ADHIBITIS.

Praecipuus, vel ex sententia interpretum feudorum iuris permultorum, vnicus feudum acquirendi modus, positus est in inuestitura; quae, ratione domini, est modus vel feudum constituendi, vel renouandi confectum; quemadmodum vasallo inuestitura ius in feudali re paratur. *q*) Itaque feuda aduocatiae diuersorum generum itidem constituuntur acquirunturque inuestitura; siue hac voce complectaris litteras inuestiturae; *II. Feud. 2. I. Feud. 25.* siue propriam inuestituram,

o) Conspirat IOANNES SIGISMVNDVS SCHREIBER in Dissertat. de *feudis parochialibus* Cap. I. §. VII. pag. 7. edit. Altorfii 1741.

p) Lege, si placet, GOTTLIEB GERHARDI TITII *Teutsches Lehn-Recht* Cap. VI. §. XXX. pag. 115. excus. Lipsiae 1730. et nostram dissertationem *de natura et indole inuestiturae per birretum*, tum ad feuda atque allodia, tum ad honores ecclesiasticos aeque ac seculares adcommodatae §. IV. pag. 21. impress. Gottingae 1749.

q) Concordant IO. FERRARII Montani *collectanea in vsus feudorum* Lib. III. Cap. I. insert. collectioni Tractatuum de feudis supra citat. fol. 103. b. edit. Venetiis 1584. et SVENDENDÖRFER c. l.

ram, qua aliquis immittitur in feudalem rem; siue impropriam, quae etiam symbolica nuncupatur, et symbolis certis conficitur, quibus traditis, feudi ipsius traditio censetur facta; siue inuestituram solemnem, siue minus solemnem, quo feudum in aliquem confertur, intelligas. Rei huius exempla statim veniunt nobis in mentem: perlustra Diploma ADELBERTI III. Metensis Episcopi, concinnatum anno MLXV. apud AVBERTVM MIRAEVM in *Codice donationum piarum* Cap. LIII: *Operum Diplomaticorum et Historicorum* Tom. I. pag. 62. edit. Bruxellis 1723. Consulere etiam de his iuuabit litteras ALBERTI Abbatis Indensis, de aduocatiae feudo, concesso Domino IOANNI D' AVDENARDE, anno MCCXLVIII. conscriptas, quas recensent EDMVNDVS MARTENE et VRSINVS DVRAND in *Thesauro nouo anecdotorum* Tom. I. p. 1038. excus. Lutetiae Parisiorum 1717. Euoluatur Diploma, quo aduocatia coenobii Kemnadensis ab HENRICO LEONE transscribitur CONRADO Regi, et feudi nomine redditur HENRICO ab Abbate Corbeiensi anno MCXLVII. apud NICOLAVM SCHATEN *Annalium Paderbornensium* Parte I. Lib. VIII. p. 772. qui prodiere Neuhusii 1693. *r*) Huc spectant quoque PHILIPPI Archiepiscopi Coloniensis litterae feudales super Aduocatia in *Bacharach*, CONRADO Comiti Palatino Rheni in feu-

r) In quo Diplomate HEINRICVS „notum esse, inquit, volumus - - - „quod beneficium nostrum, videlicet Aduocatiam de monasterio Kaminata, et de aliis bonis ad illud „monasterium pertinentibus, in manum domini nostri CONRADI Romanorum Regis secundi spontanea „voluntate resignauimus, vt eandem „Aduocatiam monasterio Corbeiensi „in perpetuam possessionem contraderet, hac videlicet conditionis ratione, vt praedictam Aduocatiam „de manu venerabilis Abbatis wiboldi in legitimum beneficium reciperemus, quod etiam eodem ordine, „quo praedictum est, tam a Domno „Rege quam Abbate completum est, „et a nobis obseruatum; „ cetera.

feudum concessa anno MCLXXXIV. quas publicauit LVNIGIVS *in des Teutschen Reichs-Archivs* Spicilegii Ecclesiastici *Fortsetzung des ersten Theils von Ertz-Stifftern auch Teutschen vnd Iohanniter-Orden* Num. XXI. pag. 337. seq. Neque minus Diploma, quo VGICIONEM, Priorem monasterii S. Romani, de monasterii memorati Aduocatia Opizonem Marchionem Estensem inuestiuisse, asseritur, anno MCLXXXVIII. quod exhibet IOANNES CHRISTIANVS LVNIG in *Codice Italiae Diplomatico* Tom. I. Num. XXII. pag. 1549. seq. edit. Francof. et Lips. 1725. Add. litterae feudales PHILIPPI Archiepiscopi Coloniensis, quibus CONRADO, vxori et filiae eius, *Stalecke* et aduocatiam in *Bacharach*, anno MCLXXXIX. in feudum concessit; apud CAROLVM LVDOVICVM TOLNERVM in *Codice Diplomatico Palatino* Num. LXVI. typis exscript. Francofurti ad Moenum 1700. pag. 58. et Diploma Imperatoris HENRICI VI. quo HENRICO DE KALLENTIN varias Aduocatias, nomine recti feudi concedit anno MCXCVII. apud MARTINVM CRVSIVM *Annalium Sueuicorum* Part. II. Lib. XII. pag. 525. seq. publicae luci exposit. Francofurti 1595. et Diploma HENRICI Ducis Lotharingiae, quo ARNOLDO DE DIEST *et* (ita enim verba se habent) *suis sequacibus, in foeudum contulit dimidiam partem Aduocationis de Webbeken et quidquid ad eandem pertinet Aduocationem*, anno MCCXIII. quod imprimi curauit F. CHRISTOPHRE BVTKENS in *Preuves des Trophées de Brabant*, *tirées des Registres et archives de diverses eglises, tresors de chartes, et bonnes histoires* Tom. I. pag. 62. edit. Hagae Comitum 1724. et litterae recognitionis feudalis WILHELMI Comitis de Guliche, datae acceptarum aduocatiarum feudalium caussa LVDOVICO Comiti Palatino Rheni, Duci Bau. eiusque filio OTTONI

cogn.

cogn. illuſtri, anno MCCXXX. apud WERNHERVM TESCHENMACHERVM ab Eluerfeldt in *Codice diplomatum*, quibus Annales Cliuiae, Iuliae, Montium, Marcae Weſtphalicae, Rauensbergae, vt et Geldriae et Zutphaniae illuſtrantur, Num. CXLIII. pag. 218. excuſ. Francofurti et Lipſiae 1721. Add. MARQVARDI FREHERI *Origines Palatinae* Part. I. Cap. XI. pag. 105. excuſ. 1686. Iis adnumeramus merito conceſſionem Aduocatiae vacantis morte Comitis de HADMARESPERGE, ſuper rebus eccleſiae *Chymſeenſis*, iure feudi OTTONI Comiti Palatino Rheni, Duci Bauariae, ab EVERHARDO Archiepiſcopo Salisburgenſi datam anno MCCXLIV. apud WIGVLEVM HVND A SVLZEMOS *Metropol. Salisburg.* Tom. II. pag. 164. ſeq. edit. Ratisponae 1619. Praeter alia legantur litterae, quibus EGEMVS, ſiue EGNOMVS Epiſcopus Tridentinus inueſtit MEINHARDVM Comitem Goritienſem de aduocatia Tridentinae eccleſiae et aliis feudis, anno MCCLIX. inſertae a FERDINANDO VGHELLO *Italiae Sacrae* Tom. V. pag. 605. edit. Venetiis 1720. et LIPPOLDI DE HEIMBORG dapiferi HENRICI Com. Aſchariae, litterae feudales ſuper Aduocatia XX. manſorum in villa Edelkersleue, anno MCCLXI. conſcriptae, quae extant apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELDVM *Antiqu. Poeld.* pag. 294. edit. Guelpherbyti 1707. Num. XXIV. et Codicillus clientelaris, quo THYMO Corbeienſis Abbas aduocatiam feudalem oppidi Huxtarienſis, quam vltro abdicauerat Comes de Pyrmont, transfert ad ALBERTVM et IOANNEM BRVNSVICENSES DVCES, ad rebelles oppidi ciues retundendos, anno MCCLXV. apud NICOLAVM SCHATEN *Annalium Paderbornenſium* Part. II. Lib. XI. pag. 108. ſeq. euulgat. Neuhuſii 1698. nec non BERCHTOLDI Epiſcopi Bambergenſis Diploma, quo inueſtit LVDOVICVM SEVERVM, Du-

cem Bauariae, de castro Hochinstein, et aduocatia bonorum et hominum oppidi Harspruck, Vilseck, Aurpach, Pagenz, Velden, et aliis bonis in Nordgauia sitis, anno MCCLXIX. apud IOANNEM HEINRICVM DE FALCKENSTEIN in *Codice Diplomatico antiquitatum Nordgauiensium* Num. LVII. pag. 59. edit. Francofurti et Lipsiae 1733. et Diploma CVNRADI Archiepiscopi Magdeburgici, quo aduocatiam in coenobium B. M. feudi iure delatam Denstediis pincernis, ab his, pretio soluto, refutatam, donat coenobio B. M. anno MCCLXXIV. quod deprehendes in *Reliquiis Manuscriptorum* omnis aeui diplomatum, ex museo IOANNIS PETRI A LVDEWIG edit. Francofurti et Lipsiae 1720. Tom. II. pag. 465. Num. CLXXIII. Huic rei porro lucem conciliant litterae inuestiturae, quibus RVDOLPHVS I. Imperator GVNDACCARO II. Domino DE STAHRENBERG, Gundaccari I. filio et Gundaccari dynastae de Styria nepoti, feudum Aduocatiae in monasterio Lambacensi superioris Austriae, s) anno MCCLXXVI. concedit, apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG in *Reliquiis Manuscriptorum* Tom. IV. Lib. V. Num. IX. pag. 234. seq. excus. Francofurti et Lipsiae 1722. et Diploma HENRICI Abbatis Fuldensis, quo RVDOLFO *Comiti Palat. Rheni nec non illustri* MACHTILDI *collaterali suae* cet. *in recompensam iuris Aduocatii in monasterio Höbesten cum villis dictae Aduocatiae pertinentibus*, cet. confert anno MCCCX. in IOANNIS SCHILTERI *Thesauro Antiquitatum Teutonicarum* pag. 816. edit. e museo IOANNIS CHRISTIANI SIMONIS, Vlmae 1728. et Abbatissae Quedlinburgensis IVTTAE litterae, quibus inuestit Ducem RVDOLPHVM Saxoniae, cum aduocatia Quedlinburgensi anno MCCCXX. quas litteras Germanice conscriptas exhibet non semel

s) Quemadmodum auus et pater praedicti monasterii, aduocatiam feudalem etiam tenuerunt, prout patet ex hoc diplomate.

femel laudatus LVNIGIVS in *des Teutfchen Reichs Archivs* Spicilegii Ecclefiaftici Parte III. Cap. VII. *von Aebtiffinnen*, Num. LXXXVII. pag. 228. feq. *t*) De inueftitura feudi aduocatiae in *Awen*, dati COPPENSTEINIO, qui aliquid fcire auet, adeat IOANNIS TRITHEMII *Chronicon Sponheimenfe* ad annum MCCCXXV. pag. 308. in lucem emiffum Francofurti 1601. Iungantur his *Kayfers* CAROLI IV. *Lehn-Brief, den er dem Churfürften vnd Pfaltzgrafen bey Rhein* RVPRECHTEN, *über die vom Abt vnd Conuent zu Wiffenburg erkaufte Lehnfchaft der Vogtey Hagenbuch gegeben* anno MCCCLXI. apud CAROLVM LVDOVICVM TOLNERVM in *Codice Diplomatico Palatino* Num. CLVII. pag. 111. edit. Francofurti ad Moenum 1700. et litterae inueftiturae eiusdem Aduocatiae, anno MCCCLXI. datae a CAROLO IV. apud LVDOVICVM LAGVILLE in *Hiftoire d'Alface, Preuv.* pag. 62. quam excitat PETRVS GEORGISCH in *Regeftis Chronologico-Diplomaticis* ad annum MCCCLXI. qui paffim ad alias tabulas publicas prouocauit, quae pertinent ad aduocatias. Lectu inprimis digna quoque eft *Kaifers* CAROLI V. *Brief, daß Graf* MICHAEL *zu Wertheim, die in der Graffchaft Wertheim vnd Herrfchafft Breuberg gelegene Clöfter fchützen vnd fchirmen folle*, dat. anno MDXLI. apud LVNIGIVM in *des Teutfchen Reichs-Archivs* Part. Special. *der andern Continuation dritte Fortfetzung fexte Abtheilung* Num. LXXIIX. pag. 114. nec non *Kaifers* CAROLI V. *anderweiter Brief, daß Graf* MICHAEL *zu Wertheim die Klöfter der Graff- vnd Herrfchafften Wertheim vnd Breuberg fchützen*

t) Huc fpectat etiam *Reuerfal-Brieff, welchen Churfürft* ERNST *vnd Hertzog* ALBRECHT *von Sachfen, Ebtiffin* HEDWIGEN *von Sachfen, gegen empfangene Voigtey wiedergeben,* anno MCCCCLXXIX. apud FRIDERICVM ERNESTVM KETTNER in *antiquitatibus Quedlinburgenfibus* pag. 582. fequ. Num. VIII. edit. Lipfiae 1712.

tzen vnd schirmen solle, an. MDXLVIII. a LVNIGIO insert. *des Teutschen Reichs-Archivs* Partis specialis *der andern Continuation dritte Fortsetzung, sexte Abtheilung* Num. LXXXII. pag. 115. seq. Accedat denique hisce *der Lehnbrief, mit welchem die Abtissin des Kayserlichen freyen weltlichen Stiffts Quedlinburg, den Churfürsten von Sachsen vnd dessen maennliche Leibes-Lebens-Erben* anno MDCLXXXXV. *beliehen hat*, in IOANNIS CHRISTIANI LVNIG *Grundfeste Europaeischer Potenzen Gerechtsame* Num. XXXVII. pag. 799. excus. Lipsiae 1716. Condocent igitur excitatae et infra protrahendae in lucem chartae, inuestituram conferre feuda aduocatiae, nec aduocatias solum stricte sic dictas, sed et in significatione latiori acceptas. *u*) Non vero Imperator solum, vel Principes, vel vniuersitates, per inuestituram constituunt feudum aduocatiae; verum hoc feudum etiam exoritur, si quis bona sua allodialia alicui offert in feudum, et accipiens ea ipsa reddit offerenti in feudum, sub conditione, vt feudi dominus ipsum defendat, fiatque eius aduocatus tutelaris; cuiusmodi exempla innumera fere occurrunt. *x*) Solemnitates, inuestituris hisce adhibitas, expendentibus nobis, patet, ecclesiarum Aduocatos persaepe inuestitos esse vexillo, quod episcopus consecrabat, altari illud super-

u) De hoc genere feudorum aduocatiae, et praefecturis feudalibus, inprimis in terris Luneburgicis, vide grauiter disputantem illustrem FRIDER. ES. PVFENDORFFIVM P. II. S. III. Cap. I. §. L. pag. 318. libri *de iurisdictione Germanica*, excus. Lemgouiae 1740.

x) Remittimus lectorem ad IOANNIS NICOLAI HERTII commentationem de *feudis oblatis*, quae legitur *Commentationum atque opusculorum eius* voluminis primi tomo secundo pag. 342. seq. edit. Francofurti ad Moenum 1737. Conf. etiam plane egregium supplementum ad caussas feudorum oblatorum, quod debemus illustri atque elegantissimo ICto CHRISTIANO GOTTLIEB BVDERO *Amoenitat. Iuris feudalis* Num. V. pag. 28. seq. excus. Ienae 1741.

ſuperponendo. Hinc SVRIVS *Act. Sanct.* die IV. Iul. c. 7. *Conſecratione*, inquit, *peracta*, *doteque contradita*, *comprobato illic Presbytero Altaris procurationem commendauit et eccleſiae aduocationem firmiter legitimo haeredi*, PANNO IMPOSITO (VDALRICVS Epiſcopus Auguſtanus) *commendauit*. Vocabulo autem *panni*, vexillum denotari, oſtendit LVDOVICVS THOMASSINVS in libro, ſub hac inſcriptione: *vetus et noua eccleſiae diſciplina circa beneficia et beneficiarios* Part. III. Lib. II. Cap. LV. §. IX. pag. 454. publicato Lugduni 1705. quam ſententiam firmari, exiſtimo, litteris inueſtiturae feudi aduocatiae, quas EGENO Comiti Goritienſi dedit anno MCCLXIII. verbis: *Dominus* EGENO *Dei Gratia - - - de conſilio et conſenſu, et voluntate Dominorum Canonicorum ſupraſcriptorum et Capituli Tridentini, pro ſe ac nomine, et vice eccleſiae, et Epiſcopatus Tridentini, et eius ſucceſſoribus*, CVM SEPTEM VEXILLIS CENDALI RVBEI PENDENTIBVS IN HASTIS, *quae in manibus ſuis tenebat*, *nomine recti et honorabilis feudi Nobilem Dominum Comitem* MENHARDVM, cet. teſte FERDINANDO VGHELLO in *Italia ſacra*, ſiue de Epiſcopis Italiae et inſularum adiacentium Tom. V. pag. 606. edit. Venetiis cura et ſtudio NICOLAI COLETI 1720. Suffragamur illi interpretationi vel hanc ob cauſſam, quum *vexillarii*, *vexilliferi* et *ſigniferi* eccleſiae dicti ſint Aduocati, vt condocet celeberrimus vir IOANNES CHRISTOPHORVS HARENBERGIVS in *Hiſtoria eccleſiae Gandershemenſis Diplomatica* pag. 128. in nota g. edit. Hannouerae 1734. qui etiam ex *Chronico* S. MARTINI TVRONENSIS refert, THIBAVTVM Comitem Bleſenſem, Abbatiae illius Aduocatum, vexillum Sancti Martini geſtaſſe, iuxta conſuetudinem receptam; *y*) de

y) Non feudis Advocatiae ſolum, ſed et aliis, inueſtituram per vexillum adplicatam eſſe, nimirum ſecularibus, iisque regalibus, conſtat; indeque

de qua §. XXI. fusius erit edisserendum. Inuestiturae quorundam feudorum aduocatiae, olim etiam interdum adhibiti sunt equi; hinc in litteris ALBERTI Abbatis Indensis, de Aduocatia feudali IOANNIS dicti Domini DE AVDENARDE, conscriptis MCCXLVIII. legimus haec: „ Item, equum vnum, „ quem habebit sub forma subscripta, videlicet cum Abbas „ nouiter electus primo ad partes Flandriae peruenerit, dictus „ Dominus IOANNES ipsi apud Atriniam occurreret, ac ipsum „ Ronacum conducet, ibique feodum suum in equo suo recipiet. Et cum Abbas de equo suo descenderit, strepam suam „ tenebit, et equum accipiet sella et fraeno Abbati restitutis. „ Talis vero erit equus, qui talem personam deceat, vt Abbas „ est Indensis, et praedictus equus erit albus. „ Vid. EDMVNDVS MARTENE et VRSINVS DVRAND in *thesauro nouo anecdotorum* Tom. I. pag. 1038. edit. Lutetiae Parisiorum 1717. Alibi aliae ceremoniae fuerunt adplicatae; velut in Diplomate, quo VGICIONEM, Priorem monasterii S. Romani, de monasterii memorati aduocatia OPIZONEM Marchionem Estensem inuestiuisse, asseritur die XII. Mart. anno MCLXXXVIII. haec habentur: „ Domnus VGICIO, Sancti Romani Prior, cum „ consensu fratrum, inuestiuit Marchionem OPIZONEM cum „ LIBRO et STOLA ante altare Sancti Romani, de Aduocatia „ monasterii Sancti Romani et de omnibus benefactis Sancti „ Romani; et praedictus Marchio recepit eam pro remedio „ anime

deque ortam esse consuetudinem, vt Principes in sigillis se exhiberent equites cataphractos cum vexillis, dudum obseruarunt IO. IAC. CHIFLETIVS in fine Commentarii, Lothariensis pag. 97. seq. qui claudit primum *Vindiciarum Hispanicarum* Tomum, nec non auctor *Annalium Germanicorum MStorum* in Bibliotheca Gothana adseruatorum, excitatus a WILHEL. ERNESTO TENTZELIO in *Supplemento Historiae Gothanae* secundo pag. 348. excus. Ienae 1702.

„ animе ſue, et promiſit ſupra Altare et oſculo pacis, eſſe „ fidelis Abbatis Sancti Benigni Fructuarienſis; „ cet. apud IOANNEM CHRISTIANVM LVNIG in *Codice Italiae Diplomatico* Tom. I. Num. XXII. pag. 1549. impreſſ. Francofurti et Lipſiae 1725. Neque minus tacite interdum conferuntur feuda aduocatiae, quando v. c. ditio, vel comitatus, vel principatus, cet. cui feudum aduocatiae adhaeret, alicui ſub lege feudali conceditur, tunc etiam in vaſallum tranſeat feudum aduocatiae, neceſſe eſt, ſiue mentio fiat aduocatiae, ſiue minus. z) Hic locum ſibi vindicant litterae clientelares *über die erledigte Hohnſteiniſche Lehnſtücke die Herrſchafft Clettenberg vnd Labra*, *ſo* anno MDLXXXXIII. *den* XIII. Auguſti *von dem Halberſtaedtiſchen Dom-Capitel dem Durchl. Hertzog* HENRICH IVLIO ZV BRAVNSCHWEIG *vnd* LVNEBVRG cet. *gegeben*; in quibus verba ſe habent ita: *auch denen beyden Staedten Elrich vnd Bleicheroda vnd dem* ERB-*vnd* OBER-SCHVTZ *an dem Cloſter zu Walckenreden mit aller Hochheit, Obrigkeit, Regalien, Bergwercken, Metallen, Zollen, Geleiten, Baechen, Gewaetten, Steuren, Volgen, Gerichten, Oberſt vnd niederſten, Rechten vnd Gerechtigkeiten, Ein-vnd Zubehörungen, in aller maſſen gedachte Graffen von Hohnſtein ſolche Güter biß dahero im Gebrauch vnd Gewehren gehabt haben, ſollen vnd mögen; v. ſ. w.* apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELD in *Antiquitatibus Walckenredenſibus* Part. II. Cap. II. §. XV. pag. 44. ſeq. excuſ. Lipſiae et Nordhuſae 1705. Quin etiam nonnullorum feudorum aduocatiam infeudari quandoque, id euincit Diploma Comitis Wernigerodenſis, confectum anno MCCCXXVI. quod exſtat in FRANCISCI PAVLINI exercitatione de *aduocatis monaſticis* §. XXIX. pag. 561. edit adject. BVSSONIS WATENSTEDII *Chron. Mind.* excuſ. 1698. Ex pro-

 latis

z) Vid. IOANNIS BLANCHI *epitome feudorum* Lib. I. Cap. III. Num. LIV.

latis a nobis diplomatibus palam igitur eſt, adeo eccleſiarum et monaſteriorum aduocatias admittere inueſtituram feudalem; et Imperatores nonnunquam eccleſias et monaſteria ipſa conceſſiſſe in feuda, et pro ſumma libertate abalienaſſe. Qua de re plura dabit HVNDIVS Tom. II. *Metropol. Salisb.* pag. 2. ſeq. edit. Ratisponae 1719. Quemadmodum in Gallia, imperante CAROLO MARTELLO, feudali titulo tributae ſunt comitibus eccleſiae, vt narrat ANT. DADINVS ALTESERRA *de Ducibus et Comitibus Prouincialibus Galliae* Lib. I. Cap. XIII. pag. 64. ſeq. edit. Toloſae 1643. et ratione aliarum regionum hoc retulit IOANNES STVMPFFEN in *Chronic. Heluet.* Lib. V. Cap. V. fol. 301. a. excuſ. Tiguri 1586. nec non ill. IAC. GABR. WOLFIVS in commentatione de *feudorum imperii origine atque indole ſub primis Francorum Regibus* §. XXV. pag. 56. publicae luci expoſita Halae Magdeburgicae 1745. Hodienum etiam reperiri Praelaturas, quae perpetui feudi iure in ſeculares Principes collatae ſunt, auctor eſt IO. GVILIELMVS ITTERVS de *Feudis Imperii* Cap. VIII. pag. 388. edit. Francofurti et Lipſiae 1730. Quamuis IACOBVS ALVAROTTVS in cap. I. in princ. num. 16. *de his qui feudum dare poſſunt*, fol. 4. *Lecturae* eius Francofurti ad Moenum 1587. euulgat. et permulti ab eo excitati Dd. pronuncient, eiusmodi inueſtituram ipſius eccleſiae, vel monaſterii, eſſe legibus reprobatam; cuius rationes alio loco repudiauimus. Quod adtinet ad liberas ciuitates Imperii R. G. et harum aduocatias, poſitum extra controuerſiam puto, ad multas etiam inueſtituram feudalem adcommodatam eſſe. Hic namque IOANNIS CHRISTIANI LVNIG *des Teutſchen Reichs-Archivs* Partis ſpecialis *IVte vnd lezte Continuation*, typis exſcript. Lipſiae 1714. Tom. I. pag. 180. Num. LXIX. legi poteſt, qui exhibet *Kayſers* IOSEPHI *Lehnbrief vor Herrn*

Herrn BENIAMIN VON MENTZINGEN *über die Land-Vogtey vnd den Blutbann zu Augspurg*, concinnat. anno MDCCVII. et *merckwürdige Reichs-Hoff-Raths-Conclusa* Tom. III. pag. 18. edit. Francofurti ad Moenum 1727. et Tom. VII. pag. 654. excus. Francofurti ad Moenum 1731. nec non illustris et laude nostra maioris viri, IO. IACOBI MOSERI *Einleitung zu den Reichs-Hoff-Raths-Proceß*, Part. III. Cap. I. §. XCIV. p. 128. seq. impress. Francofurti et Lipsiae 1734. Denique ex iis, quae supra, quantum satis est, diximus, inferendum est, feuda aduocatiae, ad exemplum aliorum feudorum, quae vel de praesenti promitti solent, vel post aliquod temporis spatium, acquiri quoque posse expectatiua. Haec scilicet consistit in iure ad feudum obtinendum a domino sub conditione aperturae dato; quippe quae vel per nudas litteras, vel per inuestiturae actum, sub conditione institutum, perficitur. Vel maxime hoc nomine legendum est Diploma DVCIS BRVNSVICENSIS WILHELMI, anno MCCCCLXXXVIII. confectum hunc ad modum: „*Von Gottes Gnaden, Wy WILHELM to Brunschwick* vnd Lüneburg Hertog - - Bekennen oppenbar met „ dussen Breue, vör vns de Hochgeborn Forsten, Herrn HENRIKEN, vnd Herrn ERIKEN to Brunschwigk vnd Lünenborg „ Hertogen vnse fründtlicke leue Soehne, allerseit vnse Manliues Erben, so de Ehrwerdige in Gott Herr HERMAN Abt „ dess frigen Stiffts to Corbeya, vnse leve Here vnd Fründt, „ vmme sonderliker Günst vnd Toneigung willen to vns tregent, to vnser vnd mede to der anomahln vnser leuen Soehne, ock allersit vnser Manliues Eruen behoff, ein Gedinge „ gegeuen, vnd belehnet hefft vp dess Edelen vnd Wohlgebornen Herren MAVRITIVS Grauen to Pirmont Doit, mit „ der Vogedie auer dat Stiffte to Corbeya mit alle ören Herr-

 „lichei-

„ licheiden, Güderen, Gerechtigheiden vnd Tobehörungen, „ vhtbescheiden de von Amelunxen, so deselue Greue darto „ Lehne dreget, vnd wante her gebruket hefft, doch vnschedelick belehnunge des Grauen vorbenombt, vnd dat, de „ wile he liuet vnd leuet, ane vnse, benander vnser Söhne, vnd „ allerset vnser manliues Erben insage vnd behindernisse, so „ he wente her inne gehat, vnd nach gebruckt, vnd nicht er „ vns der anemathen schüllen noch willen, de benente Graue „ sei dan horen vorscheiden, id gescheh dan mit sinen Wetten vnd Willen, so he auer von Dodeswegen affginge vnd „ neyne Manliues Eruen naleiten, mögen wy vns mit anomahln vnsen Söhnen, edder allerseit vnse Manliues Erven, „ ane jemands Insage dersüluen Vogedie mit öhren Gerechtigheiden vnd Tobehörungen vorbenombt, annemahten, „ inne hebben vnd gebruken, willen och, dauon dem gedachten vnsern Herrn vnd Fründe, vnd synem Stiffte truwe „ vnd holt wesen, so sick dat egnet, alle Punct vnd Articul dusses „ Breues lauen wy obgedachte Forste vor Vns, vnde gedachten vnsen leuen Söhnen vnd alleset vnse Manliues Eruen, „ stedé, vaste, vnd sunder ienigerley argelist vnd Gefehrde „ vnverbrocken woll to holdende; „ cet. Quae sistit verba IOANNES CHRISTIANVS LVNIG Continuatione I. Spicilegii Ecclesiastici Num. XIII. p. 919. edit. Lipsiae 1720. Adpingere etiam liceat ex authentico a me descriptum Diploma hocce: „ Von Godes Gnaden Wy HERMAN van Boneborch „ Abt des frigen Stifftes Corueye Bekennen openbar mit „ dussеme Breue vor vns vnse Nakomen vnde Stiffte, „ dat Wy vmbe sunderliker gunst vnd toneginge willen, Wy hebben vnd dragen to deme Irluchteden „ Hochgeboren Forsten vnd Heren Hern WYL-

„HEL-

„HELME Hern HENRIKE vnd Hern ERIKE
„ſyner gnade ſonen, to Brunſwigk vnd Luneborch Her-
„togen etc. Denſuluen eyn gedinge gegeuen hebben
„vnd gheuen jegenwordich vnd mit Krafft duſſes Bref-
„fes Beleynen ſe ok to eynen Erffliken manleyne vpp
„Dot des Eddelen vnde Wolgeboren Hern Mauricieſ-
„ſes Grauen to Pyrmont Nu alsdenne denne alſe Nu
„Myt der Eddelen Vogedie ouer vnſſe Stiffte Corueye
„myt ull oren rechticheyden Herlicheyden Guderen
„vnd tobehoringen vthbeſcheden de van Amelunxen
„ſo de ſulue Graue von Pyrmont itzunt von vns to
„Leynhe dreget wente here jnne gehat; vnd gebruket
„hefft Deme doch duſſe Leynunge de wyle he Liuet
„vnde Leuet ane der gedachten Forſten vnd ore Man-
„liueſerffen troweliken Inne hebben vnd gebruken
„mogen, Ok vnſchedelik ſyn ſal vnd nicht eher ſick der
„anemathen De benompte Graue ſy denne to vorn von
„Dodeswegen vorſcheyden jd gheſchege Denne myt ſy-
„nen wetten vnd Willen, ſo he auer van Dodeſwegen
„affginge vnd neyne Manliueſerffen Lethe, Mogen
„ſek de benompten Forſten edder ore Manliueſerffen,
„ane vnſſe edder vnſer nakomen jnſage Derſuluen vo-
„gedige myt oren Herlicheyden vnd gerechticheyden
„vorgheſcreffen na oreme Nutte vnd Bequemicheyd
„jnne Hebben vnd gebruken, Vnd wy myt vnſſen na-
„komen willen ok vnd ſchullen den benompten For-
„ſten vnd oren medebeſcreffen ſodans gedinges Leyns
„vnd gudes bekennige Here vnd warent weſſen, ſo va-
„ken des to donde vnd an vns geſunnen worde ſo ſek
„ok begheue: Dat jenige vorſcriffunge wore effte von
„vns

„ vns edder vnſſen nakomen in tokommenden tyden ge-
„ geuen vorſegelt effte togeſecht wore, effte von vns ed-
„ der vnſſen nakomen in tokommenden tyden gegeuen,
„ vorſegelt effte togeſecht wudanwys dat wore, ſchall
„ ſodans jn krafft duſſes breves mit alle machtlos ſyn So
„ des ok van noden wore effte worde vnſes Capittels
„ Conſenſs breffe hir over to hebbende Schullen vnd
„ willen wy dar anne weſen eyndrechtliken gegeuen
„ vnd vorſegelt werden, Dat wy ſo ſtede vnd vaſte vor
„ vns vnd vnſſe nakomen denne velegedachten Forſten
„ vnde oren Manliueſerffen ſunder jenigerley argelyſt
„ vnd gheuerde in guden truwen ſtede vnd vaſt wol ge-
„ reden to holdende vnde hebben des to orkonde vnſſer
„ Ebbedie Ingeſegel an duſſen breff witliken don han-
„ gen vnd gegeuen nach Chriſti vnſes Heren Geborth
„ verteyn hundert jme achte vnd achtentigeſten Iaren
„ Ame Dage preſentationis Marie virginis glorioſiſſime. „
(L. S.) Sed de harum expectatiuarum iure et proprietatibus, atque iuribus connexis, hic ediſſerere, nobis non vacat. *a*)

§. VIII.

AN FEVDA ADVOCATIAE DONATIONIBVS COLLATIONIBVSQVE ACQVISITA SINT, ET PENES QVEM EA DANDI SIT POTESTAS IN GERMANIA;

Penes dominum eſſe ius, rem ſuam in feudum transmutandi, hoc volui lectorem habere cognitum; (§. VI.) nec minus

a) Vid. illuſtris IO. IACOBVS MASCOV. in Diſſert. de *expectatiuis in feuda Imperii* pag. 3. ſeq. edit. 1719. et ANTONIVS BESSEL in diſſert. de *exſpectatiua feudali*, excuſ. Wittebergae 1743.

minus inferendum eſt ex notionibus expoſitis, contractum feudalem induere naturam donationis, etſi non ſimplicis, factae tamen ſub modo, praeſtandorum ſcilicet ſeruitiorum et fidelitatis. Stricte quidem adhibita vox *donationis*, differt a feudo: etenim pro re donata ipſa, poni non ſolet donatio; quum contra vocabulum *feudi*, plerumque declaret rem, beneficii loco alicui congeſtam. Praeterea donationis vocabulum latius patet, quam feudi verbum; quandoquidem medii aeui ſcriptores, id per *tradere concedere*, et ſimiles explicant voces. *b*) Nec ſine obſeruatione praetermittendum, eſſe etiam bene multas aduocatias ſimpliciter, hoc eſt ſine nexu feudali, dono deditas; vt intelligimus ex Diplomate HENRICI Comitis DE ORTENBVRCH anno MCCLIII. promulgato, quod recenſet GEWOLDVS ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. II. pag. 399. edit. Ratiſponae 1719. atque inprimis per priuilegia Imperatorum impertitas; quas igitur inter et donationes feudorum aduocatiae ingens eſt diſcrimen. Iſtiusmodi donationes, ſi nimirum latam vocis poteſtatem admittere velis, olim ſolus Imperator in Germania, tam ratione feudorum aduocatiae, quam ratione aliorum feudorum fecit; cuius formula vti ſaepe audita eſt: *donamus et concedimus in feudum*; ita inueſtitura multas aduocatias elargitus eſt, quae plerumque aduocatiae nuncupantur mandatae. Hoc modo CAROLVS M. Campidonenſis *c*) coenobii Aduocatos conſtituit Ducem Bauariae

b) Copioſius haec ediſſerunt IACOBVS FRIDERICVS LVDOVICI in *Collegio Iuris Feudalis* Diſp. III. Th. XXXIV. pag. 33. et Diſp. IV. Th. III. pag. 37. edit. Halae Magdeburgicae 1739. et IOANNES PETRVS A LVDEWIG in *iure clientelari Germanorum in feudis et coloniis* Sect. II. Cap. I. pag. 109. excuſ. Halae 1717.

c) Diploma hocce adnumerari adulterinis chartis, conſtat; PAPEBROCHIVS nimirum *Act. Sanct.* Tom. III.

uariae Marescallum, Saxoniae Ducem Pincernam, Montisfortis Comitem Dapiferum, Comitem de Nellenburg Camerarium Abbatis. Documenta qui desiderat, adeat GASP. BRVSCHII *Chronologiam monasteriorum Germaniae praecipuorum* pag. 102. seq. edit Sulzbac. 1682. et MICHAELIS SACHSE *neue Keyser Chronic* sub Carolo M. Part. III. Cap. III. pag. 8. tert. ed. Brunsuigae. Locum inter illa tenet quoque Abbatia WALKENRIED, de qua CYRIAC SPANGENBERG in *Chron. Mansfeld.* Cap. CCLXXXI. scribit: *als Grauen zu Rheinstein, Graue Albrecht, vnd Bernhard, Gebrüder, Herrn zu Heimberg, vnd Graue Ulrich, auf Rheinstein, dem Closter zu Walckenrieth an den Gütern zu Schonden vil Verdruß angethan, derowegen Keyser* LVDWIG *in anno 1325. Graf Friderich, vnd Graf Cunraden zu Weringrode, Gevaettern, auf Ansuchen Abt Cunrads auferlegt vnd befohlen, deß Closters Güter zu schawen, in Schutz zu nehmen, vnd wider maenniglichs gewaltsamen Eingriff zu vertheidigen, dargegen ihnen das Closter jaehrlich hundert löhtiger Marck zu geben auf drey Iahr lang zugesagt.* Quod adtinet ad aduocatos ecclesiarum feudales, ab Imperatore, hoc est a supremo ecclesiae aduocato creatos, Imperator FRIDERICVS Episcopo Herbipolensi RVDOLPHO, eiusque successoribus, aduocatiam Chomburgensem dans in feudum, idem institutum suo comprobauit exemplo. Plenius hoc cognoscere licet ex Imperatoris CAROLI V. *Lehnbrief vor Bischof* CONRAD III. *zu Würzburg über die Schutz-Gerechtigkeit des Closters Ebrach vnd alle dauon*

III. mens. April. pag. 792. edit. Antuerpiae 1675. aliique id ipsum obseruarunt. Veri etiam perquam simile est, ad quamdam chartam CAROLI CRASSI, hanc esse effictam, prout condocet vir illustris IOANNES HEVMANNVS in *Commentariis de re Diplomatica Imperatorum ac Regum Germanorum* Cap. II. pag. 146. seq. edit. Norimbergae 1745. Attamen illustrationis caussa, putauimus eam posse indicari.

davon dependirende Nutzungen, an. MDXXXIV. quam chartam euulgauit LVNIGIVS Tom. I. *Corporis Iuris Feudalis Germanici* Num. XXVIII. pag. 429. edit. Francofurti ad Moenum 1727. Pari modo OTTO I. Imperator LAMBERTVM Louaniensem anno DCCCCXLVIII. praefecit aduocatiae Gemblacensi in Brabantia, in cuius diplomate haec habentur: „ dedimus ad-„ uocatiam - - Abbatiae de Gemblioues, LAMBERTO Comiti „ Louaniensi, viro forti et bellicoso, qui vice nostra, contra „ omnium inquietationem, adiutor eorum sit ac defensor. Sic „ autem dedimus ei aduocatiam istam, vt nunquam ipse co-„ mes, vel successores sui in Aduocatia, vel in villis ad eam „ pertinentibus, aliquid accipere, aut per potentiam exigere „ debeant praeter ius et beneficium sibi constitutum; cet. „ quae legas in AVBERTI MIRAEI *Codice donationum piarum d)* Cap. XXXII. pag. 131. impress. Bruxellis 1624. Simile exemplum feudi aduocatiae, ab Imperatore collocati, describit IOANNES STVMPFF *in gemeiner loblichen Eydgenossenschafft Stetten, Landen vnd Volckern Chronicwürdiger Thaten Beschreibung* Lib. VI. Cap. XXI. fol. 441. b. edit. 1586. Constat quoque, Imperatorem Comitibus DE POGEN dedisse feudalem aduocatiam monasterii *Altaich*, in Bauaria siti, quam per diuturnum temporis spatium, nimirum vsque ad tempora FRIDERICI I. tanquam feudum Imperii possederunt; teste HVNDIO Tom. II. *Metropol. Salisb.* pag. 2. seq. edit. Ratisponae 1719. qui etiam inquirit in mutationes, quae postea acciderunt. Neque minus HENRICO LEONI, in omni Saxonia, Imperator, sub lege feudi, dedit aduocatiam ecclesiarum, obseruante CONRADO VRSPER-

d) in quo testamenta, codicilli, litterae fundationum, donationum, immunitatum, priuilegiorum, et alia pia liberalitatis monumenta a Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Ducibus ac Comitibus, in favorem ecclesiarum, praesertim Belgicarum, edita continentur.

GENSI. Cumprimis hic commemorandus est Brabantiae Dux, ab Imperatore aduocatia Belgicae ecclesiae inuestitus, vt luculenter id demonstrauit BVTKENS in *Trophées de Brabant. e)* Addatur Diploma, quo IOANNES Bohemiae et Poloniae Rex, ad requisitionem LVDOVICI Romanorum Regis, consentit in alienationem Aduocatiae monasterii Stayngaden et districtus Vallis Ambergaw a LVDOVICO Rom. Rege monasterio *Etal* tribuendae, confectum anno MCCCXXX. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM in add. ad HVND *Metropol. Salisb.* Tom. II. pag. 206. edit. Ratisponae 1719. Interdum quoque Imperator Abbatia donauit aliquem, sed aduocatiam sibi sub lege feudali reseruauit; id quod elucet ex diplomate, quo FRIDERICVS BARBAROSSA Abbatiam S. Mariae Patauiensi episcopo CONRADO dono dedit cum multis iuribus, pro remedio animae suae et antecessorum suorum, his verbis: „Abbatiam sanctae Mariae in Patauia, cum omni integritate et honore, quo ad nos et imperium spectare cognoscitur, ADVOCATIA excepta videlicet cum omnibus possessionibus intus et exterius, cum ministerialibus, seruis et ancillis, villis, cultis et incultis vineis, syluis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus: „ cetera. Quibus, paucis interiectis, haec subiunguntur: „vt episcopus et eius successores, nobis, et nostris successoribus, singulis annis in epiphania Domini, quadraginta libras Ratisbonensis monetae, Regio fisco de eadem Abbatia persoluant.„ Quod diploma, anno MCLXI. compositum, exhibet LVNIG in *des Teutschen Reichs-Archivs Spicilegii ecclesiastici anderen Theil, von Hoch-Stifftern* Num. XXVII. pag. 775. seq. Huc referenda est eiusdem Imperatoris

e) apud NICOL. HIERON. GVNDLINGIVM *im gründlichen Discours über* HENRICI DE COCCEII *Iuris Publici prudentiam* Cap. XXII. §. I. II. pag. 655. edit. Francofurti et Lipsiae 1735.

ris FRIDERICI I. iterata donatio Abbatiae S. Mariae in Patauia cum omni integritate et honore, et possessionibus, excepta Aduocatia, anno MCLXI. facta; apud HVNDIVM *Metropol. Salisb.* Tom. I. pag. 247. Num. II. edit. Ratisponae 1719. cuius verba sunt: *ab hac autem donatione Abbatiae praedictae*, ADVOCATIAM EXCIPIMVS, CVIVS INVESTITVRAM NOBIS, *nostris successoribus*, *Regibus et Imperatoribus*, *cum omni integritate reseruamus;* cetera. Exstat quoque FRIDERICI I. Diploma, quo ecclesiae Magdeburgensi Abbatiam Nienburgensem, quae vsque ad ipsius tempora Imperatori subiecta fuit, excepta aduocatia, tradit, et in recti concambii vicissitudinem castrum Schonenburgh, cum aliis, anno MCLXVI. accipit; quod typis imprimi curauit IO. CHRIST. BECMANN in *der Historie des Fürstenthums Anhalt* Part. III. Lib. IV. Cap. II. §. XVII. seq. pag. 436. edit. Seruestae 1710. Neque minus in feudum translata reperiuntur bona, excepta Aduocatia, in Diplomate CVNRADI Episcopi Ratisbonensis, anno MCCXXIV. concinnato; quod descriptum dedit CAROLVS LVDOVICVS TOLNERVS in *Codice Diplomatico Palatino* Num. CXCII. pag. 148. edit. 1700. Id ipsum illustrat Diploma HENRICI Comitis Aschariae et Principis de Anhalt, quo villam *Sinsatin* Praeposito et canonicis ecclesiae S. *Marie de Kocewic* donat, nec non *Hospitale* in *Dessowe* situm, reseruato sibi et successoribus iure aduocatiae, anno MCCXXVIII. apud IO. CHRIST. BECMANN in *der Historie des Fürstenthums Anhalt* Part. III. Lib. II. Cap. II. §. XXIX. pag. 314. seq. euulgat. Seruestae 1710. Agmen denique claudat LVDOVICI Com. Pal. Rheni Ducis Bauariae Diploma, quo pronunciat, possessiones, a Dominis de HORBACH collatas ecclesiae Osterhouiensi, esse sine aduocatia; nisi vnicus filius CHVNRADI DE HORBACH,

 velit

velit ipsas defendere, habito respectu aeternae retributionis, et sine omni honore et onere iure Aduocationis; anno MCCXXIX. conscriptum; apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. III. pag. 16. edit. 1719. Verum haud percensebo plures Imperatorum aliorumque Principum donationes huius generis; quum ingens earum multitudo occurrat; *f*) tametsi nonnullarum ecclesiarum exemtiones reperiamus. Non vero solum aduocatos cum feudis, sed etiam aduocatos sine feudis, haud paucos constitutos esse ab Imperatore, pluribus hoc ostendunt diplomata. Praecipua ex iis nosse, operae pretium fuerit haec: OTTONIS I. Imperatoris Diploma, quo LAMBERTVM Comitem Louaniensem renunciat Aduocatum Gamblacensis Abbatiae in Brabantia, anno DCCCCXLVIII. apud AVBERTVM MIRAEVM Operum *Diplomaticorum et Historicorum* Tom. I. pag. 41. Cap. XXXII. edit. Bruxellis 1723. Diploma GODEFRIDI III. Brabantiae Ducis, quo agnoscit, se a CONRADO III. Imp. constitutum Aduocatum Abbatiae Tungerloensis, an. MCL. in *Hist. Episcop. Syluaeduc.* pag. 196. Diploma CONRADI II. Regis Romanorum, de Aduocatia coenobii in *Gratia Dei;* apud IO. PETRVM A LVDEWIG *Reliqu. Manusc.* Tom. XI. Lib. III. Num. XXXI. p. 542. seq. CONRADI III. Imp. Diploma, quo GODEFRIDVM III. Ducem Brabantiae constituit Aduocatum Abbatiae Tungerloensis, Ord.

f) Pontificem Romanum quoque, ad exemplum Imperatoris, Aduocatos ecclesiarum constituisse, vel creatos firmasse, adparet ex diplomatibus haud paucis. Vid. Diploma Papae INNOCENTII VIII. ob Aduocatiam ecclesiarum et piorum aedificiorum in territorio Norimbergensi sitorum, datum magistro ciuium, proconsulibus et consulibus imperialis ciuitatis Norimberg. anno MCCCCLXXXVIII. apud IOANNEM CHRISTIANVM LVNIG *des Teutschen Reichs-Archivs* Partis Specialis *vierter und lezter Continuation Zweiter Theil* Num. LXXIII. pag. 156. seq. edit. Lipsiae 1714. De aliis deinceps.

Ord. Praemonſtr. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Hiſtoricorum* Tom. I. p. 536. Cap. XLIX. edit. Bruxellis 1723. Diploma FRIDERICI I. Imperatoris, quo aduocatiam Abbatiae Parcenſis, Ordinis Praemonſtratenſis, commendat Comiti Louanienſi atque Brabantiae, variaque addit priuilegia anno MCLIV. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Hiſtoricorum* Tom. II. p. 970. Cap. LVII. edit. Bruxellis 1723. Diploma HENRICI VI. Imperatoris, quo Aduocatiam a Comite Waldecenſi renunciatam eccleſiae Paderborn. adiudicat anno MCXCIII. apud NICOLAVM SCHATEN *Annalium Paderbornenſium* Parte I. Lib. IX. pag. 896. typis exſcript. Neuhuſii 1693. Diploma HENRICI VI. Imperatoris, quo Mareſchalco HENRICO DE KALLENTIN dat aduocatias nomine recti feudi, an. MCXCVII. ap. MARTINVM CRVSIVM *Annal. Sueuicorum* Part. II. Lib. XII. p. 525. ſeq. excuſ. Francof. 1595. HENRICI VII. Rom. Regis Diploma, quo aduocatiam Sallandiae, OTTONI Epiſcopo Traiectenſi, et eccleſiae ſuae, ſuisque ſucceſſoribus adſignat an. MCCXXV. apud WILHELMVM HEDA in *hiſtoria Epiſcoporum Vltraiectenſium* p. 197. edit. Vltraiecti 1642. notis illuſtrata ab ARNOLDO BVCHELIO. Diploma HENRICI VII. Romanorum Regis, quo Goslarienſi Capitulo poteſtatem dat redimendi Aduocatiam in Egla, et duas alias, quibus Comes Aſchariae ſibi et Imperio erat infoedatus; cet. an. MCCXXXIII. apud IO. GEORGIVM LEVCKFELD in *Antiquitatibus Poeldenſibus* Append. IV. Num. XVI. p. 288. edit. 1707. Guelpherbyti. Diploma WILHELMI Romanorum Regis, Goslarienſi eccleſiae datum, in quo haec conſignata ſunt litteris: „ vt liceat eis Aduocatias ipſas, quibus aliqui principum, comitum, vel nobilium ſeu miniſterialium, a nobis et „ Imperio infeudari noſcuntur, libere redimere; cet. „ apud

IOAN-

IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELD *Antiquitatum Poeldensium* Append. IV. Num. XXII. pag. 292. excuſ. Guelpherbyti 1707. WILHELMI Romanorum Regis Diploma, quo ALBERTO IVNIORI DVCI DE BRVNSVIC confert Aduocatiam Poeldenſis monaſterii, anno MCCLII. apud IONNEM GEORGIVM LEVCKFELD *Antiquit. Poelden.* Cap. XIII. pag. 53. edit. 1707. Diploma RVDOLPHI I. Romanorum Regis, GVNDACCARO II. Domino DE STAHRENBERG, Gundaccari I. filio et Gundaccari dynaſtae de Styria nepoti, ius Aduocatiae in monaſterio Lambacenſi ſuperioris Auſtriae, confirmans anno MCCLXXVI. Vid. IOANNES PETRVS A LVDEWIG *Reliqu. Manuſcr.* Tom. IV. Lib. V. Num. IX. pag. 234. ſeq. impreſſ. 1722. Diploma RVDOLPHI I. Romanorum Regis de monaſterii Schwartzacenſis Aduocato ſuperiori, eiusque ſubaduocatis, anno MCCLXXXIII. publicatum; apud perill. VAL. FERD. DE GVDENVS Sylloge I. *variorum Diplomaticorum* Num. X. pag. 469. ſeq. edit. Francofurti ad Moenum 1728. Litterae HENRICI VII. Imperatoris de oppido Tremonienſi et aliis quibusdam Imperii bonis ac iuribus, ab HENRICO Archiepiſcopo redimendis, ac pignoris loco tenendis, conſcriptae anno MCCCX. apud GEORGIVM CHRISTIANVM IOHANNIS *Tabularum litterarumque veterum* Spicilegio I. Num. LX. pag. 28. ſequ. impreſſ. 1724. Diploma HENRICI VII. Imperatoris de Aduocatione Eſſendienſis eccleſiae Archiepiſcopo Colonienſi HENRICO eiusque ſucceſſoribus commiſſa anno MCCCX. apud GEORGIVM CHRISTIANVM IOHANNIS *Tabularum litterarumque veterum* Spicilegio. I. Num. XI. pag. 31. edit. 1724. RVPERTI Regis Diploma, quo LVDOVICVM Rheni Palatinum filium ſuum in aduocatum monaſterii Weilſpruck conſtituit; in quo Diplomate, Germanice con-

conſcripto, perhibentur haec: *vnd geben in Krafft dieſes Brieffs, dem Hochgebohrnen vnſern lieben Sonen Hertzog LVDWIGEN oder were dan nach vnſerm Dote eyn Pfaltzgrave an dem Rin iſt vnd die Pfaltzgrafſſchafft beſitzet vnd inne hat*, cet. exarato anno MCCCCII. apud CAROLVM LVDOVICVM TOLNERVM in *Codice Diplomatico Palatino* Num. CCIV. pag. 152. edit. Francofurti ad Moenum 1700. *Des Roemiſchen Koenigs* FRIDERICI III. *Ausſpruch zwiſchen Biſchoff* SIGMVND *zu Würtzburg vnd denen Thum-Herren des Capitels alda, wodurch* GOTTFRIED *Schencke* VON LIMBVRG *zum Pfleger aller Stiffts-Sachen verordnet wird*, cet. anno MCCCCXLII. apud IOANNEM IOACHIMVM MVLLERVM *im Reichs-Tags Theatro, wie ſolches vnter Kayſer* FRIDERICH V. *gehalten, Vorſtell. I.* Cap. XIV. pag. 195. ſeq. edit. Ienae. 1713. cet. Ad exemtiones quod adtinet, huc ſpectat priuilegium coenobio Epternacenſi datum a PIPINO, haec definiens: *Ita volumus Abbatem noſtrum Epternacenſem exemtum, vt nullius ſubſiſtat mundiburdio, niſi ſolius Dei.* Quae verba leguntur in GASPARIS BRVSCHII *Chronologia monaſteriorum Germaniae* praecipuorum ac maxime illuſtrium pag. 511. edit. Sulzbaci 1682. qui BRVSCHIVS etiam auctor eſt, priuilegium illud ab omnibus ſequentibus Regibus et Imperatoribus eſſe firmatum corroboratumque. Ad hanc claſſem item referimus FRIDERICI I. Imperatoris priuilegium, anno MCLVI. promulgatum, quo monaſterium Maulbrunnenſe in Imperii ſuſcipit protectionem, ſtatuitque, vt nullum aduocatum praeter Imperatorem habeat; quod euulgatum eſt in *documentis rediuiuis monaſteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtenbergico ſitorum* pag. 794. excuſ. Tubingae 1636. Addatur FRIDERICI I. Imperatoris Diploma, in quo certa bona cum eccleſia Caldenbrunnenſi permutat, ſimul-

que eidem libertatem de Aduocatia ibi redimenda concedit anno MCLXXIX. his verbis adiectis: *quia ad Imperialem dispositionem ius et potestas Aduocatiarum spectare dinoscitur;* cet. apud IO. PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Lib. II. Num. IV. p. 151. impress. Halae Salicae 1733. Sicut vero olim solus Imperator feuda aduocatiae constituit, iisque ornauit varios homines; item eandem facultatem postea consecuti sunt Status Imperii permulti, adeo, vt hodienum Statibus ius illud tanquam regale saepe competat, et ab his conferatur in alios. Quemadmodum etiam nostra aetate regulariter ius in centenas et aduocatias est immediate penes dominos territoriorum; quum tamen antiquis temporibus a solo Imperatore penderent. *g*) Hoc illu-

g) Conferri heic meretur Imperatoris FRIDERICI II *Constitutio de iuribus Statuum* anno MCCXXXII. euulgata, hanc Statuum Imperii potestatem stabiliens atque firmans, quae edita est cura IOANNIS MICHAELIS HEINECCII in *Syntagm. Historico* de *veteribus Germanorum aliarumque nationum sigillis eorumque vsu et praestantia* pag. 219. seq. edit. Francof. et Lipsiae 1719. Obseruamus quoque, sensim sensimque illam inualuisse, et alios proceres Imperii citius, alios serius obtinuisse ius illud; quemadmodum ad ipsam superioritatem territorialem non vno eodemque tempore omnes proceres Imperii adspirarunt. Qua de re scite admodum et ingenue HENNIGES in libro inscripto: *Mantissae tres ad Specimen quartum meditationum in Instrumentum pacis Caesareo-Suecicum* edit. 1708. Mantiss. I. seu Tractat de *superioritate territoriali* pag 42. §. 38. fatetur haec: „id praecise enumerare „non ausim, cum superioritas territorialis sit aggregatum quid ex multis actibus iurisdictionis et imperii, „quo tempore, quaue occasione „vnumquodque peculiare ius aut datum sit Statibus, aut vsurpatum „praescriptumue. Pleraque enim „initio sine scripta lege, sine Imperatorum voluntate per turbas et inter motus ciuiles vsu quodam, „propria autoritate inchoato, et mox „in imitationem tracto, sensim coeperunt, quorum initium, quod natura sua latet, nominare certo non „possumus, coniecturari anceps est „et

illustrat Diploma, anno MCCLVI. compositum, in quo RVDOLFVS Comes DE HABISBVRC et patrueles sui GOTFRIDVS et EBIRHARDVS his vtuntur verbis: „Nos aduocatiam „ ecclesiae de Tellewile, et dotis eiusdem, cuius proprietas ad „ nos pertinuit, qua videlicet aduocatia BERCHTOLDVS vir „ nobilis DE SNABELBVRC et fratres sui a nobis infeodati „ erant (cum iidem ius feodale, quod a nobis susceperant, et „ possederant, in manus nostras resignassent) ad preces ipso„ rum dictam Aduocatiam religiosis viris Abbati et Conuen„ tui de Wettingen, Cisterciensis Ordinis, contulimus iure „ proprietatis in perpetuum possidendam „ cet. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Genealogiae Diplomat. Aug. Gentis Habsburg*, Volum. II. Num. CCCCI. p. 327. seq. edit. Viennae Austriae 1737. Pari modo H. Comes DE KIBVRC senior, ius Aduocatiae in *Oegerswiler*, elargitus est conuentui in *Velbach*. Vid. Diploma hanc in rem apud MARQVARDVM HERRGOTT c. l. Tom. II. Num. CCCCII. p. 328. et Diploma quo EBERHARDVS Comes de Habesburg Aduocatiam apud *Kullewangen* et in *Spreitenbach*, quam VLRICVS miles antea in feodum ab ipso habuit, in manus Abbatis et Conuentus de *Wettingen* resignat, et eis omne ius proprietatis donat an. MCCLXXIX. apud MARQVARDVM HERRGOTT c. l. Volum. III. seu Tomi II. Parte altera Num. DLXXXVI. p. 486. edit. 1737. Viennae Austriae. Sua sponte inde fluit, in Germaniae Aduocatiae feuda immediata proxime accipere vasallos ab Imperatore et Imperio; mediata autem aduocatiae feuda vel a Statibus Impe-

 rii

„et errori saepissime obnoxium, vt „adeo omnino silere praestet, quam „vana diuinatione deridendum se „praebere. Non inuidebimus hanc „aliis gloriam, qui magis propitio „Delio natatore vtuntur, aut qui in „historiae patriae actorumue recon„ditorum recessus et sacraria diligentius se penetrarunt. „

rii R. G. vel ab aliis perſonis immediatis, qui Status non ſunt, vel a mediatis Dominis Landſaſſiis conferri ſubinde. Hinc Principes donant et concedunt aduocatias, ad exemplum Imperatoris, feudales. Documento eſſe poteſt epiſtola, qua RODVLPHVS Abbas et chronographus Trudonenſis, WALERAMO Duci Limburgenſi, et Aduocato monaſterii Trudonenſis, explicat originem ac ſtatum eiusdem ſui monaſterii, circa an. MCXXX. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Hiſtoricorum* Tom. I. pag. 62. edit. ſecund. Cap. LII. nec non donatio OTTOCARI vltimi Styrorum Ducis, quippe qui in Ducem Auſtriae LEOPOLDVM Styriae prouinciam et aduocatias monaſteriorum congeſſit. *b*) Quin etiam eccleſiis et monaſteriis praeberi feuda aduocatiae, nemo non videt. Huc verba faciunt IO. GEORGII LEVCKFELD in *Antiquitatibus Walckenredenſibus* Part. II. Cap. II. pag. 13. excuſ. Lipſiae et Nordhuſae 1705. *Fernerhin wurde auch die Aduocatur von dem Herrn, dem ſie rechtmaeſſig zuſtand, dem Cloſter vnd Stiffte ſelbſt als eine beſondere Ehre vnd Guttbat geſchencket, da dann hernach das Conuent Macht hatte mit ſolcher einen andern zu belehnen.* Commendatas autem eſſe aduocatias Comitibus aliisque hominibus, id in conſpectum lectoris ponit Diploma FRIDERICI I. Imperatoris, quo aduocatiam Abbatiae Parcenſis commendat Comiti Louanienſi atque Brabantiae, variaque addit priuilegia anno MCLIV. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Hiſtoricorum* Tom. II. Cap. LVII. p. 970. edit. 1723. Hoc ipſum vero obſeruamus tum in Aduocatiis feudalibus, tum allodialibus. Hic ſibi locum poſtulant: HENRICI Miſnenſis et orientalis Marchionis donatio tertiae partis Aduocatiae,

b) Quae huius loci ſunt, ea tradit KOLB in Confutat. ſigni IV. Solmenſ. Artic. III. §. II. pag. 39. edit. Francofurti 1687.

tiae, monasterio *Dobirluc* facta anno MCCXXXIV. apud IOPETRVM A LVDEWIG *Reliqu. Manuscr. omnis aeui Diplomatum* Tom. I. Num. XXIX. p. 48. edit. Francofurti et Lipsiae 1720. Priuilegium HERMANNI Abbatis Corueiensis super Aduocatiam *Cröningen*, an. MCCLIII. confectum, quo aduocatiam in Cröningen a Comite DE BLANCKENBVRG resignatam adhuc *inpheodatam* Episcopo Halberstadensi resignat; apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliqu. Manuscript.* Tom. VII. Lib. III. Num. XLIII. pag. 496. edit. Francofurti et Lipsiae 1726. CVNEMVNDI DE LICHTENFELS Diploma donationis, quo Abbatiae S. Michaelis, Aduocatiam Leiterpachianam. eique annexa largitus est anno MCCLXVIII. in quo diplomate traduntur haec: „ ius aduocatiae posui et contradidi iure feudi „ in manus Burgensium subscriptorum, scilicet BRVNWARDI, „ fratris sui, GVNTHERI, ANSELMI, FRIDERICI quondam the„ lonarii, supradicto monasterio ab ipsis ac suis heredibus „ libere conseruandum; „ cet. in Volumine I. *Scriptorum rerum Episcopatus Bambergensis*, cura IOANNIS PETRI A LVDEWIG edit. Francofurti et Lipsiae 1718. pag. 1144. Num. XXII. BERTHOLDI Episcopi Bambergensis confirmatio donationum omnium Aduocatiarum, (quae feudales antea fuerant) et bonorum coenobio S. Michaelis factarum, in quo simul Episcopi ECKWERDI de anno MCCXXI. et Episcopi POPPONIS de anno MCCXXXIX. ratione huius datae confirmationes ratae habentur; anno MCCLXXI. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG Vol. I. *Scriptorum rerum Episcopatus Bambergensis* Num. XXIV. pag. 1146. seq. edit. 1718. Charta inscripta: Comitum et fratrum VLRICI et EBERHARDI Würtenbergensium Diploma Aduocatiam in Brunnen monasterio montis S. Mariae apud Trochtelfingen, anno

 MCCLXXI.

MCCLXXI. apud LVNIG in *des Teutschen Reichs-Archivs* Spicil. Ecclesiastici *dritten Theil von gefürstet vnd vngefürsteten Reichs-Praelaten vnd Aebtissinnen* Num. IV. p. 865. seq. CVNRADI Archiepiscopi Magdeburgici Diploma, quo Aduocatiam in coenobium B. M. feudi iure delatam DENSTEDIIS Pincernis, ab his pretio soluto refutatam, donat coenobio B. M. anno MCCLXXIV. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliqu. Manuscr.* Tom. II. Dipl. CLXXIII. p. 465. edit. Francof. et Lipsf. 1720. FRIDERICI II. Romanorum Imperatoris Diploma, quo anno MCCXXX. vacantem aduocatiam possessionum Capituli Salisburgensis in Hatte, Pettingen, Saldorff, Kimckev et Syndergut vacantem, donat Archiepiscopo eiusque successoribus, ne in manus alienas transferatur, nec ab aduocatis inferatur amplius molestia; apud LVNIGIVM Continuatione III. *Spicilegii Ecclesiastici* Num. XXXIX. pag. 768. Litterae RVPERTI nobilis DE DVRNE, in quibus monasterio Amorbacensi resignat et donat ius aduocatiae super curia in Hettinckheim, quam BERNWARDVS DE BVCHEIM eidem monasterio vendidit, anno MCCXC. apud GROPP. *Hist. Amorbac.* pag. 200. IOANNIS, ALBERTI et ERICI Ducum Saxoniae, confirmatio donationis Aduocatiae in Pozsecs et molendini, monasterio in *Gratia Dei* factae anno MCCXCV. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscr.* Tom. XI. Lib. III. Num. XLVIII. pag. 581. seq. edit. 1737. HENRICI et RVDOLPHI Marchionum de HOCHBERG confirmatio donationis Advocatiae et banni feudalis de Heiterseum, vulgo Heitersheim, cum omnibus eorum pertinentiis, a patre ipsorum HENRICO fratribus Ordinis S. Iohannis Hierosolymitani factae anno MCCCXIX. apud LVNIGIVM *Codicis Italiae Diplomatici* Tom. IV. Num. XVIII. pag. 1475.

1475. seq. excuf. Francofurti et Lipfiae 1735. LAMPERTI Epifcopi Bambergenfis Diploma, vi cuius Aduocatiam et Burghutam Ebensfeldenfem coenobio S. Michaelis perpetuo iure conceffit et confecrauit, fibi vero fuoque Archiepifcopatui plenam iurisdictionem et ius collectandi referuauit anno MCCCLXXIX. in Volum. I. *Scriptorum rerum Epifcopatus Bambergenfis*, edit. cura I. P. LVDEWIGII 1718. pag. 1154. Charta LEVPOLDI Ducis Auftriae, pro Abbatia Murenfi, qua eidem Aduocatiam ecclefiae in Surfee tradit et confirmat anno MCCCC. apud MARQARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. III. Num. CMXI. p. 789. feq. edit. Viennae Auftriae 1737. Secularium quoque hominum, et rerum aduocatiam donatam delatamque ab Imperatore Statibus quibusdam effe, nemo eft, qui nefciat. Prodeant exempla in medium: Vt Archiepifcopo Moguntino protectio poftarum conceffa fuit; fic Elector Saxoniae, tanquam Archimarefchallus Imperii, tutari et defenfione tegere buccinatores *(die Trompeter)* debet; quod officium pertractat confirmatio Imperatoris FERDINANDI II. anno MDCXXIII. data, quam fiftit IOANNES LIMNAEVS Tom. V. *Iuris Publici Imperii Romano-Germanici* in additionibus ad Lib. III. Cap. X. Num. XXVII. p. 210. feq. edit. Argentorati 1670. Hoc folum addendum, ex illis omnibus prono alueo fluere, permagnam a prifcis Imperatoribus poteftatem arrogatam effe, pro fumma libertate feuda aduocatiae difpertiendi; hanc vero hodienum, ratione feudorum Imperii omnium, ac proin in aduocatiis feudalibus, limitibus arctioribus effe circumfcriptam. Si enim immediata Imperii aduocatia fit noftra aetate aperta, eft ea patrimonio adiicienda Imperii, per Art. XI. §. 10. et 11. CAPITVLATIONIS AVGVSTISSIMI IMPERATORIS FRANCISCI I. vel confenfu

Statu-

Statuum conferenda. Sed quis ſperat, fore, vt multis vtilitatibus hodienum adcommodata ſit haec capitulationis prouiſio, quum tam ſucceſſoria pacta, quam expectatiuae complures praeoccupauerint feuda, ſi occurrunt in poſterum vacantia. Attamen ſi feuda minora reſpicimus, manifeſtum ſit ex legibus Germanorum, Imperatorem ratione eorum, ad arbitrium ſuum agere poſſe, atque ita etiam in feudis aduocatiae, niſi conſuetudo, pacta, priuilegia, aliaque ſubſint impedimenta, vtcunque fert animus. Verum de legibus reliquis, quibus auguſtiſſimus Imperator obſtringitur, feuda aduocatiae maiora rite adminiſtraturus, communicaturusque, hoc loco nihil attinet omnino loqui.

§. IX.

TERRITORIALE IVS COMPARATVR AD CONSTITVTIONEM FEVDI ADVOCATIAE, ET DE ADVOCATIA LEGALI AGITVR.

Ex iure territorii ſummo exſiſtere aduocatias multas, tam certum eſt, quam quod certiſſimum; quoniam a principibus, vel regionum dominis, ne officio deſint, defendendi ſunt ſubiecti, et dynaſtia territorii iure competens, aduocatia inprimis nuncupatur, vt ſupra hoc lectori planum factum eſt: ſpeciatim autem aduocatia, ſeu centena, coniuncta cum territoriali ſuperioritate, nomine aduocatiae ſublimis venit; vti *aduocatiae* vox, ſumta pro ſola iurisdictione, ſimplex vulgo adpellitatur aduocatia. Saepenumero nimirum territoriale ius et aduocatiam coniungi, iisque vnum eundemque hominem aliquando ornatum eſſe, omnes vno ore fatentur; *i*) quum habeat

i) Hoc argumentum pertractauit HIERONYMVS SCHVRPFF *Conſiliorum ſeu Reſponſorum iuris* Centuria III. Conſil. XXIII. pag. 326. Num. III. edit. Francofurti ad Moenum 1584.

habeat paſſim titulus ſubiectionis voluntariae et pactitiae locum, prout obſeruauit TEXTOR de *iurisdict. territor.* §.CLXXI. Praeterea haud raro protectionem ſpecialem et conuentionalem idem princeps ſuſcipit, ratione ſubiecti cuiusdam, ſiue vniuerſitatis; quum tamen, vt dominus territorialis, non poſſit non a malis tegere et protectione generali eum eamue defendere: quemadmodum Imperator omnes Imperii ſubiectos tueri tenetur, praeſtatque protectionem legalem, ſed tamen interdum aliquem, veluti Statum Imperii, fulcit protectione ſua ſpeciali, vel mediatum Imperii ſubiectum hoc beneficio afficit, ſaluo iure territorialis domini. (§.IV.) Fidem hic facit IO. IOACHIMVS MÜLLER in *des Heil. Röm. Reichs Teutſcher Nation Reichs-Tags-Theatro, wie ſelbiges vnter Keyſer* FRIEDRICHS V. *allerhöchſten Regierung von anno MCCCCXL. bis MCCCCXCIII. geſtanden, in der I. Vorſtell.* Cap. XXIII. p. 309. publicat. Ienae 1713. Hinc vocantur eiusmodi aduocati, ADVOCATI LEGALES, NATI et ORDINARII. Velut in Diplomate OTTONIS I. quod exhibet MADERVS in *antiq. Brunſu.* ſupra citat. haec litteris conſignata ſunt: *Noſtrae . . . cognationis, qui potentiſſimus ſit Aduocatus habeatur et loci praedicti;* cet. PETRVS PITHOEVS etiam in libro primo *des memoires des Comtes hereditaires de Champagne* p. 473. Operum ipſius ſacrorum, iuridicorum, hiſtoricorum, miſcellaneorum, excuſ. Pariſiis 1609. diploma adfert anni MCLXXXVII. quod verba haec complectitur: EGO BERCHTOLDVS DE ZERINGEN *Dux et Rector Burgundiae, Dei et Imperiali gratia Thuregici loci* LEGITIMVS ADVOCATVS, QVI KASTVOGT DICITVR, cet. Quamuis pronunciare nequeam, territorii dominum ſemper aduocatiae iure praeditum eſſe; etenim variae conuentiones, ac praeſertim infeudationes, multis aliis tribuunt defenſionis extra-

 ordi

ordinariae fufcipiendae officium, eam inprimis ob cauffam, fi dominus territorialis fibi ipfe prodeffe nequit, vel ad defenfionem aliorum parum potens eft. Obferuamus etiam, Principem noftrum in alieno territorio effe capacem aduocatiae, fi vocabulum hocce denotat iurisdictionem; quamuis ipfi non competat fuperioritas territorialis in extera ifta regione; quemadmodum is, qui in alterius territorio habet iurisdictionem criminalem, *die hohe Fraiß vnd Cent*, non poteft fibi arrogare iurisdictionem ciuilem, *die Voigtey vnd Erbgerichte*, nec vice verfa. *k*) Attamen aduocatia maior plerumque eft penes dominum territorii. Igitur hodienum quoque ex territorii iure colligimus aduocatiam; vel faltem praefumtio militat pro domino territoriali, *l*) praefertim in territoriis Germaniae mediatis, donec probetur exemtio. *m*) Licet territorii dominus, tunc potius vt dominus territorii, quam vt aduocatus, iura aduo-

k) Ita namque cenfent MEICHSNER *Decif. Cameral.* Tom. II. Lib. II. Decif. IV. Num. XXI. et qui probatum dedit, per modum feruitutum id faepe effici in Germania, CHRISTOPH. IOAN. CONRADVS ENGELBRECHT de *feruitutibus iuris publici* p. 235. et paffim, edit. Lipfiae 1739. et v. c. IOANNES IACOBVS IOSEPHVS SVNDERMAHLER de *infigni fuperioritatis territorialis et iuris Vogtetici differentia*, edit. Herbip. 1741.

l) Adfcribere liceat verba CASPARIS KLOCKII *Confiliorum* Tom. I. Conf. X. N. 250. pag. 185. edit. recuf. Norimbergae 1673. *deſs Schutz vnd Schirms halben, welcher incidenter von Rotenburg in Sachen* primi mandati *der Pfaendung* in nono exceptionali vel potius caufali *angezogen, auch von diesem damit gemeint worden, daß in der alten Sachen 15. defenſionali articulirt, wie die Befriedung vnd Verwahrung der Landwehr auch des Ordens Hinterſaſſen zu gutem gereiche, nunmehr zu greiffen, wird derſelbe zuvorderſt* EX IVRE TERRITORII *vnd der Landwehr dargethan*; cet.

m) Plura non addo, quum reliqua, quae adhuc dici potuiffent, abunde fuppeditent WERNHERVS *Select. Obferu. forenf.* Vol. III. Obferu. III. Num. XXXVII. feq. et IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS in VITRIARII *Inftitutionum iuris Publici* nouis notis illuftratarum Tom IV. Lib. III. Tit. XIX §. IV. not. d. pag. 5. feq. edit. Gothae 1731. aliique.

aduocatiae exerceat. Vid. *Sammt-Schrifft derer Chur-vnd Fürsten zu Sachsen an Keyser* CAROLVM V. *wegen ihrer Landes-Fürstlichen Obrigkeit, Herrlichkeit vnd Gerechtigkeit über die Bischöffe vnd Bischöfftbümer Meissen vnd Merseburg übergeben auf dem Reichstage zu Regenspurg*, den XVII. Iulii anno MDXLI. apud IO. CHRISTIANVM LVNIG in *der Grundfeste Europaeischer Potenzen Gerechtsame* Part. I. p. 311. seq. edit. 1716. Legalis quidem haec aduocatia, quia vel pendet immediate ab Imperatore, vel mediate a Ducum, Principum, Comitum, cet. auctoritate, (§. VIII.) atque ita vel superior, vel inferior est; *n*) vel inde adparet, aduocatiae feuda, ratione Imperii Romano-Germanici, commode dispesci in feuda aduocatiae immediata, et mediata; quippe quae mediata iterum dantur ab iis, qui immediate illa ab Imperio acceperunt. *o*) Praeterea conuenit inter omnes, superioritatem territorialem persaepe compellari protectionem vel defensionem; *p*) quod verbum praesertim mite, lene atque iucundum, oblectauit aures multorum subiectorum, qui vocabulum *domini* ferre non poterant, indeque augurabantur lene et clemens imperium. Quapropter aduocatiae vox adeo fuit interdum adhibita, quum regiones

 hostili

n) Eidem sententiae subscribit VLRICVS OBRECHT in *Alsaticarum rerum prodromo* Cap. XIII. pag. 315. edit. Argentorati 1681.

o) In *Concilii Trident.* Sess. XXII. Cap. VIII. *de Reformat.* distinctio illa modo aliquo videtur obseruata, quum ibi a visitatione Episcoporum eximantur *pia loca, quae sub Regum immediata tuitione sunt, sine eorum licentia.*

p) Cumprimis hic commemorandus est THOMAS MICHAELIS, qui *Conclusiones Iuridicas de* S. S. Caesareae maiestatis, Camerae, Statuum Imperii et aliorum magistratuum *iurisdictione* composuit, Th. XLIV. lit. d. excus. 1601. quas insertas reperimus Volum. I. Disputationum iuridicarum selectiorum in Basil. acad. publice propositarum Num. II. edit. Basileae 1618. Add. ibidem excitatus IAC. MANDEL. Conf. LXII. N. II. et N. XL. Conf. LXIV. N. XCIX.

hostili manu occupatae se dedere cogerentur victori, et victi tanquam clientes se submitterent victori, veluti patrono. Sicuti vero is, qui superioritate territoriali praeditus est, saepe nuncupatur aduocatus supremus aduocatiarum territorii sui omnium, atque hinc BRVNSVICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM Dux ERNESTVS iure vsus est his verbis: *In his autem omnibus iure missis caussis, quaecunque caussa terminata et composita erit coram aduocato, qui sedet iudicium in banco, determinata esse debet coram* SVMMO ADVOCATO ET DOMINO; cet. *q*) ita subalterna est aduocatia, si domino inferiori subiecta est in respectu ad territorium, in quo res defendenda sita est; tunc enim princeps summus possidere solet supremam aduocatiam, inferior dominus autem inferiorem; superior etiam aduocatus plerumque compos est potestatis creandi inferiorem, vt percipimus ex RVDOLFI Romanorum Regis sententia, monasterii Schwartzacensis caussa, anno MCCLXXXIII. lata; apud perillustrem VAL. FERD. DE GVDENVS *Sylloge I. variorum Diplomatariorum* monumentorumque veterum ineditorum adhuc Num. X. pag. 469. seq. excus. Francofurti ad Moenum 1728. Meminit quoque huius discriminis Charta BALDVINI Insulensis Flandriae Comitis, anno MXXXVIII. data Martianensi Abbatiae, quam IOANNES BVZELINVS euulgauit in libro, qui inscribitur *Gallo-Flandria sacra et profana* Lib. III. Cap. XX. p. 527. seq. edit. Duaci 1625. et PHILIPPVS ELSATIVS apud eundem BVZELINVM pag. 528. in Diplomate vtitur

q) Legenda haec Diplomatis verba apud IO. PAVLVM KRESSIVM *Opusculorum iuridicorum variorum* Cap. III. pag. 69. excus. Helmstadii 1742. add. pag. 65. et apud LVDEWIGIVM Tom. X. *Reliqu. Manuscriptorum* pag. 30. atque obseruandum, vocabulum *domini territorialis*, plura sub se continere iura, quam vocabulum *aduocati*; nec non *domini* titulum saepe absorbere aduocati verbum.

vtitur hisce verbis: *Quae omnes cum appendiciis suis sub mea protectione, et Aduocatione sint, qui eiusdem ecclesiae* SVMMVS SVM ADVOCATVS *et Aduocati earundem possessionum de me suas tenent Aduocationes.* Itemque MARGARETA Balduini Constantinopolitani et Flandriae Comitis filia in litteris anno MCCXLVI. exaratis, *Quae*, inquit, *cum appendiciis suis sub nostra protectione sunt et Aduocatione*, *quae* EIVSDEM ECCLESIAE SVMMA ADVOCATA SVM, *et Aduocati earundem possessionum de nobis suas tenent Aduocationes.* *r*) Haec quum ita sint, ratio reddi posse videtur, cur Dd. magnae auctoritatis pronuncient, dynastiam feudi lege, et iure territorii, *mit aller Landesherrlichen Hoher vnd Ober-Botmaessigkeit*, Principi traditam, saepe nuncupari *Vogtey;* vti vocabula *aduocati* et *domini* tanquam synonyma ponuntur, teste IOANNE MABILLON in *Annalibus Ordinis S. Benedicti* Tom. V. ad annum MLXXXI. p. 174. edit. Luteciae Parisiorum 1713. ita, vt Vogteia et territorium cum omni caussa et regalibus, vnum idemque significent. Non auderem hoc dicere, nisi mihi conscius essem, vera loqui. Sed quis non intelligit, potestatem vocis *Vogtey*, qua indicat superioritatem territorialem, accipi in verbi latiori significatione, et a strictiori abhorrere, facile etiam confusionem iurium producere; *s*) quum Vogteiae non omnia regalia insint, quae in territoriali superioritate reperiuntur. *t*) Superi-

r) apud IOANNEM BVZELINVM c. l. pag. 528.

s) Hisce addi potest HENRICI IOAN. WILLII differt. de *iustis iurisdictionis Vogteiae attributis inprimis in Franconia*, Cap. II. pag. 9 edit. Altorfii 1736. Quid autem sonet vox aduocatiae regulariter, speciatim in terris Brunsuicensibus, §. III. ostendi.

t) Conf. litterae IOANNIS et GODEFRIDI Comitum DE ZIEGENHAIN, quibus recognoscunt, se in fauorem ecclesiae Fuldensis alienasse Aduocatiam, ipsis tam in oppido quam centa Fuldensi competentem, scriptae anno MCCCXLIV. apud IOANNEM

perioritas enim territorialis praecipue indicat summum, post imperatorem, imperium et complexum ei annexorum regalium, seu potestatem immediati post Caesarem regiminis, Statibus in personas et res sui territorii competentem: quae plerumque penes eum esse solet, qui vi et manu militari ferociam subiectorum compescere, illosque continere metu animaduersionis potest, tametsi reliqua iura non habeat omnia. Quapropter GEORGIVS HENRICVS BRÜCKNERVS in Dissert. de *particulari territorio subinfeudato* Cap. I. pag. 7. edit. Halae Magdeburgicae: „Territorium, ait, et ius territoriale saepe „ confunduntur cum iurisdictione territoriali, et quidem ita, „ vt iurisdictio sublimis territorialis plerumque synonymice „ accipiatur pro iure territoriali; ...... cum tamen iurisdi„ ctio territorialis, etiam vi vocis stricte et formaliter faculta„ tem iuris dicendi tam in ciuilibus, quam criminalibus *die* „ *Cent vnd Vogtey Gerechtigkeit*, importet, quae facultas in „ plurimis Germaniae regionibus quandoque Principi extra„ neo, non vero domino territoriali adscripta est. „ Quod etiam pluribus edisserit CAESARINVS FÜRSTENERIVS de *iure supremətus* Cap. X. p. 41. seq. edit. 1677. *u*) Fuisse autem

ANNEM FRIDERICVM SCHANNAT in Codice Probationum *Historiae Fuldensis* Num. CLXVI. pag. 261 seq. excus. Francofurti ad Moenum 1729.

u) Ex iure *Status*, quo multi procerum in Germania praediti sunt, non intelligere possumus, an superioritas territorialis omnis penes aliquem sit, multo minus, quibus ea constituatur partibus. Hinc recte et grauiter pronunciat excellentissimus ICtus IOANNES HEVMANNVS in Dissertatione de *Characteribus superioritatis territorialis caute designandis* §. XII. pag. 14. edit. Altorfii 1749. „ cum multi Status imperii territorio destituantur, non possunt „ non multis cum territorio connexis iuribus carere. „ *Sane hodienum*, inquit perill. LYNCKER in Dissert. de *superioritate territoriali* pag. 59. seq. *in Sueuia praelati atque monasteria*

tem ſub poteſtate dominorum territorialium, qui ſimul aduocati fuerunt in ſuis ditionibus, praeter vtilitates adhaerentes territoriali ſuperioritati, iura plura, hoc eſt perfacile ad intelligendum, legenti diplomata in lucem a nobis §. XX. protrahenda. *x*) Plane igitur cognoſcimus, voculas *ſuperioritatis* et *aduocatiae*, poſitas in vi ſua propria, res diuerſas ſignare; quum territorialis ſuperioritas indicet complexum plurium regalium, et aduocatia conſiſtat plerumque in defenſione, iurisdictione et vtilitatibus quibusdam aliis, veluti in iure albergariae, in mulctatitii aeris parte, et ſimilibus infra exponendis commodis: quamobrem quoque vni regioni olim praeerant Duces, Comites, atque Aduocati; quorum ſinguli peculiaria ſuſtinebant munera. Ex quibus ſatis ſuperque conſtat, eum, qui Aduocatiae tantum renunciat, non remittere territorialem ſuperioritatem, ſed emolumenta vnice, quae ex aduocatia comparantur. Hinc FRIDERICVS ADMORSA GENA Thuringiae Landgrauius, in Diplomate ap. IVSTINVM PETRVCHIVM in *Chronic. Portenſi* Cap. II. Abbatem aeque ac conuentum Portenſem ab Aduocatis et Subaduocatis abſtulit, additis verbis: *ſuae tamen diiudicationi reſeruat*, *ſerio volens*, *vt nullius monitis pareant fratres de Porta*, *niſi a ſua clementia*

rie eximia ſunt, quibus ſtatus imperii conditio, ſed non etiam ſuperioritatis iura competunt &c. Similiter Abbatem S. Galli, Lindauienſe monaſterium, S. Emerani, tum et ſuperius et inferius Ratisbonae non pollere ſuperioritate, qua tantum gaudent vrbes, in quibus ſita ſunt

x) In Germania cumprimis multos dominos territoriales, ſimul eſſe Aduocatos in ſuis monaſteriis atque eccleſiis, vel inde patet, quum multi praeſules aeque ac capitula rebus ſuis adcommodatius eſſe cenſuerint, ſe domino ſubiicere territoriali, quam contentiones facere de ſuo iure. Id quod elucet ex libro, qui inſcribitur: *Gründlicher Beweiß, daß die Praelaten vnd Clöſter des Hertzogthums Würtemberg vor 100. 200. Iahren zum Land vnd Hertzogthum gehören.*

mentia vel vocale vel literale habeant mandatum. cet. *y*) Itaque non obſcurum opinor, neque abſconditum, aduocatiam ſupremam, de qua egimus, differre ab illa *Oberſte Vogtey*, quae in Diplomatibus explicatur per *Hochgericht*, cuiusmodi formulam reperias *im Lehens-Regiſter aller Adelichen vnd Bürgerlichen Reichs-Lehen in Teutſchland* ſub tit. *von* FLECKENSTEIN. *z*) Quemadmodum vero quilibet territorii dominus, ſuos defendere, et *den Land vnd Obrigkeitlichen Schutz* praeſtare tenetur, et hac aduocatia ordinaria fungi, legibus Germanorum publicis conuenienter, ita extraordinaria protectio, legibus ipſis interdum praeſcribitur, vel pactis, vel iudicis decreto; quando nimirum ob feudum aduocatiae, eſt lis deducta in iudicium, et iudex ſententia, quae tranſiit in rem iudicatam, *a*) pronunciat, hunc vel illum feudi aduocatiae participem eſſe. Aſt tamen, vt ſententia iudicis non conſtituit ſeruitutem, verum modo declarat; ſecundum *L. 8. ʃ. 4. D. ſi ſeruitus vindicetur vel ad alium pertinere negetur*, ſic nec conſtituit feudum, ſi vocem *conſtituere* accipimus ſtricte. In hoc enim ſenſu aliud eſt feudum conſtituere, aliud feudum pronunciare per ſententiam, quum hic actus conſtitutionem factam, et rite probatam ſupponat. *b*) Quod reliquum eſt, non negamus, ſtrictiori vocis poteſtate ſeruata, *aduocatiam* complecti tantum defenſionem perſonae, non propriae, verum libe-

y) Diploma hoc excitat HERTIVS in Diſſertat. de *iactitata vulgo Ord. Ciſtercienſis libertate ac exemptione a ſuperioritate et aduocatia regionum in S. R. G. Imperio dominorum* Sect. III. §. XXI. Commentationum Vol. II. P. II. pag. 189. edit. Francofurti ad Moenum 1737.

z) in IOANNIS PETRI A LVDEWIG *vollſtaendigen Erlaeuterung der Güldenen Bulle* Parte II. pag. 1066. impreſſ. Francofurti 1719.

a) *Cap. 13. cap. 15. X. de ſententia et re iudicata.*

b) Ita ſtatuit SVENDENDÖRFFER c. l. Th. III.

liberae; *c*) atque hoc sensu differre a superioritate territoriali aduocatiam; ita, vt inter notionem Domini et Aduocati tantum interuallum interiectum sit, quantum inter ideam clientis et subiecti locum habet.

§. X.
DE FEVDIS ADVOCATIAE OBLATIS.

Appropriatio, seu rei propriae recognitio pro feudali, refertur merito apud Germanos, inter modos constituendi feudum; *d*) quamuis in iure Longobardorum, nec vola nec vestigium oblationis huius existat. Igitur etiam aduocatiae feudum appropriatione ad effectum potest adduci. (§.VI.) Quum enim appropriationes, quae etiam feudorum oblatorum nomen ferunt, defensionis obtinendae caussa plerumque sint institutae, earumque ingens multitudo in Germania reperiatur. *e*) quilibet inde conficiet conclusionem, finem hunc praecipue cadere in feuda aduocatiae; quippe quae non a principibus solum, sed et ab hominibus inferioris sortis, constitui possunt; quam ob rem quoque interdum confirmanda sunt a superiori; sicuti supra fuit animaduersione perspectum. Non obscurum igitur est, res tam allodiales, quam feudales, nonnunquam transferri in feuda aduocatiae. Forsan id ipsum illustrari potest *cap. fin. de rebus ecclesiae non alienandis in 6.* similibusque canonici iuris praeceptis, quae ANTONIVS MATTHAEI in *manuducti-*

c) PETRVS FRIDERVS de *processibus et Mandatis* Cap. XIV. Num. II.

d) Dilucide hoc commonstrant GOTHOFREDI ANTONII *Ius Feudale* Disputat. III. §. III. pag. 85. seq. excus. Halae Magdeburgicae 1699. et IVS SAX. PROVINC. Lib. I. Art. XXXIV.

e) Appellamus testimonia HVLDERICI AB EYBEN *Elect. Iur. Feud.* Cap. X. §. X. Operum eius iunctim Argentorati 1708. edit. pag. 624. et NIC. CHRISTOPHORI LYNCKERI Differt. de *superioritate territoriali* pag. 38. excus. Ienae. 1686. et GEORGII OBRECHT. Tr. *Feud.* Cap. V. L. II.

ductione ad Ius Canonicum Lib. II: Cap. XV. impreff. Lugduni Batauorum 1696. produxit. Plura leguntur veterum fcriptorum teftimonia apud AVBERTVM MIRAEVM in *notitia ecclefiarum Belgii*, maxime Cap. CXXXV. cuius verba funt: „ Aduocatiam ipfius praedii liberam reliquit in manu Leodienfis „ Epifcopi; . . . Nam in pretium redemtionis animae fuae „ ipfum ALLODIVM DEO ET S. LAVRENTIO OBTVLIT, ET IDEO „ LEODIENSEM EPISCOPVM ADVOCATVM ESSE VOLVIT. „ Sed de his deinceps §. XIII. haec tantum addere liceat, monachum Weingartenfem in *Chron.* antea excitat. §. III. aduocatias allodiales in feudum oblatas FRIDERICO Imp., denarrare.

§. XI.
DE EMTIONE VENDITIONE FEVDORVM ADVOCATIAE.

Exponentibus nobis modos feuda aduocatiae conftituendi, occurrunt emtiones venditiones eorum. (§. VI.) Pecunia enim effe aduocatias comparatas permultas, hoc memoriae prodiderunt *Annal. Colmarienf.* ad annum MCCLXXXIII. in quibus haec litteris funt confignata: *Rex* RVDOLFFVS *emit ius feu aduocatiam dominorum de Lichtenberg, quam habebant fuper ciuitatem Argentinenfem;* cetera, et IOANNES STVMPFF in *Chron. der gemeinen löblichen Eydgenoffenfchafft* Lib. VI. Cap. XXXIV. fol. 460. b. edit. Tiguri 1586. fcribit hunc ad modum: *im jar 1495. .... habend Herr Iohanns Walther vnd Dietrich von Hallwyl gebrüder, die Kaftuogtey über das Clofter Kappel, fo fy biß haer ingehebt, mit aller rechtung verkaufft der ftatt Zürich vmb ein fumm geldes;* cet. et IOACHIMVS VADIANVS de *collegiis monafteriisque Germaniae veteribus* Lib. II. p. 74. Tom. III. Alemannicarum rerum ex bibliotheca MELCH. HAIMINSFELDII GOLDASTI edit. Francofurti

furti 1661. plura produxit exempla, quibus iungere liceat aduocatiam in *Wallebeke*, quam pretio adſequutus eſt OTTO IV. Romanorum Imperator et dedit Conuentui Wallebekenſi, in teſtamento, quod exſtat in EDMVNDI MARTENE et VRSINI DVRAND *Theſauro nouo anecdotorum* Tom. III. p. 1377. excuſ. Lutetiae Pariſiorum 1717. nec non aduocatiam in *Tetbforde*, de qua *in Chronologia Abbatum Ilſineburgenſium* haec habentur: „ Huic etiam Abbati (HYGOLDO) vendidit FRIDERICVS Co- „ mes de Wernigerode cum conſenſu Geuerhardi et Conradi „ Comitum de Wernigerode, aduocatiam in Tethforde, reſer- „ uato ibidem iudicio ſanguinis. „ edit. a G. W. LEIBNITIO Tom. III. *Scriptorum Brunſuicenſia illuſtrantium* Num. XXXI. p. 687. impreſſ. Hannouerae 1711. Sed praecipua ex generis huius monumentis noſſe, operae pretium fuerit; legenda igitur ſunt: Diploma, quo Aduocatia feudalis in *Bramſtede* cum ſuis pertinentiis emtionis iure transfertur in eccleſiam Bremenſem a GERBERTO DE STOTLE an. MCCXLVIII. apud LVNIGIVM in Spicilegii Eccleſiaſtici *Fortſetzung des erſten Theils im Anhang zu denen Ertzſtiftern* Num. XCIV. p. 113. ſeq. Diploma WILHELMI Romanorum Regis, quo promittit, ſe monaſterii Maulbrunnenſis Aduocatias nec titulo feudi, nec vlla alia ratione eſſe alienaturum, niſi ad petitionem Abbatis et Conuentus, an. MCCLV. in *Documentis rediuiuis monaſteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtembergico* p. 497. Num. VII. ed. 1720. Diploma, quo domini DE STEN renunciant tertiae parti aduocatiae Vtinenſis, et aliis bonis, pro marcis ſexcentis Lubec. monetae anno MCCLVI. apud LVNIGIVM in *Spic. Eccl. anderen Theil von Hochſtiftern* Num. XXXVII. p. 310. HVGONIS Comitis Palatini de Tiowingen Diploma, quo declaratur, venditum eſſe Aduocatiae ius in Niedertalh, anno MCCLVIII. pro

XXXV. libris Tuwingensibus, apud IO. FRIDERICVM SCHANNAT *Vindem. litterar.* Coll. I. p. 207. edit. 1723. Notitia publica de aduocatia in *Nordichon*, quam WALTHERVS Abbas *Montis Angelorum* a GOTFRIDO Comite de Habsburg eiusque fratribus comparauit VII. libris Turicens. anno MCCLVIII. apud MARQVARDVM HERRGOTT in *Genealogia Diplomatica Augustae Gentis Habsburgicae* Volum II. Num. CCCCXVI. p. 339. impress. Viennae Austriae 1737. Tabulae emtionis Aduocatiae in *Basendingen* et *Rudolfingen*, a coenobio *vallis S. Catharinae* factae, anno MCCLX. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. II. Num. CCCCXL. p. 363. excus. 1737. Tabulae venditionis super Aduocatia in *Vffere-Esce*, a TEITHEMO DE ZVGE monasterio *Montis Angelorum* datae, anno MCCLXII. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Dipl. Habsb.* Tom. II. Num. CCCCLII. p. 374. seq. excus. 1737. Diploma, quo OTTO DE KIRCHBERG vendit ecclesiae in *Capelndorff* Aduocatiam octo mansorum et dimidii in *Husdorff* anno MCCLXXI. apud IO. BVRCHARDVM MENCKENIVM *Scriptorum Rerum Germanicarum praecipue Saxonicarum praecipue Saxonicarum* Tom. I. p. 690. seq. edit. Lipsiae 1728. Notitia BERTHOI. II. Abbatis Fuld. pro acquisitione Aduocatiae in *Teilbach*, an. MCCLXXI. publicata, apud IO. FRIDER. SCHANNAT in *Codice Probationum Historiae Fuldensis* Num. XCIII. p. 205. qui publicae luci est expositus Francofurti ad Moenum 1729. Litterae VLRICI DE DVRNE super venditione oppidi Amorbacensis, cum eiusdem et monasterii Aduocatia, nec non iudicio vulgariter centa, Archiepiscopo Moguntino facta an. MCCLXXII. apud GROPP *Histor. Amorbac.* p. 196. Charta WIPERTI DE SEYNE de reuendenda Eppensteiniis dimidia parte Aduocatiae *Kesselheimensis*, an.

an. MCCLXXV. apud G. C. IOHANNIS *Tabularum Spicileg. I.* Num. XIV. p. 303. edit. 1724. RVDOLPHI Rom. Regis confirmatio iuris Aduocatiae super villa *Rieden* in gratiam ecclesiae Turicensis, et super agris pro claustro *Seldenowe*, an. MCCLXXV. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplomat.* Augustae Gentis Habsburgicae Volum. III. Num. DXLIX. pag. 454. Diploma BARNIMI patris et BOGISLAI filii, Ducum, vrbis et terrae *Colberg*, quo donatio emtionis venditionis titulo facta HERMANNO Episcopo Camminensi an. MCCLXXVI. apud MARTINVM RANGONEM in *Pomerania Diplomatica* p. 166. excus. Francofurti ad Viadrum 1707. Diploma, quo Comes de FRVHENDINGEN feudale ius aduocatitium suum super villas *Mühlenheimb*, *Vnterhagenaw*, *Breitenbuech*, *Titingen*, cet. vendit pro CCC. libris Halensibus an. MCCLXXXII. apud IO. HENRICVM DE FALCKENSTEIN in *Codice Diplomatico Antiquitatum Nordgauiensium*, Num. LXXIII. p. 72. edit. Francofurti et Lipsiae 1733. Litterae EBERHARDI ac WALRAMI Comitum Bipontinorum, quibus ratum habent, quod PHILIPPVS PAFFE partem aduocationis feudalis villae Boys Abbati et coenobio Montis S. Dysibodi vendiderit anno MCCLXXXIII. apud G. G. IOANNIS *Tabularum litterarumque Veterum* Spicil. I. Num. XXXV. pag. 178. impress. 1724. Diploma ALBERTI DE GLEICHEN, quo Erfurtensibus vendit Aduocatiam vrbis, anno MCCLXXXIII. apud IO. BVRCHARDVM MENCKENIVM *Scriptorum rerum Germanicarum praecipue Saxonicarum* Tom. I. pag. 541. edit. Lipsiae 1728. Tabulae venditionis super Aduocatia monasterii *de Vare*, a RVDOLPHO Episcopo Constantiensi datae LVTOLDO DE REGENSBERG an. MCCLXXXIV. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. III. N. DCXXIX. edit. 1737.

p. 521. ſeq. Diploma, quo VOLRICVS DE SCHÖNENWERT Aduocatiam quorundam bonorum atque hominum, per manum RVDOLPHI Epiſcopi Conſtantienſis, coenobio *Wettingenſi*, titulo venditionis tradit anno MCCLXXXVII. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. III. N. DCXLIII. p. 533. ſeq. edit. 1737. Litterae vtriusque RVPERTI DE DVRNE, patris ac filii, ſuper venditione quorundam redituum, monaſterio Amorbacenſi facta, qui eisdem ob ius Aduocatiae in villa *Bodinkeim* ab eodem monaſterio debebantur, anno MCCXCVII. apud GROPP *Hiſt. Amorbac.* p. 202. Charta, qua HENRICVS Megapoleos et Stargardiae Dominus, ciuitati Wismarienſi, ius Aduocatiae in ea ſibi competens, pro MCC. Marcis denariorum Slauicalium vendit anno MCCCVIII. apud perilluſtrem HENR. CHRIST. DE SENCKENBERG *Selectorum Iuris et Hiſtoriarum* Tom. II. Num. V. p. 487. ſeq. edit. Francofurti ad Moenum 1734. *Charte par laquelle l'Abbé Eberhard et le Convent de Weiſſenbourg vendent au Duc* RVPERT *l'Avocatie ou Prevoté d'Hagenbach*, an. MCCCLXI. apud LVDOVICVM LAGVILLE in *Hiſtoire d'Alſace*, *Preuv.* p. 61. *Kaiſers* CAROLI IV. *Lehn-Brief den er dem Churfürſten vnd Pfalzgrafen bey Rhein* RVPRECHTEN, *vber die vom Abt vnd Convent zu Wiſſenburg erkauffte Lehnſchafft der Vogtey Hagenbuch ertheilet*, an. MCCCLXI. apud CAROLVM LVDOV. TOLNERVM in *Codice Diplom. Palatino* Num. CLVII. pag. 111. edit. Francofurti ad Moenum 1700. Huc ſpectat quoque HENRICI ECKSTORMII in *Chron. Walkenredenſi* teſtimonium hocce p. 90. ſeq. „THEODORICVS Comes ab Honſtein cum coniuge „ Hedwige, bona quaedam in Nora attribuit A. C. MCCXXIX. „ Pro Aduocatia, quam Comites Honſteinii ab Imperio in feu„ do habebant, monaſterium ipſis numerauit XXXVI. argenti

„ mar-

„ marcas; cet.„ edit. Helmſtadii 1617. *f*) Excitandae nobis etiam ſunt litterae Sculteti Francofurtenſis, ap. GEORG. CHRISTIANVM IOHANNIS in libro inſcripto: *Tabularum litterarumque veterum* vſque huc nondum editarum *Spicilegium idque primum* Num. XIX. p. 310. euulgat. Francof. ad Moenum 1724. cuius verba ita ſe habent: „Ego HENRICVS SCVLTETVS Fran-„ cofurt; tenore praeſentium publice profiteor et proteſtor, „ quod aduocaciam in *Hedernheim* cum ſuis pertinentiis a nobili „ viro, Domino meo, GOTTFR. DE EPPINSTEIN teneo tytulo „ feodali; hac tamen interpoſita pactione, vt cum ipſe Domi-„ nus meus vel ſui heredes michi vel meis heredibus quin-„ quaginta marcas denariorum Colonienſium dederint, per-„ dicta Aduocacia ad eos libere reuertatur. Si vero ipſam pe-„ cuniam forte totam habere non poterint, et partem michi „ dederint, eis de tritico tantum reddam, ſicut expedit pro „ quantitate pecuniae michi date; ſuper quo do preſentes lit-„ teras, ſigilli mei munimine roboratas. Actum anno Do-„ mini MCCLXXVIII.„ Sed te lector, puto ſaepe habere, qui, num emtiones feudorum aduocatiae valeant, quaerant. Quamuis primis feudorum originibus repugnet omnis a vaſallo contracta alienatio, ſeu actus, quo ius reale, in feudo competens vaſallo, in alium transfertur, arg. *I. Feud. 1. §. 1.* et feudum rectum mercari non debeamus, quandoquidem feuda ex mera gratia exhi-

f) Interdum commoda dominii vtilis transferri in emtores, ſub pacto reemtionis, colligimus ex ſupra prolatis placitis. Nonnunquam quoque aduocatitium ius, ad aliquod temporis ſpatium, fuiſſe ab Aduocato conceſſum aliis, teſtatur Diploma HENRICI Ducis Bauariae, quo declarat, ſe ius Aduocatitium in monaſterium Althahenſe cuidam EK. ad quadriennium pro caſtro in Gebelchouen ceſſiſſe anno MCCLXXXV. apud. BERNARDVM PEZ et PHILIBERTVM HVEBER in *Codice Diplomatico-Hiſtorico-Epiſtolari* Part. II. Num. CCXLII. pag. 148. ſeq. excuſ. Auguſtae Vind. et Graecii 1729.

exhibenda sunt, *g*) hoc est sine praemio conferenda, ex amore, et honore domini, *h*) nec non ratione vasalli prohibitae prorsus sunt alienationes; *II. Feud.* 22. *i*) ast tamen probe scimus, feuda non recta aliquando impenso parari pretio, ita, vt plerumque domini directi consensus adhibendus sit, vt commissi euitetur periculum. *k*) Licet etiam sine domini consensione, a vasallo, sub conditionibus, statim explanandis, feudum perferri queat in alium: I. velut si alienationes feudi cuiusdam venerunt in consuetudinem; *l*) quemadmodum pleraque Imperii R. G. territoria abalienari temporibus antiquioribus potu-

g) Hoc quidem praecipitur *II. Feud.* 23. et *I. Feud.* 27. et in GVERRINI PISONIS in *feudorum vsus, seu consuetudines praeludiis* fol. 102. a. edit. 1584. et in MARCI ANTONII NATTAE *Consiliorum* Tom. I. Consil. CCXVI. Num. II. fol. 185. b. excus. Francofurti ad Moenum 1588. Attamen feudum pecunia acquisitum, dici nequit improprium, si feudum ab alio, quam a domino est emtum; vti etiam id proprium est, quando pecunia soluta fuit non pro acquisitione, sed pro confirmatione feudi; teste CVRT. Consil. XLIX. Num. IV. apud LVDOLPHVM SCHRADERVM *Tractatus Feudalis* Tom. I. Part. II. Cap. IV. Num. LVI. pag. 38. excus. Francofurti 1594.

h) Alias dicitur *feudum mercenarium.* Vid. *Decisiones Senatus Mediolanensis*, ad analoga, vniuoca et aequiuoca iuris vtriusque reuocatae ab ALEXANDRO RAVDENSI Lib. I. Cap. XXXIV. Num. LVII. pag. 463. excus. Francofurti 1600.

i) Legi possunt MODESTINI PISTORIS Consilium LXIV. pag. 845. in Volumine ea continente, quae suo dedit nomine, excus. Lipsiae 1586. et ERNESTI COTHMAN *Responsa Iuris et Consultationes* Respons. II. Num. XXVII. pag. 49. edit. Francofurti 1617.

k) A qua sententia non alienus videtur GVIDO PAPA *in Decisionum* Quaest. CLXIII. pag. 113. excus. Francofurti ad Moenum 1591. Add. *II. Feud.* 42.

l) Arg. *L. fin. C. quae sit longa consuetudo.* Conf etiam IVLII CLARI *sententiarum* Lib. IV. §. *feudum* Quaest. XXXI. Num. XII. seq. Operum omnium recept. sentent. pag. 193. edit. Francofurti 1590. et apud eum IOAN. RAYNAL. in *c. Imperialem*, §. *habito* col. 24. *de prohibita feudi alienatione per Fridericum.*

potuiſſe, oſtendit IO. PETRVS DE LVDEWIG in Differt. de *primo foro ſubfeudorum Imperialium*, *parium curiae exemplo in Haſſiae Comitatu Rittbergenſi* Cap. III. §. II. p. 28. ſeq. ipſius *Opuſculorum iuris feudalis*, Francofurti et Lipſiae 1740. excuſorum. Vel II. ſi litterae clientelares alienandi indicant poteſtatem. Vel III. conceſſu et beneficio priuilegiorum id ipſum fit. Vel IV. feudum eſt mere et abſolute hereditarium. Vel V. ſi in more et vſu alienatio rei ſingularis, vel iuris cuiusdam, vel partis territorii quantitatiuae eſt poſita. *m*) Vel ſi cauſae ſimiles ſubſunt. *n*) Igitur etiam conſequens eſt, vt feuda aduocatiae variis modis aliquando diſtracta, et ſpeciatim vendita ſint; eo magis, quum notio aduocatiae, non repugnet eiusmodi contractus onerosi naturae. Quantum ad venditionem aduocatiarum eccleſiaſticarum attinet, illa conſpirat cum canonici iuris praeceptis, ſi cum vniuerſitate bonorum permutantur, vel diſtrahuntur, ad exemplum iuris patronatus. Arg. *cap. 7. ex literis, X. de iure patronatus.* Itaque nec aduocatiam vendi fas eſt, ſi ſeparatim et per ſe venditur; vid. *cap. 38. conſulere, X. de Simonia, etc. 8. ſaluator, cau. 1. quaeſt. 3.* tametſi rationes iſtae pontificii iuris, fallaces videantur addictis Auguſtanae confeſſioni

m) Lucem his conciliat CHRISTOPH. IOAN. CONRADI ENGELBRECHT de *Seruitutibus Iuris Publici* liber ſingularis, Sect. II. Membr. III. pag. 186. edit. Lipſiae 1739. cum praefatione elegantiſſima illuſtris CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI.

n) Hic locum ſibi vindicant GVSTAVVS ADOLPHVS HVSAN in Diſſ. de *alienatione vaſallorum* edit. Altdorffi 1670. GEORGIVS ADOLPHVS SCHVBERTH de *valida feudi abſque domini conſenſu a vaſallo facta alienatione*, edit. Lipſiae 1723. FRANCISCVS HVBERTVS ANTONI in Diſſ. de *feudorum alienatione licita*, typis impreſſa Argentorati 1703. Quilibet vero perſpicit, alienationem fieri debere ſaluo iure eorum, penes quos ius eſt, inueſtitura quaeſitum. Vid. *Marci* ANTONII NATTAE *Conſiliorum* Tom. I. Conſil. CLXIII. Num. XVIII. fol. 142. a. excuſ. Francofurti ad Moenum 1588.

ſioni Doctoribus, et ſpirantes notiones ſimoniae et rei ſpiritualis, minus rectas. Argumentationem nempe pontificiarum inconcinnitatem dilucide commonſtrarunt alii et perſtrinxere digne; nos quoque aduocatiam tutelarem omnem adnumeramus ſecularibus negotiis, qua de re alibi ex inſtituto nobis dictum. Nihilominus iuris canonici praeceptiones, a pontificiis non adplicantur ſolum ad emtionem venditionem, ſed et ad contractus oneroſos reliquos, vt euinciunt *cap. 5. quaeſitum, X. de rerum permutatione, cap. 7. ſuper eo, X. de transactionibus.* Ceterum vtriusque paciſcentis conſenſu aduocatiam vendere atque emere licet, ita, vt ratione aduocatiarum eccleſiaſticarum, neceſſitas non ſemper imponatur expetendi auctoritatem epiſcopi, ſi quis aduocatiam ſuam transfert in alium; *o*) quemadmodum etiam aliam aduocatiam cum alia, vel parte eius, permutari poſſe, cuique pro percepto liquet perluſtranti Diploma, quod GEORG. CHRIST. IOHANNIS *Tabularum litterarumque veterum Spicilegio I.* edit. Francofurti 1724. exhibet p. 308. et an. MCCLXXVIII. confectum eſt, atque haec complectitur: „ Nouerit veſtra dominatio, quod cum Domino „ meo WERNHERO DE FALCKENSTEIN, dando ei partem „ aduocaciae in Hoppershouen, quam a vobis in feodo teneo „ et poſſideo, pro aduocacia in Birnckeim, quam ab ipſo habeo „ in feodo, concambium faciatis, rogans etiam vos intime, „ quod admittere hoc velitis, quia Aduocaciam in Birnckeim „ loco aduocacie in Heppershoven libenter a vobis volo in „ feodo poſſidere. Dico etiam in ea fide, qua vobis teneor, „ quod redditus aduocacie in Birnckeim redditibus aduoca-

„ cie

o) Rerum ſcriptores pluribus id comprobauere dudum exemplis; praecipue IOANNES STVMPFIVS in *Chron. Heluet.* Lib. V. Cap. V. fol. 302. ſeq. edit. 1586. et IOANNES HENRICVS SVIZERVS in *Chronologia Heluetica* Part. II. pag. 51. ſeq.

„ cie in Hoppershouen preualeant quouis anno; cetra. „ Omnes quoque fere agnoſcunt, pro Aduocatia conceſſa, praebendas et alias res aliquando datas eſſe; quum omnium inſtar eſſe poſſit Diploma LVDOLPHI Epiſcopi Halberſtadienſis, pro monaſterio Corbeiae nouae an. MCCLIII. concinnatum; apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum ſcriptorum et monumentorum* Tom. I. p. 1315. ſeq. edit. Pariſiis 1724. Denique animaduerſione dignum eſt, clientibus inuitis non alienandam aduocatiam eſſe; *p*) coimplenda enim etiam a domino ſumma promiſſi eſt, vt vaſallus vti frui queat beneficio conceſſo. *q*) Quamuis non obſcurum ſit, ſubeſſe exceptiones, *r*) et Aduocatiis quibusdam data priuilegia eſſe, quae interdicunt omnibus, ne eas abalienent, nec integras, nec per partes; id quod tum ex ſupra excitatis multis Diplomatibus palam eſt, tum ex Diplomate HENRICI VII. quo confirmat emtionem villae *Wimpfen*, factam ab Abbate et monaſterio Maulbrunnenſi, promittitque, Aduocatiam dictae villae ab Imperio nunquam ſe alienaturum, anno MCCXXXII. apud BESOLDVM *Monum. Würtemb.* p. 496. et ex Diplomate HERMANNI Abbatis Corueienſis ſuper Aduocatiam *Cröningen*, an. MCCLIII. confecto, in quo reſignat Abbas Aduocatiam, verbis: „ de pleno conſenſu totius eccleſiae Corbienſis dimiſimus

„ per-

p) Hisce addimus SCHRADERVM c. l. Part. X. Sect. VII. Num. XXX. et FERDINANDI VASQVII *Controuerſiarum illuſtrium* Lib. I. Cap. V. Num. V. pag. 24. edit. Francofurti ad Moenum 1572.

q) Argum. *II. Feud. 7.* ponatur ob oculos et ANDR. KNICHEN de *veſtit. paction.* Part. II. Cap. V. Operum eius pag. 435.

r) Conferre iuuabit illuſtrem FRIDERICVM CAROLVM BVRI in *der ausführlichen Erlaeuterung des in Teutſchland üblichen Lehn - Rechts* pag. 606. excuſ. Gieſſae 1738. et ill. IAC. GABR. WOLFIVM *in Elementis Iuris Feudorum* Cap. XIII. §. LVII. ſeq. excuſ. Halae Magdeburgicae 1741.

„ perpetualiter possidendam, sed Aduocatiam adhuc inpheo-„ datam pari manu cum episcopo Halberstadensi ne alienari „ valeat; cet. „ apud IO. PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum* omnis aeui Diplomatum Tom. VII. Lib. III. Num. XLIII. p. 496. seq. edit. Francofurti et Lipsiae 1726. Addantur priuilegium RVDOLFI Imperatoris, S. Maximini caussa datum an. MCCLXXIII. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum scriptorum et monumentorum* ampliss. collect. Tom. I. p. 1376. seq. excus. Parisiis 1724. nec non Diploma, quo CAROLVS IV. Romanorum Rex, confirmat omnia et singula priuilegia, litteras, iura, libertates et immunitates, monasterio Maulbrunnensi ab Imperatoribus et Regibus Romanorum datas et concessas, in specie autem Regis WILHELMI de non alienanda Aduocatia praedicti monasterii ab Imperio, anno MCCCXLIX. publicatum priuilegium, quod exstat in *Document. rediuiu. monast. praecip. in Ducatu Wirtenb.* N. XVI. pag. 504. seq. edit. 1720. et RVPERTI Regis Roman. Diploma, quo inter alia promittit, se Aduocatias bonorum monasterii Maulbrunnensis, titulo feudi, pignoris, vel commissionis nunquam ab imperiali iurisdictione alienaturum, anno MCCCCI. in *Document. rediuiu. monast. praecip. in Ducatu Würtemb.* Num. XXII. p. 511. seq. excus. 1720. Agmen denique claudat Diploma EBERHARDI Archiepiscopi Salisburgensis, confectum, quum ex morte Comitis BERNHARDI DE LIVBENOWE Aduocatia Sewenensis monasterii ad ipsum deuolueretur, anno MCCXXIX. in quo verba ita se habent: *statuimus . . . vt si Aduocatia quaecunque ab antiquo alicui infeudata vacare inceperit, ab Ecclesia nostra . . . alienari per nos et successores nostros non possit;* cet. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. III. p. 240. edit. 1719. Quemadmodum

dum vero haec priuilegia reprimunt negotiaturos; sic contra nonnullis ecclesiis potestas data est, se redimendi pecunia et liberandi aduocatis; vt elucet ex Diplomate FRIDERICI II. Imperatoris, Hildesiensi ecclesiae dato, quod sistit celeberrimus IO. CHRISTOPHORVS HARENBERG in *Historia Ecclesiae Gandersbemensis cathedralis ac collegiatae Diplomatica* Diss. II. p. 428. edit. Hannouerae 1734.

§. XII.

DE FEVDIS ADVOCATIAE OPPIGNORATIS ET PIGNORATITIIS, SIMILIBVSQVE INSTITVTIS.

Aduocatiae feuda acquiruntur interdum oppignorationibus; (§. VI.) *s*) hinc de iis etiam rationibus conquisitis disputandum nobis est. Feudorum commune ius perspicue condocet, vasallum creditori suo securitatem nullam afferre, quamuis hypothecae expressae nomine obliget feudum. *t*) Quantum ad tacitam hypothecam, ne haec quidem inhaerere feudo solet regulariter; *u*) quoniam oppignoratio aperit viam ad alienationem, quae per leges non licet; (§. XI.) *II. Feud.* 55. et arg. *L. fin. C. de rebus alienis non alienandis*, seu potius, quia oppignoratio a multis in alienationis numero reponitur. Alii quidem, secernendam hic esse pignoris et hypothecae constitutionem, autumant, et illam, siquidem sub se comprehendit feudi realem traditionem, tanquam iniustam reiiciunt, hanc vero conuenire cum legibus, tenent opinio-

 nem.

s) Pluribus hoc euincit IOANNES SIMLERVS *Chron. Heluet.* Lib. V. Cap. V. fol. 306. et passim edit. 1586.

t) Vid. *II. Feud.* 55. Add. IVLII CLARI *Sententiarum* Lib. IV. §. *Feudum*, Quaest. XXXV. pag. 197. edit. Francofurti 1590. et ERNESTI COTHMANN *Responsa iuris et consultationes* Resp. L. Num. LXXXIX. edit. Francofurti 1617.

u) Dantur tamen hic exceptiones, quas percenset SCHVBERTH c. l. §. X.

nem. Verum quum in vtroque casu, domino parari possit eadem iuris sui diminutio, et idem periculum subsit; atque ita distinctio illa, effectus ratione inutilis sit, quandoquidem non solum ex iure pignoris, sed et ex iure hypothecae deriuentur remedia, quibus debiti solutio obtineri potest; iis vix adstipulor. *x*) Dispiciendum namque potius est in feudis propriis de caussae pignoris vel hypothecae necessitate, aliisque capitibus, si valere pignus, vel hypothecam, pronunciare velis. Si nimirum, velut onerum ferendorum caussa, fit feudi oppignoratio, ea habetur aliquando pro iusta, quamuis absque domini auctoritate, vel dissentiente domino instituatur; vel, si feudum in securitatem agnatorum proximorum oppositum est; vel si feudum est mere hereditarium; *y*) vel feudum nouum, quum hocce tantummodo consensum Domini directi requirat et flagitet; *z*) cetera. *a*) Quemadmodum etiam

x) Hac in re, quae aliquid difficultatis habere videntur, discutit IOANNES BERCHOLTEN in *Consiliis sive Responsis iuris* Consil. XII. pag. 195. edit. Helmstadii 1600. et DOMIN. ARVMAEVS *Disp. Feudal.* Diss. VII. Th. VI. Existunt tamen caussae, in quibus absque domini consensu, hypotheca valet, si nimirum feudi fructus, ad dies vitae vasalli et descendentium ipsius, adsignantur creditori, donec sit factum satis; quoniam fructus feudi conueniunt cum iure rerum allodialium.. Vid. *II. Feud.* 28. §. *bis consequenter, et II. Feud.* 86. nec non illustris IOANNIS GODOFREDI BAVERI Exercitatio feudalis de *hypotheca feudali absque consensu agnatorum et simultanee inuestitorum subsistente* § IX. pag. 18. seq. excus. Lipsiae 1721.

y) Pertinet huc WVRMSER de *Feud. impropr.* S. 5. n. 3. add *II. Feud.* 48.

z) Praeter alios legi possunt IOSEPHI LEOPOLDI ROTHII *Pandectae Feudales* pag. 592. Quaest. VIII. edit. Francofurti ad Moenum 1736.

a) Has similesque caussas pertractarunt IO. CHRISTIANVS SCRÖTERVS in Dissert. de *auctoritate domini qua consensum in alienando vel onerando feudo respicienda*, edit. Ienae 1729. et SCHVBERTH c. I. §. X. et in Dissert. *de consensu agnatorum et simultanee inuestitorum temporario in hypothecam feudi*, excus. Lipsiae 1718.

prae-

etiam tam hypotheca, quam oppignoratio consensione Domini constitui potest; *II. Feud.* 55. quoniam in vtilitatem huius, leges vetant alienationem. Itaque feuda aduocatiae, impropriis feudis a nobis adscripta, (§. V.) iustis de caussis saepe sunt oppignorata, nec non pignora infeudata, quorum dominium vtile, per inuestituram, in creditorem, ob maiorem securitatem, transfertur. *b*) Quomodo autem a feudis pignoratitiis, quae feudis impropriis adnumerantur, *c*) secernenda sunt feuda oppignorata, quum in oppignoratis ius dominii vtilis feudalis non reperiatur, quod tamen in pignoratitiis deprehendimus; sic vtrumque genus ad feuda aduocatiae fuisse adplicatum, nemo est, qui nesciat: ad exemplum videlicet oppignorationum aliorum Imperii feudorum, quae ob laxissimum nexum feudalem in Germania crebriores sunt, et haud raro sine auctoritate Imperatoris susceptae, suscipiendaeque in posterum, vel ob priuilegia a Caesare concessa, *d*) vel pacta gentilitia, vel receptas consuetudines. *e*) Hinc non Imperatores solum, sed et Status Imperii, feuda sua, modo integra, modo

praecipue vero illustris IOANNES GODOFREDVS BAVERVS in Dissertatione citata, pag. 24. seq.

b) Vid. *I. Feud. 11.* et *I. Feud.* 4. §. 4. nec non I. F. AL. Cap. XXVI. Cap. LVI. et Cap. C. itemque IAC. GABR. WOLFIVS *Element. Iuris Feudorum* Cap. XVIII. §. XXI. pag. 391. impress. Halae Magdeburgicae 1741.

c) Idem agitur argumentum in LVDOLPHI SCHRADERI libro de *feud.* Part. II. Cap. IV. Num. LVII.

d) Documento singularis exempli est priuilegium *Serenissimae domus* Brandenburgicae, apud IOANNEM LIMNAEVM Tom. IV. *Iuris Publici Romano-Germanici* Additionum ad priores primo, ad Lib. V. Cap. VII. Num. CXXXIX. pag. 846. edit. Argentorati 1666.

e) Vasallus an subfeudum pignoratitium constituere queat? disquirit IO. ANDR. FROMMANNVS in Diss. de *oppignoratione feudorum regalium particulari sine consensu domini iure et moribus permissa* §. XX. edit. Tubingae 1699.

do partes feudi oppignorarunt; quamuis Articulus X. CAPITVLATIONIS INVICTISSIMI IMPERATORIS FRANCISCI I. hodienum plerumque hic sit obseruandus, et tum Imperatoris, tum Statuum consensus opus his sit. *f*) Quod ad feuda aduocatiae attinet, prouocamus omnino ad Diploma, quod exhibet CONRADVS DE FABARIA de *casib. monast. S. Gall.* Cap. VIII. in quo haec leguntur: „Quum aduocatia aliaque „quamplurima feuda nostrae cessissent iurisdictioni ...... „et quoniam HEINRICVS frater Abbatis partem huius re„ceperat Aduocatiae, ipse Rex OTTO vt cederet Aduo„catiae S. Galli, Abbatiae Fabariensis Aduocatiam TRI„CENTARVM MARCARVM PONDO PIGNORI obligauit.„ Pari modo HERMANNVS LANDGRAVIVS Aduocatiam feudalem Comiti WERNHERO DE WIDEKENSTEIN *pro quadam pecuniae summa impignorauit*, (ita se habent verba tabulae publicae) *per manum Dni Archiepiscopi* CONRADI. *Sed tempore succedente, cum essent ad propria reuersi, Lantgrafius, reddita pecunia Comiti Aduocaciam resumpsit.* Delibari multa etiam possunt ex LVTHRVDIS Abbatissae in *Wetter*, de statu Aduocatiae eiusdem loci, testimonio, anno MCCXLVII. litteris consignato, et producto a perillustri VAL. FERD. DE GVDENVS in SYLLOGE I. *variorum Diplomatariorum* Num. XV. p. 597. edit. Francofurti ad Moenum 1728. Neque minus nominandus hic est Imperator WENCESLAVS, quippe qui ciuitatem Basileam inuestiuit de feudo aduocatiae, *mit allen iren Zugeboerungen als es vns vnd dem Reiche ledig worden ist*, pro C. florenis

f) In feudis immediatis quidem Imperii minoribus, hic Imperatoris voluntas sola requiri videtur, saltem in quibusdam casibus, quos enodat ICtus summus et illustris, IOANNES IACOBVS MOSERVS in *der Einleitung zu dem Reichs-Hofraths Process* Part IV. pag. 141. seq. excus. Francofurti et Lipsiae 1737.

renis oppignorato anno MCCCLXXXVI. *g*) Hanc classem testimoniorum occupant etiam Diploma WIDEKINDI DE WALDEKKE, quo ecclesiae B. Liborii in *Patherburne* impignorauit quidquid habuit in bonis eiusdem ecclesiae, cet. cum decima Atlen, et seruitiis aduocatiae feudalis pertinentibus, pro trecentis marcis examinati argenti; anno MCLXXXIX. apud LVNIGIVM in *Spic. Ecclesiastici anderen Theil von Hochstiftern* p. 735. nec non Diploma, quo BVRCHARDVS STRVVO Comes in *Lutterberg* Aduocatiam Poeldensem, sibi heredibusque suis competentem, eidem monasterio Poeldensi oppignorauit, an. MCCXLI. apud IO. GEORGIVM LEVCKFELD *Antiq. Poeldens.* Cap. XIII. pag. 50. edit. 1707. Guelpherbytis; vt et OTTONIS DVCIS DE BRVNSVIC Diploma, quo confirmat oppignoratam aduocatiam monasterii Poeldensis, et obligatam ad quinquennium a Comitibus de Luterberge an. MCCXLI. apud PHILIPPVM IVLIVM REHTMEIER in *der Braunschw. Luneburgischen Chronic* Part. III. Cap. XXVI. p. 478. typis exscript. Brunsu. 1722. et HENRICI Episcopi Bambergensis dispositio circa Aduocatiam monasterii Tharisiensis, anno MCCL. promulgata; apud IO. FRIDERICVM SCHANNAT *Vindemiae Literariae*, hoc est veterum monumentorum, ad Germaniam sacram praecipue spectantium, collectione secunda, Num. XIX. p. 123. excus. Fuldae et Lipsiae 1724. Huc referendum porro est Diploma WILHELMI Romanorum Regis, quo Aduocatiam dominici sepulchri, apud *Denckendorff*, oppignorat Comiti VLRICO DE WIRTEMBERG, pro ducentis marcis anno MCCLIV. in *Documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtemb.* p. 286. seq. edit. 1720. et Diploma WILHELMI

g) Huc facit IOANNES SCHILTERVS in Commentario ad *Ius feudale Alemannicum* Cap. CXII. §. III. pag. 286. edit. Argentorati 1728

HELMI Romanorum Regis, quo monasterium Maulbrunnense sub Imperii protectionem recipit specialem, simulque promittit, se Aduocatias eius non alienaturum esse titulo pignoris, nisi ad petitionem Abbatis et Conuentus, anno MCCLV. in *Documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtemb.* N. VII. p. 497. Legisse iuuabit Diploma MARGARETAE Gandersemensis ecclesiae Abbatissiae, de oppignoratione Aduocatiae Gandershem, ab HERMANNO, HENRICO et HOYERO Comitibus de WOLDENBERG sibi facta an. MCCLIX. apud celeberrimum IOANNEM CHRISTOPHORVM HARENBERGIVM in *Historia ecclesiae Gandershemensis* cathedralis ac collegiatae *Diplomatica* p. 192. edit. 1734. Diploma, quo RVDOLPHVS I. Romanorum Rex, CHVNRADO Pincernae de LANDEKKE Aduocatiam in *Schestenowe* pro hypotheca pro triginta marcis argenti constituit anno MCCLXXXI. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsburg.* Tom. III. edit. 1737. Num. DXCIX. pag. 499. RVDOLPHI I. Regis Romanorum Diploma, quo DIEBOLDO DE BERNHAVSEN pignus constituit in iure Aduocatiae monasterii *Denckendorffensis*, anno MCCLXXXIV. in *Documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtemb.* Num. XI. p. 287. seq. edit. 1720. HENRICI VII. Imperatoris litterae de oppido *Tremoniendi* et officio Scultetatus aliisque iuribus oppignoratis feudalibus, conscriptae anno MCCCX. apud GEORGIVM CHRISTIANVM IOHANNIS *tabularum litterarumque veterum Spicilegio I.* Num. IX. pag. 28. seq. excus. Francofurti ad Moenum 1724. Diploma, quod titulum fert: *Kaiser* CARL *der* IV. *reuocirt die Versatzung der Vogtey des Gottshauss Koenigsbrunn*, anno MCCCLXI. in *Documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtemb.* Num. IV. p. 398. seq. edit. 1720. Quae oppignorationes aduocatis multis fuerunt exitio, et effecere, vt iacturam pluri-

plurium facerent Imperatores. *b*) Hinc admirationem non mouent priuilegia Aduocatiarum nonnullarum, tum feudalium, tum allodialium, quae omni oppignorationi aduerſantur. Hic videatur pluribus RVDOLPHI Regis Diploma, ciuitati Lindauienſi datum an. MCCLXXV. apud LVNIGIVM in *Reichs-Archiv* in *der vierten vnd lezten Continuation des* partis ſpecialis *erſtem Theile* pag. 1298. en verba huius: *Promittimus . . . dictis ciuibus pro munere gratiae ſpecialis, quod nos Aduocatiam, nobis et Imperio attinentem, quae vulgariter dicitur* CASTFOIGT, *nunquam alienabimus, obligabimus, aut commutabimus.* cet. Nec praetermittendum eſt Diploma, quo RVPERTVS Rex Romanorum recipit Abbatem et Conuentum Maulbrunnenſem, cum omnibus eorum bonis, in ſpecialem S. Imperii protectionem, promittit inſimul, Aduocatias bonorum eiusdem monaſterii, titulo feudi, pignoris, vel commiſſionis, nunquam ſe ab imperiali iurisdictione alienaturum; an. MCCCCI. in *Documentis rediuiuis monaſteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtembergico ſitorum* Num. XXII. p. 511. ſeq. Denique hic excitandae videntur Pontificis HONORII III. litterae decretales huius argumenti: „HONORIVS Epiſcopus ſeruus „ſeruorum Dei venerabilibus fratribus . . . . Archiepiſcopo „Colonien. et ſuffraganeis eius et dilectis filiis, aliis Eccleſiarum Praelatis per Colonienſ. Prouinciam conſtitutis, ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Cum ſaepe contingat, „Aduocatos, Aduocatias, quas in Eccleſiis obtinent, aliis titulo „pignoris obligare, in Eccleſiarum ipſarum non modicam „laeſionem, nos indemnitati Eccleſiarum noſtrarum paterna

Qqq 2 „volen-

b) Teſte CHRISTOPHORO BESOLDO in Diſſ. de *iure et imperio imperialium ciuitatum* §. II. inſerta libro, cuius index eſt: *Nucleus diſcurſuum hactenus in iure publico editorum*, qui opera IOANNIS ERASMI SEIFFARTI prodiit Francofurti ad Moenum 1669.

„ volentes sollicitudine praecauere, vobis praesentium auctoritate concedimus, vt si Aduocati Ecclesiarum vestrarum Aduocatias suas vobis obligare voluerint pignori, vos eas recipere valeatis nec fructus prouenientes ex eis in sortem teneamini computare. Hi autem qui eas obligauerint, a seruitio, in quo vobis pro Aduocatiis tenebantur, interim sint immunes." Quae leguntur verba in libro, cuius index est: *vindex libertatis ecclesiasticae et martyr* S. ENGELBERTVS *Archiepiscopus Coloniensis Princeps Elector* etc. edit. opera AEGIDII GELENII Coloniae Agrippinae 1633. Lib. I. p. 87. *i*)

§. XIII.

DE FEVDIS ADVOCATIAE ECCLESIASTICAE IN FVNDATIONE CONSTRVCTIONE ET DOTATIONE ECCLESIARVM RESERVATIS.

Feuda aduocatiae ecclesiasticae ad veritatis libram expendentibus nobis, patet, ea interdum constitui et reseruari in

i) Huc spectant aliqua ratione *locationes conductiones* Aduocatiarum; v. c. „ vrbis Zittauiensis Vogteiam „ cum iurisdictione etiam criminali „ aliisque iuribus, quae a *Landuogtio* „ usque huc cum in vrbe, tum in „ Weichbildo fuerat exercita, CAROLVS IV. Imp. idemque Bohemiae „ Rex an. 1366. ad biennium, an. 1369. „ ad triennium, et rursus a. 1373. ad „ triennium, WENCESLAVS porro filius et successor a. 1396. ad quadriennium, demum an. 1405. ad duodecim annos, soluta pecuniae summa elocarunt." Vsus est his verbis laude nostra maior Ictus, illustris CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDERVS in Differt. *de modis adquisitae a ciuitatibus Germaniae mediatis iurisdictionis criminalis* §. VIII. pag. 8. excus. Ienae 1749. qui ibidem alia locationum suppeditat exempla. Quibus iungere mihi liceat documenta, quae comprobant, iurisdictionem quondam locatam esse. Conf. WECKIVS in *Chronico Dresd* Part. I. Tit. IV. et MVLLERVS in *Annalibus* pag. 13. 23. et passim, qui condocent ciuitatis Dresdensis senatui iurisdictionem inferiorem anno MCCCCXXV. a FRIDERI-

in fundatione, constructione et dotatione ecclesiarum. Quae consuetudo conspirans cum *cap. generali*, *13. de electione et electi potestate*, *in* 6. inde a temporibus Imperatorum Saxonicorum maxime increbuit; *k*) quandoquidem Principes, Comites, Nobiles, aliique, propria sua bona obtulerunt et tradidere ecclesiis, (§. X.) ea lege, vt sibi suisque aduocatia assignaretur. In quo instituto ratio posita est praecipua permultarum *Erbkastenuogteyen*, quibuscum Germaniae proceres florent complusculi. Pari modo nonnulli fundatores ecclesiarum, ad arbitrium suum, potenti cuidam viro reseruabant aduocatiam; vel rogabant principem, vt hunc, vel illum imponeret ecclesiae aduocatum; de quibus mentio facta est in Diplomate Papae PASCHALIS in *Chron. Pegauiens.* ad an. MCVI. Alii fundatores monasteriorum, hoc quidem munus Pontifici Romano subiecere, sed itidem ab eo postulabant aduocatiam, vt perspicimus ex *Chronic. Pegauiensi* ad annum MDVI. Hinc pro multitudine praediorum ecclesiasticorum, complures aduocati saepe orti sunt in vna eademque ecclesia; ita, vt aduocatia generalis a particulari differat; quum particularis se tantum extendat porrigatque ad certum numerum hominum, vel vicorum,

 subiec-

DERICO Thuringiae et Misniae Landgrauio locatam esse ad tempus. De Helmstadio id ipsum refert IOANNES PAVLVS KRESSIVS in *Commentatione* succincta in *constitutionem criminalem* CAROLI V. Imperatoris, ad Art. II. pag. 23. excus. Hannouerae 1744. Add. SAMVEL STRYKIVS in continuatione altera *Vsus moderni* *r*. Lib. XIX. Tit. II. §. LIV. pag. 515. edit. Halae Magdeburgicae 1722. aliud exponens exemplum. Ad feuda autem locationes hasce adplicari posse, colligimus ex *II. Feud. 9.* id quod LVDWELL in *synopsi Iur. Feud.* pag. 306. et IACOBVS AVGVSTVS FRANCKENSTEIN in dissert. de *locatione iurisdictionis* §. II. pag. 4. recus. Lipsiae 1747. copiose ostendunt.

k) Adpulit animum ad haec CHRISTOPHORVS LEHMANN in *Chron. der freyen Reichs-Statt Speyer* Lib. II. Cap. XXXVI. pag. 142. edit. Francofurti ad Moenum 1612.

ſubiectorum eccleſiae; generalis autem aduocatus praeſit omnibus ad eccleſiam ſpectantibus. Illuſtrant hoc *geſta Lobienſium Abbatum* p. 602. hunc in modum: „Caſtellanus Tudinienſis, quod nobis adiacet caſtri, totam praefecturam (Aduocatiam) Abbatiae debet tenere in manu ſua, nec aliquos „debet ſuſtinere Defenſores vel Aduocatos, niſi qui haereditarii ſunt, haereditate anteceſſoria. Modo habentur in villis S. Petri multi Aduocati, qui praeter tres generales placitos quandocunque volunt, ibi ſigillatim placitant. „ cetera. Cuiusmodi aduocatia ſingularis praedii, a Germanis nuncupatur *Kellenhoff-Vogtey*. *l*) Audiamus formulam fundationis collegiatae eccleſiae Waſſenbergenſis: „In nomine ſanctae et „indiuiduae Trinitatis notum ſit vniuerſalitati fidelium ſanctae matris Eccleſiae filiorum, qualiter ego Comes Gerardus Eccleſiam in honore S. Dei Genitricis Mariae et S. Georgii martyris a Dn. et Ven. Leodien. Epiſ. Otberto dedicatam „pro animae meae et Patris mei aliorumque praedeceſſorum „meorum remedio, in meo allodio Waſſenberg conſtruxerim, et de meis praediis Deo annuente dotare et ditare diſpoſuerim. Obtinui autem precibus meis et meo ſeruitio ab „ipſo Domino Epiſ. et Archidiacono et Decano ipſam Eccleſiam liberam reddi ab omni obſonio, ſinodali tamen iure ſibi retento. Contuli igitur in praeſens ipſi eccleſiae ad praebendam fratrum ibidem Deo famulantium, quicquid allodii habueram in Munemunte cum omnibus reditibus, exceptis meis miniſterialibus cum ſuis beneficiis contradidi quoque ei dimidiam partem Eccleſiae in Birgele et dimidiam „partem Eccleſiae Steinkircken, et Eccleſiam de Humersheim „cum omni iure, et octauam partem Eccleſiae Weirte, et „cur-

l) Lectio VADIANI c. l. P. II. apud GOLDASTVM pag. 83. firmat dicta a nobis.

„ curtem, Eilenchouem, et Ecclesiam Hauert, et in Bride quin-
„ que solidos Traicten monetae, et ministerialem vnum cum
„ beneficio suo, et decimationem in Rothusen et allodium in
„ Grantenrothe, et in Louenich partem allodii, et in Ercke-
„ lenze aream vnam, et in Gollekerote quoddam allodium, et
„ in Breidele partem allodii et Ecclesiam in Wilderothe. Qui-
„ dam vero nostri ministeriales omni affectu meum adiuuan-
„ tes desiderium, et animabus suis in futuro prouidentes re-
„ medium, ipsi Ecclesiae partem suae contulerunt substantiae.
„ Sigebodo videlicet qui strabo agnominabatur allodium in
„ Vollete, vxore sua superstite fructuarium vsum inde perci-
„ piente, et quinque solidos per annos singulos soluente con-
„ tulit. Quidam autem liber homo Ezzo nomine partem al-
„ lodii sui ipsi praefato allodio interiacentem. Et singulis an-
„ nis triginta denarios Colon. soluentem donauit. Ipsius vero
„ Ecclesiae praediorum tam in praesens collatorum, quam in
„ futuro conferendorum Aduocaturam, mihi et ei quisquis
„ haeres fuerit castelli et allodii in Wassenberg retinui. Nihil
„ prorsus de eadem Aduocatura praeter orationes fratrum exi-
„ gens seruitii; cet. „ Vid. haec in *Auctario Historiae* S. ENGELBERTI martyris, adiecto libro, cuius titulus est: *vindex libertatis ecclesiasticae et martyr* S. ENGELBERTVS *Archiepiscopus Coloniensis Princeps Elector*, etc. *per R. D.* AEGIDIVM GELENIVM p. 372. edit. Coloniae Agrippinae 1633. Quamuis enim ius patronatus ex fundatione, dotatione et aedificatione ecclesiae tantum existat et exoriatur, iuxta ius canonicum, et patronatus ius praesertim positum sit in potestate nominandi et praesentandi clericum instituendum in beneficio, haec tamen est facultas coniuncta cum aliis partim honorificis, et vtilibus, partim onerosis iuribus, *m*) et comprehendit protectionis speciem,

m) Huius loci sunt nostra *Elementa iuris canonico-pontificio-ecclesiastici*

ciem, si *c. 31. filius*, *cau. 16. qu.* 7. rite ponimus ob oculos, et *c. decernimus*, *cau. 16. qu.* 7. Saltem fide diplomatum nititur haec explanatio, quam supra tradidisse abunde sit; quamuis exploratissimum nobis sit, non semper ius patronatus complecti aduocatiam, seu protectionem, sed hanc secerni ab illo iure; quum defensio, a patrono suscipienda, pertingat tantum ad aedem, nec non ad bona, collata a patrono in ecclesiam, minime autem ad res alias, nec ad homines: *n*) contra ea ab aduocato praestanda defensio sit, vniuersalis, et inclusam contineat honestam rationem omnem expediendae salutis; quandoquidem officium eius est, tum res, tum personas, subiectas aduocatiae, protegere, et arma, si opus fuerit, ad tutelam sumere, non vero candidatum praesentare ad beneficium vacans in ecclesia. Obseruamus tamen, fundantes et construentes ecclesiam, seu monasterium, et ei conficientes dotem, reseruantesque sibi aduocatiam, adquisiuisse tum aduocatiam, tum ius patronatus; quapropter etiam vocabula *patroni* et *aduocati*, interdum tanquam *συνώνυμα* accipiuntur, et a multis verbum illud cum hoc commiscetur. *o*) Quamuis nonnulli fundatores ecclesiarum, renunciauerint Aduocatiae omni verbis expres-

stici Tom. I. Lib. II. Tit. XXV. pag. 448. edit. Halae 1743.

n) *c. 31. filiis, cau. 16. qu. 7.* et *c. 32. decernimus, cau. 16. qu. 7.* et *cap. 25. nobis fuit, X. de iure patronatus.*

o) Aliud esse ius patronatus libertorum, quod rationem suam habebat in manumissione, vt patet ex *c. 61. liberti, caus. 12. quaest. 2.* et tot. tit. D. *de iure patronatus*, aliud ius patronatus aduocatorum, qui patroni causarum dicuntur in *c. 1. cau. 15. qu. 2. cap. 6. ex literis, X. de transactionibus, cap. 10. super specula, X. ne clerici vel monachi sec. negot. se immisc. L. 2. C. de aduocatis diuersorum iudicum*, aliud ius patronatus protectorum et clientelarum, et aliud ius patronatus, quod in praesentatione ministri ecclesiae consistit, condocet THEODORVS REINKINGK de *regimine seculari et ecclesiastico* Lib. III. Class. I. Cap. IX. N. I. pag. 1124. seq. edit. Francofurti ad Moenum 1659.

expreſſis. Ita enim Comes de Saarbrücken, fundator monaſterii Wadgaſſen, anno MCXXXV. in Diplomate, id ſuo comprobauit exemplo, *p*) aliique. Quod reliquum eſt, quaeſtio hic expendi poteſt, ſatisne firma ſit iſtiusmodi reſeruatio, nulla auctoritate epiſcopi corroborata? neque minus in diſceptationem vocari, an fundatio, conſtructio et dotatio, copulatiue adhibeantur aduocatiae conſtituendae, an vna illarum cauſſarum importet aduocatiam? Sed longa haec fabula, quam iam alii perpoliuerunt ſatis.

§. XIV.

DE CONSVETVDINE COOPTANDI ADVOCATOS FEVDALES, QVAE PAVLATIM SERPERE AC PRODIRE COEPIT, TVM IN ECCLESIIS, TVM IN CIVITATIBVS IMPERII COMPLVRIBVS.

Epiſcopi aliquando quum elegerint aduocatos, iisque aduocatias ſub lege feudi tradiderint; hic modus feudum acquirendi reſtat explanandus. Eſt videlicet nonnullis Epiſcopis priuilegium, pro ſumma ſua voluntate adoptandi aliquem in aduocatum, tum feudalem, tum non feudalem. Legere conuenit OTTONIS I. priuilegium, quo Abbati S. Maximini Treuirenſi, nec non ſucceſſoribus eius, dat poteſtatem libere eligendi Aduocatum anno DCCCCLXX. apud LVNIGIVM *in*

des

p) De hoc Diplomate Comitis de Saarbrücken, ſcribit GEORGIVS MELCHIOR DE LVDOLF in *Symphorem. Conſultationum et Deciſionum forenſium* Tom. III. Obſeruat. Forenſ. XXVIII. §. VII. pag. 1023. excuſ. Francofurti ad Moenum 1739. haec „Agnitum fuit a Naſſouiae Comite „diploma, antea in Actis contra Veldenz recognitum Ao. 1562. in libello contra Ducem Lotharingiae Ao. „1572. Pacto deinde Naſſouica fuit „acceptata protectio Ao. 1466.„

des Teutschen Reichs-Archivs Spic. Eccl. *Fortsetzung des ersten Theils* Num. CI. p. 263. HENRICI II. Regis Diploma, Abbatissae Assindiensi anno MIII. traditum, apud LVNIGIVM in *des Teutschen Reichs-Archivs* Spicil. Ecclesiastici *dritten Theil, von Aebtissinnen* Num. VIII. p. 330. Diploma CONRADI II. pro coenobio Paterniacensi, quo praedecessorum suorum priuilegia, eidem monasterio concessa, roborat, et aduocatum eligendi liberam facultatem ei impertitur an. MXXVII. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. II. Num. CLXIX. p. 108. seq. edit. 1737. Diploma CONRADI II. Abbatiae Gernrodensi irrogatum, quo ius eligendi Abbatissam confirmat, et facultatem eligendi aduocati largitur an. MXXIX. apud LVNIGIVM in *des Teutschen Reichs-Archivs* Spicileg. Eccles. *dritten Theil von Aebtissinnen* pag. 82. seq. Num. VIII. Diploma quo HENRICVS III. Rex monasterium Nienburgense in suum mundiburdium recipit, et priuilegium libere eligendi abbatem et aduocatum quemcunque voluerit, confirmat an. MXLI. apud IO. CHRIST. BECKMANN in *der Historie des Fürstenthums Anhalt* Part. III. Lib. IV. Cap. II. §. IX. p. 432. seq. edit. Seruestae 1710. Diploma HENRICI V. quo limites bonorum, ad cellam *S. Blasii* attinentium, describuntur, eiusdemque cellae abbati aduocatum eligendi libera potestas confirmatur an. MCXXIII. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. II. Num. CXCVII. p. 136. seq. edit. 1737. HENRICI V. Imperatoris charta immunitatis, qua S. Blasii monasterio vexatum ius liberae aduocatiae asseritur an. MCXXV. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Dipl. Habsb.* Volum. II. p. 139. in quo verba occurrunt: „ liberam quoque electionem Aduocati iudicio Episcoporum, omniumque praesentium Principum retinuit, ea scilicet lege et conditione, vt in „ electione Aduocati Abbas liberam habeat potestatem, consi-
„ lio

„ lio fratrum ſuorum talem eligere, quem ad defendendam „ libertatem monaſterii, et iuſtitiam, bonum et vtilem atque „ idoneum cognoſcat;„ cetera. Locum hic quoque occupant INNOCENTII II. priuilegium libertatis pro monaſterio *Vndensdorfienſi* et omnium poſſeſſionum, tempore primi Praepoſiti conceſſum, addita facultate eligendi Praepoſitum et Aduocatum, cet. anno MCXXXI. apud GEWOLDVM in addit. ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. III. p. 305. Num. III. edit. 1719. Bulla INNOCENTII II. Papae, coenobio *Murenſi* conceſſa, qua ei bona a Comitibus de Habsburg et aliis benefactoribus collata confirmantur, eique libertas in eligendis Abbatibus et Aduocatis conceditur anno MCXXXIX. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. II. edit. 1737. Num. CCXVI. pag. 161. ſeq. Diploma, quo FRIDERICVS I. Imperator priuilegia confirmat monaſterii *Loricb* (Lorch) et Abbati aeque ac religioſis libertatem eligendi Aduocatum quenquam maiorem natu inter deſcendentes de genere Regis CVNRADI et FRIDERICI Ducis, an. MCLIV. apud MARTINVM CRVSIVM *Annal. Sueuicorum* Part. II. Lib. X. p. 416. ſeq. excuſ. Francofurti 1595. CONRADI Romanorum Regis II. Diploma, Ebracenſi monaſterio datum anno MCXLIX. quod haec continet: „Nos vero regali edicto hanc „ traditionem ſancientes ſtatuimus, ne aliqua magna vel parua perſona in regno noſtro aduocatiam illam vel iura Aduo„ catiae ſibi vſurpare praeſumat, niſi quem communis fratrum „ voluntas, aliqua neceſſitate forte interueniente, ſibi Aduo„ catum aſciuerit, et ſuper haec bona conſtituerit. Statuimus „ quoque, vt nulli Epiſcoporum liceat ipſam Aduocatiam ſeu „ iura Aduocatiae ipſius, Aduocato ſupradictae eccleſiae, ſeu „ cuiquam perſonae inbeneficiare, niſi fratrum conſenſu, vo„ tiua concordia et vnanimi petitione. „ apud GASPAREM

BRVSCHIVM in *Chronologia Monasteriorum Germaniae praecipuorum ac maxime illustrium* p. 147. edit. Sulzbaci 1682. Iungatur Diploma LVDOVICI Comitis Lossensis, quo declarat, se electum fuisse Aduocatum Abbatiae Auerbodiensis, Ordinis Praemonstratensis, ad limites ditionum Brabantiae ac Leodicensis, an. MCLV. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum* Tom. I. Cap. XCI. p. 700. edit. 1723. Bruxellis; nec non Diploma HENRICI Bauariae et Saxonum Ducis, quo declarat, se aduocatiam *Pollingensis* ecclesiae recepisse anno MCLX. et haec subiungit: *si forte in aliquo casu hoc* (nempe ius aduocatiae, praefinitum in hoc diplomate) *per nos vel legitimos successores nostros immutari contigerit, praedicti fratres reclamandi et alium sibi Aduocatum eligendi liberam habeant facultatem, factumque existimatione careat.* Huc cumprimis comparatum est Diploma, quo Abbatia s. DIONYSII in *Brocqueroya* Ordinis S. Benedicti, iuxta montes Hannoniae, eligit BALDVINVM Hannoniae Comitem in Aduocatum, eique cedit seruos aliquot et ancillas, an. MCLXXXIII. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplom. et Historicorum* Tom. III. pag. 575. edit. Bruxellis 1734. et PHILIPPI Romanorum Regis priuilegium, vi cuius monasterium *Alderspach* ius habet, quemcunque voluerit eligendi defensorem, et eundem etiam, si postea forte idoneus et ipsis vtilis non sit, ab ipsa Aduocatia remouendi; apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVND. *Metropol. Salisburg.* Tom. II. pag. 43. edit. 1719. et OTTONIS Babenbergensis Episcopi Diploma, quo monasterio *Aldersbach* libertas eligendi sibi Aduocatum seu defensorem, tribuitur anno MCLXXXIII. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVND. *Metropol. Salisburg.* Tom. II. pag. 44. edit. 1719. itemque priuilegium FRIDERICI Imperatoris, EBERHARDO Abbati in *Alderspach* datum anno MCLXXXIII.

En

En verba huius: „ Constituimus, vt si placuerit Abbati Al-„ dersspacensi defensorem rerum suarum eligere, in perpetuum „ in optione eius sit, cum consilio Episcopi Babenbergensis, „ idoneam sibi ad hoc onus inuenire personam „ cetera. Non parum haec illustrat GREGORII IX. charta, in qua Archiepiscopum Magdeburgensem redarguit et prohibet, ne liberae electioni Aduocati in monasterio Nienburgensi resistat, anno MCCXXVII. apud IO. CHRIST. BECKMANN in *der Historie des Fürstenthums Anhalt* Part. III. Lib. IV. Cap. II. §. XVIII. edit. 1710. pag. 437. seq. et OTTONIS DVCIS DE BRVNSVICH Diploma, quo monasterium in *Polithe* sub protectionem et defensionem suam suscipit specialem, et concedit ei potestatem eligendi ex suis ministerialibus quem velit monasterii sui Aduocatum, anno MCCXLII. apud IO. GEORGIVM LEVCKFELD *Antiqu. Poeld.* Cap. XIII. p. 52. seq. edit. Guelpherbyti 1707. Euoluantur etiam FRIDERICI Ducis Austriae et Styriae, et Domini Carniol. Diploma, quo confirmat, *Abstorffium* villam nullum pati debere aduocatum, nisi quem Abbas ecclesiae *Altaben* et fratres dicti coenobii libere sibi duxerint eligendum, anno MCCXLIII. apud HVND *Metropol. Salisburg.* Tom. II. pag. 22. Num. XXXIV. edit. 1719. LVDOVICI Comitis Palatini Rheni, Ducis Bauariae Diploma, quo ostendit, ecclesiam *Sewen* habere ius libere eligendi aduocatum, anno MCCXLVII. apud CHRISTOPH. GEWOLDVM ad HVND *Metropol. Salisb.* Tom. III. pag. 240. edit. 1719. RVDOLPHI I. Romanorum Regis attestatio, quod in Albensi monasterio nemo habeat ius Aduocatiae, et simul illud monasterium sub sua et Imperii protectione suscipit, hoc addito, quod possint tutorem eligere ex progenie Comitum de Eberstein, tanquam fundatorum, quem velint: qui Imperatoris et Imperii nomine eis ita praesit, vt prosit; anno MCCLXXV. in *docu-*

mentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtemb. Num. III. p. 76. seq. edit. 1720. Imperatoris LVDOVICI priuilegium, Abbati et Conuentui monasterii in *Walckenrede* datum, vt eligere valeant vnum Aduocatum, vel plures; anno MCCCXXIII. apud LVNIGIVM *im dritten Theil des* Spic. Eccl. Num. XIX. p. 855. seq. et in IO. GEORGII LEVCKFELD *Antiquitatibus Walckenredensibus* Part. II. Cap. II. §. VII. in nota *i* p. 17. seq. edit. Lipsiae et Nordhusae 1705. et Diploma inscriptum: CARL *der* IV. *Roemischer Koenig*, *befreyet das Gottes-hauß Lorck*, *daß mit dessen Leuth vnd Gut niemandt zu schaffen hab*, *den der Abt vnd Convent*; *item*, *daß niemand Geistlich oder Weltlich*, *kein Vogtey*, *oder Vogt-Recht auff ihre Güter setze*, *so dan*, *daß sie selbst einen eignen Schirmer erkennen*, *auch selbigen wieder absetzen khinden*; anno MCCCXLVII. in *Documentis rediuiuis monasteriorum* praecipuorum in Ducatu Würtemb. pag. 458. seq. Num. XIII. edit. 1720. Ipsa hinc capitula elegerunt saepe Aduocatos, eosque feudis ornarunt, fatente IOANNE STVMPFIO in *Chron. Heluet.* Lib. IV. Cap. XLIX. fol. 277. b. edit. 1586. Non enim ob priuilegia solum, sed et ob necessitatem, vel consuetudinem, vel vbi gens aduocatorum hereditariorum deleta erat, et similes caussas, modo nouam transferre aduocatiam in feudum, modo antiquam renouare tenebantur. Arg. *cap. ex parte*, *2. X. de feudis*, et *c. 53. cau. 12. qu. 2. cap. quanto*, *5. X. de his quae fiunt a praelato sine consensu capituli*, et *II. Feud. 35.* Vtramque hic faciunt paginam Diploma, quo HENRICVS Abbas Haecmundensis ISHRANDVS Prior et totus Conuentus, WILHELMO, Aduocato Egmundensis ecclesiae, aduocatiam feudalem Haecmundensem contulerunt anno MCCXXVI. quod exstat in *Corpore Iuris Feudalis Germanici*, a LVNIGIO euulgato Francofurti ad Moenum 1727. Tom. III. col. 710. N. XLIV. nec non Diplo-

Diploma, quo HAYMO Abbas et conuentus monasterii Lucellensis, ALBERTO Duci Austriae, feudum Aduocatiae concessit anno MCCCXXVI. quod maiores Ducis Austriae possederant; apud LVNIGIVM *Corp. Iur. Feud. Germ.* Tom. III. N. XLV. p. 711. impress. 1727. et Diploma FRANCISCI Episcopi ac Comitis Virdunensis, quod aduocatiam feudalem anno MDCLIII. contulit in LEOPOLDVM LVDOVICVM Palatinum Rheni; vid. LVNIGIVS c. l. Tom. III. Num. XLVI. pag. 711. Ita enim Imperator FRIDERICVS I. feudum aduocatiae Curiensis ecclesiae, consentiente Episcopo Curiensi, Sueuiae Duci filio FRIDERICO dedit, teste IOHANSEN GVLER VON WEINECK, in libro, qui titulum fert: *Raetia, das ist ausführliche vnd wahrhafte Beschreibung der dreyen loblichen Grawen Bündten vnd anderer Raetischen Völcker*, Lib. IX. p. 134. a. edit. 1616. Tiguri. In monasteriis eandem consuetudinem apertam videmus. Permultis nimirum eorum irrogatum est priuilegium, sibi eligendi aduocatum pro libera voluntate. Adparet hoc inprimis ex Diplomate, quod Imperator CONRADVS IV. Ebracensi coenobio largitus est, cuius verba adtexere liceat: „ Statuimus, vt, sicut ordo Cisterciensis ab omni Aduocatorum genere, iuxta primariam institutionem suam, semper „ liber exstitit et immunis, sic deinceps eadem ecclesia (excepto solo Romanorum Imperatore) nulli prorsus Aduocatorum, nisi cui voluntarie sese subiecerit, ita quod vrelle, „ (legendum videtur *velle*) postea valeat immutare, per praedia et possessiones suas aliquatenus sit subiecta. „ *q*) Add. eiusmodi priuilegium HENRICI IV. quod TRITHEMIVS in *Chron.*

q) De Confirmatione priuilegii huius, commentatur RVDOLPHVS HOSPINIANVS de *monachis*, hoc est de origine et progressu monachatus et ordinum monasticorum, equitumque militarium, tam sacrorum, quam secularium omnium, Lib. IV. Cap. IX. pag. 314. edit. Geneuae 1669.

Chron. Hirsaug. publicauit, ita se habens: „ Sin autem aptum „ et vtilem Aduocatum, vndecunque sibi placuerit, eligant; „ hic denique, Abbate petente, a Rege accipiat legitimum „ bannum et ter in anno, si necesse fuerit, aut in ipsam cellam, „ aut vbicunque, vel quando Abbati placuerit, inuitatus ab „ illo veniat, et ibi placitum iussum pro caussis et necessitati„ bus monasterii rite peragat; nullum autem seruitium aliud „ ius, aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi „ tertium bannum, et consuetudinariam iustitiam, et legem, „ quam ceteri Aduocati in aliis liberis monasteriis habent; „ super fures, proteruiam et censuales, et cetera talia, et in „ illis, trium placitorum diebus, in vnoquoque vnum mal„ thum de frumento, et vnum friscingum, et vnum siclum „ de vino, et cetera ad haec pertinentia. „ *r*) Verum non sumus nescii, Imperatores etiam inuitis Episcopis dedisse aduocatos, qua de re digna notatu prodidit EKKEHARDVS IVNIOR de *casibus monasterii S. Galli in Alamannia* Tom. I. Part. I. pag. 44. *rerum alamannicarum*, Francofurti 1661. editarum a GOLDASTO. Hinc Imperatores persaepe praescripserunt ecclesiis et monasteriis electionem aduocatorum, quemadmodum positos a capitulo in numerum aduocatorum, nonnunquam auctoritate sua corroborarunt, vt CYRIACVS SPANGENBERG in *der Hennebergischen Chronic* Lib. I. Cap. XXXIX. p. 75. edit. Argentorati 1599. refert: scribens hunc ad modum: „ es solte aber der Conuent yederzeit ei„ nen Vogt aus Grafen Bertholden Nachkommen erwehlen: „ so ferne einer aus denselben darzu tüchtig, wo nicht: als„ denn anderswo einen suchen. Vnd denselbigen solte dar-

„ nach

r) Sicco pede praetereundus non est ANT. DADINVS ALTESERRA de *origine et statu feudorum pro moribus Galliae*, Cap. XIII. pag. 22. excus. Argentorati 1728.

„ nach, auff des Abts Bitte, der Keyser bestettigen mit freyer „ Gewalt; iaehrlich drey Send oder Synodos zu halten, do „ es not;„ cetera. Constat quoque, electos illa ratione a monasteriis aduocatos, expetiisse sibi ab Imperatore bannum; qua de re perlustretur Charta HENRICI VI. anno MLXXIII. data monasterio Ebersperg; apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM in addit. ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. II. p. 191. edit. 1719. verbis: „Nullus Aduocatus ibi hereditario iu- „ re existat, sed Abbas, communicato fratrum collegii consi- „ lio, iustum et idoneum defensorem semper eligant, qui post- „ quam de iure et rebus ecclesiae conseruandis per sacramen- „ tum certitudinem fecerint, bannum a Rege vel Imperatore „ suscipiat.„ *s*) Pro certo autem habemus, Imperatores, tot tantisque negociis distentos, haec iura confirmandi aduocatos, posthabuisse paulatim, atque ita sine assensione Caesaris, multos aduocatos esse constitutos a praelatis, rem comprobante capitulo. Nota etiam prouocataque sunt multa diplomata, quibus potestas episcoporum cooptandi Aduocatos est restricta; velut in Diplomate, quod LOTHARIVS III. ecclesiae *Kaldenbrunnensi* indulsit; apud IOANNEM PETRVM DE LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum* Tom. X. Lib. II. Num. II. pag.

s) Chartam ad similitudinem excitatae accedentem, anno MXC. confectam, produxit beatus cancellarius I. H. BOEHMERVS in *Obseru.* ad PETRVM DE MARCA de *concordia sacerdotii et imperii* Lib. I. Cap. XII. Obs. XVIII. §. II. et in *Iure Ecclesiastico Protestantium* Lib. III. Tit. XXXV. §. XVII. pag. 320. edit. Hal. 1736. En verba diplomatis: „ quemcunque Abbas loci illius cum con„ silio fratrum suorum ad defenden„ dam monasterii libertatem et iusti„ tiam vtilem inuenire possit, qui non „ pro terreno commodo sed pro ae„ terna mercede hoc patrocinium sus„ cipere velit, hunc absque vllius con„ tradictione eligat, et bannum le„ gitimum non iure hereditario eum „ a rege suscipere efficiat. „

pag. 141. edit. 1733. haec reperimus: „ neminem Episcopus „ Aduocatum constituat, nisi quem prepositus pecierit, nec „ idem preter statutum aliquid ab eadem ecclesia exigat, nec „ aduocatiam diucius obtineat, quam ecclesie vtilitas postulauerit, et preposito placuerit. „ Non vero bonis solum ecclesiasticis, sed et ciuitatibus gerendis praefecerunt Episcopi aduocatos; quandoquidem potestatem iudicandi, episcopis commissam, exercebant Aduocati, nomine Episcoporum; vtpote qui in locum Comitum, iure illo olim pollentium, suffecti sunt. Quanquam ob vicariam istam operam, vrbium multarum iurisdictione paulatim exciderunt Episcopi; *t*) sed tamen in vrbibus Imperialibus occurrunt aduocatiarum feudalium exempla, coniunctarum cum libera ciuitatis electione. Augusta Vindelicorum hoc iure est conspicua, quod illustris IOANNES IACOBVS MOSERVS Tom. III. *der Einleitung zu dem Reichs-Hoff-Raths-Proceß* Cap. I. §. XCIV. pag. 128. edit. Francofurti et Lipsiae 1734. verbis hisce adumbrauit: „ Die „ Vogtey zu Augspurg stehet zwar auch dem Kayser vnd „ Reich zu, doch ist die Stadt von denen Kaysern befreyet, „ dass sie einigen anderen Vogt, dann den sie selbst zu einer „ ieden Zeit benennen vnd ihnen zu geben bitten, anzunehmen nicht schuldig, vnd derselbe von ihnen benannte „ Reichs-Vogt muss den Bann über das Blut zu richten von „ dem Kayser vnd Reich zu Lehen empfahen, den er hernach „ fürter seinen Vnter-Vogt, den mann Stadt-Vogt nennet, „ befehlen mag. *u*) Nordhusa simile suppeditat exemplum feudi,

t) Leges vtilia in HERMANNI CONRINGII Exercitatione de *vrbibus Germanicis* §. CXVI. Operum iunctim editorum cura b. IO. WILH. GOEBELII 1730. Tom. I. pag 512.

u) V. LVNIGIVS in *des Teutschen Reichs-Archivs* Partis specialis IV. *vnd letzte Continuation, erster Theil* pag. 180. edit. Lipsiae 1714.

feudi, de quo illustris IOAN. IACOBVS MOSERVS c. l. pag. 128. non ambigit, quin ita differat: „ so wurde an. 1716. d. 30. „ Sept. wegen Nordhausen resoluirt: daß wegen des Reichs- „ Schultheissen-Amts in gedachter Stadt sollen von derselben „ allemahl 3. taugbare, in den Rechten erfahrne vnd Gerech- „ tigkeit liebende Subiecta Ihro Kayserlichen Maiest. vorge- „ schlagen werden, um einen daraus zu erwaehlen, welcher „ hernach beym Reichs-Hof-Rath die gebührliche Pflicht „ abzulegen habe, wegen dessen Amts vnd Verhalts aber „ seye, nach der Würdigkeit deren Reichs-Schultheissen, auch „ eine zum Heil der Rechten vnd der guten Stadt zum Besten „ gründliche Instruction zu verfassen. „ cet. Neque minus animaduersione dignum est, multos in Germania dominos territoriales creasse quidem praefectos, iudices et Aduocatos, sed his ipsis esse inuestituram adplicatam ab Imperatore. Ceteris specimen esto, quod produxit Diploma GEORG. CHRIST. IOHANNIS *Tabularum litterarumque veterum* Spicilegio I. Num. XIX. pag. 58. seq. edit. Francofurti ad Moenum 1724. Proceres namque Imperii, per diuturnum temporis spatium in ea erant sententiā, iurisdictionem omnem pendere ex Imperatoris concessione feudali; qua de re supra dixisse, abunde est. Praeterea id cuique pro percepto liquet, et ex adhuc dictis fluit, penes Episcopum esse potestatem, eligendi laicos, absque consensione Pontificis Romani, ad aduocatias feudales. Valde id quidem negandum videtur, ob HONORII III. Breue, missum ad ENGELBERTVM I. Archiepiscopum Coloniensem eiusque suffraganeos, anno MCCXX. apud LVNIGIVM in *Spicilegii Ecclesiastici Fortsetzung des ersten Theils* Num. XXX. pag. 341. edit. Lipsiae 1716. cuius inscriptio ita se habet: *Pabst* HONORII III. *Breue an Ertz-Bischoff* ENGELBERTVM I. *zu Cölln vnd seine Suffraganeos, worinnen er ihnen anbefieblt die*

Aduocaten über ihre Kirchen keinen weltlichen Personen mehr anzuvertrauen. Sed nigrum cum rubro aut vix, aut nullo modo conuenit. En verba: „Cum plerique Aduocati ecclesiarum, „aduocationis obsequium conuertentes in dominationis abusum, Ecclesias ipsas opprimant et affligant, fraternitati vestrae „per Apostolica scripta mandamus, quatenus ecclesias vestrarum dioecescon, humano amore ac mundano timore postpositis, ab aduocatorum vexationibus taliter defendere studeatis, quod per studium vestrum a suis possint angustiis respirare, nosque solicitudinem vestram commendare merito „debeamus. Adhaec si quas aduocatias vacare contigerit, „expresse inhibeatis ecclesiis, ad quas spectant, ne illas conferre praesumant, sed suis curent vsibus applicare: illud districtius inhibentes, ne vna Ecclesia plures Aduocatos assumat, cum ministerium aduocatorum huiusmodi, quod ad „ecclesiarum tranquillitatem noscitur fuisse prouisum, ad vexationem ipsarum per eorum vsurpationes esse conuersum.„ cetera. Aduersari tamen videtur *cap. 2. hoc consultissimo, de rebus ecclesiae non alienandis*, in 6. quoniam feudum affert vtile dominium, *II. Feud.* 8. et *II. Feud.* 11. et laicus dominium rei ecclesiasticae acquirere nequit; *cap. cum laicis, 12. X. de rebus ecclesiae alienandis vel non*, adeo, vt Dd. teneant sententiam, absque auctoritate Papae factam eiusmodi infeudationem, esse praeter aequum et bonum, quamuis ecclesiae sit vtilissima. *x*) Verum enim vero Germanos se vel plane non conformasse ad illa pontificii iuris praecepta, vel suo exemplo comprobata statim migrasse, et repagula iuris huius perfregisse, nemo est, qui nesciat. Cui consuetudini patriae quadrat Glossa in *cap. 2. de arbitris, in 6.* et arg. *c. sine exceptione, cau. 12. quaest. 2.* et *cap.*

x) In hunc censum interpretum II. Conf. VII. pag. 374. et GAS. DE reponendus est ZASIVS *Consil.* Lib. CAL. *Consiliorum* Conf. VI.

cap. 1. non licet, X. de rebus ecclesiae alienandis vel non, et *Auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanctis ecclesiis*, et FORMVLA REFORMATIONIS EXHIBITA STATIBVS ECCLESIASTICIS IN AVGVSTANIS COMITIIS, c. 19. Add. GOLDASTVS Tom. III. *Recessuum, Constitutionum, Ordinationum et Rescriptorum* pag. 565. edit. Francofurti ad Moenum 1713. quo loco CAROLI V. Imperatoris constitutio de *obseruatione canonum, et Aduocatiis Protectionibusque ecclesiarum*, legitur. Nihilominus sunt, qui putent, quoniam leges prohibent alienationem rerum ecclesiasticarum, infeudationes etiam earum omnes, reprobandas esse: ast antiquas infeudationes, ante Papae VRBANI tempora constitutas, vel postea rite confectas, hoc est, vel consuetudine, vel statutis confirmatas vel adhibitas feudis oblatis, vel vrgente necessitate initas, validas esse, ipsi pronunciant pontificiorum cordatiores.

§. XV.

ADVOCATIAE FEVDA NONNVLLA PER FOEMINAS ACQVIRI, SVMMATIM EXPONITVR.

Foeminis confectas dotes, atque ita nuptias inprimis, praeter successionem hereditariam illarum, de qua deinceps, modis acquirendi feudum aduocatiae adnumerari, animaduertimus. *y*) Interpretum quidem communis sententia haec est: vasallus, sine consensu domini, feudum in dotem nequit transferre; *z*) quae ita explanatur: si enim pater filiae suppedi-

y) Quamuis regulariter coniuges sibi inuicem haud succedant in feudum, *I. Feud. 15.* et *II. Feud. 13.* pacta tamen, aeque ac leges singulares nec non feuda mere hereditaria, praecipue vero consuetudines, efficiunt hic exceptiones.

z) Idem vt euincant, ingenii neruos intendunt Dd. laudati a ZASIO Tom. IV. Operum col. 299. edit. 1550. qui-

peditaret feudum in dotem, id nos oporteret alienationis instar putare, quoniam dos a patre est soluenda. Attamen alia ratione pronunciandum est, si foemina proprium feudum promittit in dotem; *a*) haec enim re vera nihil alienat, quum dos ad eam reuertatur. *b*) Proin foemina hereditario iure, vel ob fundationem, similemue caussam, tenens aduocatiam, eandem potest marito largiri; id quod tum in secularibus, tum in ecclesiasticis aduocatiis obseruamus. *c*) Hinc HENRICVS Abbas, in Diplomate, quod insertum est LVNIGII *Corpori Iuris Feudalis Germanici* Tom. III. edit. Francofurti ad Moenum 1727. p. 709. „Cognoscat igitur, inquit, praesens aetas, ac postera, quod fideli Domino nostro „WILHELMO Aduocato Egmundensis ecclesiae, Aduocatiam, „quam ab ipsa ecclesia nostra feodaliter obtinet, et cuncta bo„na sua feudalia ab ecclesia nostra recepta, sub hac forma con„tulimus: quod si idem WILHELMVS sine filio legitimo de„cesserit, FILIA SVA MAIOR NATV PRAEDICTAM ADVO-

„CATIAM

quibus iungantur interpretes ad II. F. 9. §. 1.

a) In multis enim regionibus admitti ad feuda foeminas, conuenit inter omnes; quemadmodum etiam in compluribus feudis Imperii id perspicimus, nec non in feudis mere hereditariis, de quibus antea fecimus mentionem.

b) In hac tamen re, domini consensus, securitatis caussa, requiritur a quibusdam; iudice IVLIO CLARO *Sententiarum* Lib. IV. §. *Feudum*, Qu. XXXVI. Num. 2. pag. 197. edit. Francofurti 1590.

c) Quemadmodum etiam iudices et scultetos hereditarios passim in priscis monimentis deprehendimus. Vid. PAVLVS FRIDEBORNIVS in *Beschreibung der alten Statt Stettin in Pommern* Lib. I. pag. 42. IOANNES SAMVEL HERINGIVS in *der Nachricht von der Handels- vnd Kauf-Stadt Alten-Stettin erhaltenen Priuilegiis vnd sonderbahren Gerechtigkeiten* pag. 14. Feudorum iurisdictionis plura exempla produxit illustris CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDERVS in Dissert. de *modis adquisitae a ciuitatibus Germaniae mediatis iurisdictionis criminalis* §. XVII. pag. 18. edit. Ienae 1743.

„CATIAM CVM TOTO PRAEDICTO FEODO RECIPIAT; „ quod ſi nec filiam legitimam habuerit, frater ſuus ſenior le„gitimus ſucceſſor in eadem Aduocatia et dicto feudo ſtatua„tur. „ cetera. Neque minus in litteris clientelaribus feudi Aduocatiae Tridentinae, anno MCCLIX. datis MEINHARDO Comiti Goritienſi, haec legimus. „ Ita quod dictus Domi„nus Comes MENHARDVS, et frater eius Dominus Comes „ALBERTVS, et eorum HEREDES VTRIVSQVE SEXVS, vide„licet deficientibus maſculis, quod foeminae ſuccedant, et „ſuccedere debeant in praedicta feuda noua, et vetera, cum „omni iure, et actione, et honore, et iuriſdictione, et diſtri„ctu perſonarum et vaſallorum, et iuriſdictionibus omnibus; „ cet. apud FERDINANDVM VGHELLVM in *Italia Sacra*, ſiue de Epiſcopis Italiae et inſularum adiacentium Tom. V. pag. 607. edit. cura et ſtudio NICOLAI COLETI Venetiis 1720. Quod reliquum eſt, non ignoramus, foeminas quoque interdum praefuiſſe aduocatiis, *d*) et matrimoniis ſuis aduocatias delatas eſſe ad poſteros. Id ipſum diſcimus ex priuilegio, quod B. Mariae eccleſiae Cellae, ab Epiſcopo irrogatum fuit, in quo enunciatur, MECHTILDEM matronam nobilem hereditario iure in locum prioris aduocati eſſe ſuffectam. *e*) Sed de his §. ſequenti fuſius.

§. XVI.
DE ACQVISITIONE FEVDORVM ADVOCATIAE VEL TESTAMENTO, VEL AB INTESTATO RELICTORVM, MODISQVE ALIIS.

Leges clientelares quidem regulariter excludunt ita ſucceſſionem in feuda teſtamentariam, *I. Feud. 8. pr. II. Feud. 9. ſ. dona-*

d) Tacendus non eſt liber *de fundatione Monaſterii Gozecenſis* pag. 237.

e) Quod IO. PETRVS A LVDEWIG in *Reliqu. Manuſcr.* c. I.) protulit.

ſſ. donare, *f*) prout ſucceſſionem ab inteſtato in iis permittunt. *II. Feud.* 50. Quin etiam ipſa ſucceſſio ex pacto, nonnunquam hodienum feudis Germanorum adplicatur, *g*) quamuis ius Romanorum ab eiusmodi conuentionibus ſucceſſoriis abhorreat. Quantum ad feuda aduocatiae, ſucceſſionem in iis ſaepe habere locum, tam teſtamentariam, *h*) quam ab inteſtato delatam, tam ex lege, quam ex pacto oriundam, ſatis ſuperque conſtat, ex diplomatibus fide digniſſimis, adlatis ſupra (§. XV.) Nimirum feuda haec conſenſione domini et vaſalli ita determinari poſſunt, vt ſoli heredes fiant de aduocatia participes; vel ſub conditione, ne alienetur vnquam; *i*) vel ratione virtutum, ad defenſionem neceſſariarum; quamuis in Imperio R. G. ea obſeruanda itidem hic ſint, quae ſupra generatim de feudis Imperii expoſuimus. Itaque aduocatiae tam ordinariae, quam extraordinariae, admittunt quandoque translationem hereditariam, et id ipſum non in ſecularibus ſolum, ſed in eccleſiaſticis etiam aduocatiis ineſt; ita, vt vocabulum *aduo-*

f) Exceptiones recenſet SAMVEL STRYKIVS in tractatu de *cautelis teſtamentorum* Cap. V. membro III. §. II. ſeq. pag. 213. ſeq. excuſ. Halae Magdeburg. 1716. Nimirum feuda mere hereditaria, et conſenſus eorum, quorum intereſt, vel ius ſingulare huius illiusue feudi, recedendi a regula generali poteſtatem ſuppeditant. Add. STRYKIVS c. l. pag. 245. ſeq.

g) Vſui hic eſſe poſſe ANTONII BESSEL Diſſertationem de *exſpectatiua feudali* §. V. ſeq. pag. 5. ſeq excuſ. Wittebergae 1723. non diffiteor.

h) Nonnulli huc referunt feuda alienabilia omnia; quum tamen facultas alienandi feudum inter viuos, ſe non porrigat atque extendat ad poteſtatem alienandi feudum mortis cauſſa, et v. v. quandoquidem exceptiones ſtricti iuris ſunt, nec alia aliam ſemper ſub ſe comprehendit, atque hinc ea non praeſumitur, ſed probationem requirit, quae naturae feudorum aduerſatur.

i) Arg. *L. 1. §. ſi conuenit*, *D. depoſiti vel contra.* Legatur etiam INNOCENTIVS IV. Pontifex maximus *ſuper libros V. Decretalium*, fol. 440. a impreſſ. Francofurti ad Moenum 1570.

aduocati ordinarii, et verbum *aduocati hereditarii*, (*Erbvogt*) discrepent in sua significandi potestate, nec synonyma constituant; quanquam falsae hic complures sententiae adstipulentur. Igitur consequens est, vt interuallum magnum inter aduocatiam personalem et hereditariam interiectum sit. Si enim in conuentione, qua defensio promissa est, enunciatur, eum tantummodo esse debere aduocatum, cum quo confecta est pactio, tunc quilibet perspicit, aduocatiam haud transire ad heredes; vel, si hac lege data est aduocatia cuidam, vt patre demortuo, filius in beneficiarium Aduocatiae munus non succederet, nisi speciatim electus postea a monasterii praesule et monachis fuerit; de qua conditione formula occurrit in Diplomate HEINRICI Episcopi Ratisponensis, *Rorensi* ecclesiae concesso anno MCXXXVIII. En verba: „Hoc autem „officium, (Aduocati) nunquam hereditario iure ad filios „tuos, aut ad cognationem tuam descendat, sed nec ad te „ipsum pertineat, nisi quousque ecclesiam illam et quae illius „sint, fideliter et vtiliter tueri volueris, tu vel tua posteritas „sub eodem tantum iure includenda. „ cet. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM in additionibus ad HVND. *Metropol. Salisb.* Tom. III. edit. 1719. pag. 172. Coniungi etiam cum horum lectione potest testimonium, quod suppeditat RENATVS CHOPPINVS de *sacra Politia forensi* Lib. I. Tit. VII. Num. XVIII. pag. 144. excus. Parisiis 1609. Si vero de heredibus facta est mentio, aliter longe se res habet: quandoquidem tunc, ad exemplum iuris patronatus, vel per testamentum, vel ab intestato continuari et transferri solet aduocatia. Hereditarias vero aduocatias speciatim expendenti, patet, maximam aduocatiarum, inprimis ecclesiasticarum, multitudinem, esse hoc in censu. Praeter supra adlata exempla, hic excitare liceat Diploma FRIDERICI I. Imperatoris, quo B. *Vincentii*

monasterio bona iam oblata confirmat, et circa successionem aduocatorum eiusdem coenobii disponit anno MCLII. verbis: „ cum autem praenominatus OVDELARDVS in praesentiarum ipsius aduocatus existat, . . . ab hac vita decesserit, „ proximus ipsius haeres in aduocatiae officium succedat, et „ ita semper Aduocato defuncto alius praedicto modo succedat. „ cet. Vid. MARQVARDVS HERRGOTT *Genealogiae Diplomaticae Augustae Gentis Habsburgicae* Volum. II. Num. CCXXVIII. pag. 175. seq. edit. 1737. Percurramus catalogum aliarum tabularum publicarum: Diploma FRIDERICI Imperatoris, quo WALTHERO Praeposito Coloniensi, suisque in eadem praepositura successoribus, Aduocatiam villae *Woruncb* confirmat anno MCLIII. apud IOANNEM FRIDERICVM SCHANNAT in *Vindemiis literariis*, hoc est, veterum monumentorum, ad Germaniam sacram praecipue spectantium, collectione secunda, Num. VIII. pag. 115. excus. Fuldae et Lips. 1724. Diploma PHILIPPI I. Coloniensis Archiepiscopi de castro *Stabelcke* et aduocatia feudali in *Bacberache*, a CVNRADO Comiti Palat. Rheni, ac eodem momento eius iugali Dominae IRMENTRVDI, eiusque filiae AGNETI, iure feudali concessa anno MCLXXXIV. apud LVNIGIVM *in des Teutschen Reichs-Archivs* Spicil. Ecclesiast. *Fortsetzung des I. Theils von Ertz-Stifftern auch Teutschen vnd Johanniter Orden* Num. XXI. pag. 338. Diploma Imperatoris HENRICI VI. quo HENRICO CALEDINO feudales aduocatias dedit anno MCXCVII. apud MARTINVM CRVSIVM *Annal. Sueuic.* Part. II. Lib. XII. pag. 525. seq. excus. Francofurti 1595. BALDVINI Flandriae et Hannoniae Comitis Diploma, quo monasterii Niniuensis Aduocatiam seu protectionem suscipit anno MCCI. et his vtitur verbis: „ Exemplo praedecessorum meorum, qui Niniuensem „ Abbatiam sua auctoritate roborarunt, ego quoque simili „ modo

„ modo ipſam et res eius auctorizare decreui, et eam liberam „ eſſe, et ad meam Aduocatiam iure hereditario pertinere, profiteor; hoc ei ſtatuens Decretum, ne deinceps eius Aduocatia de manu Flandrenſium Comitum dari, vel exfeodari „ praeualeat „ cetera; apud AVBERTVM MIRAEVM *Donat. Belgic.* Cap. LXXIX. *Operum Diplomaticorum et Hiſtoricorum* Tom. I. p. 562. edit. Bruxellis 1723. Diploma FRIDERICI II. Romanorum Regis, quo ſub Regiae maieſtatis ſpecialem protectionem recipit monaſterium Lorch vna cum vniuerſis ſuis bonis eidemque confirmat ſuas poſſeſſiones, et aduocatiam ſuae familiae in perpetuum annectit anno MCCXV. quod legitur in libro, cuius titulus eſt: *Documenta rediuiua monaſteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtenbergico ſitorum*, Num. V. p. 727. edit. 1636. Diploma FRIDERICI Halberſtadienſis Epiſcopi, in quo declarat, SIGFRIDVM Comitem IN BLANCKENBVRG renunciaſſe aduocatiae monaſterii *Hoyſeborch*, hereditario iure ſibi competenti, anno MCCXX. apud. LVNIGIVM Continuatione I. Spicilegii Eccleſiaſtici Num. II. p. 797. ſeq. Bulla INNOCENTII IV. qua confirmat ceſſionem Aduocatiae hereditariae Abbatiae Huysburgenſis, a SIGFRIDO Comite BLANCKENBVRGENSI factam; apud LVNIGIVM in Continuatione I. *Spicilegii Eccleſiaſtici* pag. 799. Num. III. Diploma autem SIGFRIDI Comitis, quo renunciat Aduocatiae hereditariae, ſiſtit LVNIGIVS c. l. Num. V. pag. 800. In hunc cenſum reponendae ſunt Ducis Sileſiae HENRICI IV. litterae, quibus aduocatiam Vratislauienſis ciuitatis hereditariam ſe acquiſiuiſſe facta permutatione, declarat anno MCCLXXXI. apud LVNIGIVN in *des Teutſchen Reichs-Archivs* Part. Special. *vierter vnd lezter Continuation andern Theils Fortſetzung* Num. VI. pag. 233. ſeq. Iungatur inſtrumentum ſuper Aduocatia (quam Comes et maiores eius ab eccleſia nomine feudi tenu-

 erunt)

erunt) per Comitem de Hirsberg, eo adhuc viuente, Episcopo et Capitulo Eystettensi per modum testamenti remissa et resignata anno MCCXCVI. apud IO. HENR. DE FALCKENSTEIN in *Codice Diplomatico Antiquitatum Nordgauiensium* Num. CXVII. pag. 104. seq. edit. Francofurti et Lipsiae 1733. nec non LVTHRVDIS Abbatissae in *Wetter* Diploma de statu Aduocatiae eiusdem loci; ex quo patet, Aduocatiam esse feudalem, et transire ad heredes; apud perillustrem VAL. FERD. DE GVDENVS *Sylloge I. variorum Diplomatariorum monnumentorumque veterum ineditorum adhuc*, Num. XV. pag. 597. edit. Francofurti 1728. et *der Aebtissin* IVTTEN *zu Quedlinburg Leben-Brieff vor Hertzog* RVDOLPHEN *zu Sachsen vber die Vogtey zu Quedlinburg*, de anno MCCCXX. apud LVNIGIVM in *des Teutschen Reichs-Archivs* Spicilegii ecclesiastici *dritten Theil* Cap. VII. *von Aebtissinnen* p. 229. N. LXXXVII. Referimus huc porro litteras inuestiturae ratione eiusdem Aduocatiae, de anno MDCLXXXXV. in LVNIGII *Grundfeste Europaeischer Potentzen Gerechtsamen*, Num. XXXVII. p. 799. seq. impress. Lipsiae 1716. Legatur etiam Austriae Ducis ALBERTI Diploma, Germanice conscriptum, *worinn er vor sich vnd seine Nachkommen als Erb-Vogt vnd Beschirmer der Probstey Berchtoltzgaden, sie zu fürdern, zu vogten vnd zu beschirmen versprochen*, anno MCCCCXXXVII. apud GEWOLDVM ad HVND *Metropol. Salisb.* Tom. II. pag. 129. edit. 1719. Pari modo Misnensis Marchio, fundator *Montis Sereni*, filiorum vel heredum quemlibet suorum seniorem, post se Aduocatum loci constituit ordinarium, vt perhibet *Chron. Montis Sereni* ad ann. MCLVI. et WOLFGANG KRAVSS VON KVNZENHAVSEN in *der Meisnischen Chronica* pag. 75. edit. Lipsiae 1576. qui haec protulit: *Marggraff* CONRAD *verordnete vor seinem todt mit seinen sönen, das alleweg der elteste seines vatters tittel solt*

haben

haben vnd ein Voit sein S. Petersberg, vnd solten alle ire Begrebnis alda haben. Penitus quoque consulantur litterae ALBERTI abbatis Indensis, anno MCCXLVIII. concinnatae, ex quibus adparet, Aduocatiam Domino d'AVDENARDE concessam, transire ad heredes; apud EDMVNDVM MARTENE in *Thesauro nouo Anecdotorum* Tom. I. pag. 1038. edit. Lutetiae Parisiorum 1717. Hereditaria Aduocatia elucet etiam *aus dem Haupt-Vertrag zwischen* OTTO HEINRICHEN *vnd* PHILIPPEN, *Pfalzgrafen bey Rhein vnd Herzogen in Bayern an einem; dann Abt* CONRADEN *zu Kaysersheim, am andern Theile,* de anno MDXXXIV. apud LVNIGIVM in *des Teutschen Reichs-Archivs* Spicilegii Ecclesiastici *dritten Theil,* Num. XIII. pag. 815. seq. Constat non minus, Austriae Archiducem esse in Archiepiscopatu Salisburgensi aduocatum hereditarium, teste IO. IACOBO FVGGERO *im Spiegel der Ehren des höchstlöblichsten Kayser vnd Königlichen Ertzhauses Oesterreich* Lib. II. Cap. II. pag. 163. excus. Norimbergae 1668. et WOLFGANGO LAZIO, in opere, cuius index est: *Reipublicae Romanae in exteris prouinciis, bello acquisitis, constitutae commentariorum libri duodecim,* Lib. XII. Cap. IX. pag. 1054. edit. Francofurti ad Moenum 1598. quamuis Bauariae Dux item adpellitetur Salisburgensis ecclesiae patronus; vt tradit IOANNES ADLZREITTER Annalium Boicae Gentis Part. I. Lib. XXV. Num. VIII. pag. 656. edit. Francofurti ad Moenum 1710. cum praefatione G. G. LEIBNITII. *k*) Praeterea Archidux Austriae est hereditarius

Ttt 3

k) En verba ADLZREITTERI ad annum MCCLXXXV. „Archiepiscopus, vt Pontificatus initia pace firmaret, cum HENRICO Boiariae Duce collocutus, eum ecclesiae suae, quippe quae a Boicis Principibus esset ampla dote, ditionisque „magna parte liberaliter erecta, Patronum agnouit: recitatae quoque sunt nuper sancitae cum FRIDERICO pactiones, quas HENRICVS non ea, qua par erat, sinceritate seruauit, male functus munere boni tutelaris„ cetera.

rius aduocatus in Epiſcopatu Tridentino, vt et in Brixienſi, atque in Abbatia Murbacenſi; id quod affatim docet REC. IMP. Auguſtae Vindelicorum anno MDXLVIII. exaratus, §. LXIX. pag. 455. *aller des H. R. Reichs gehaltenen Reichstaege vnd Abſchiede*, edit. Moguntiae 1692. Conf. tamen Brixienſem Aduocatiam quod attinet, *compendiöſen Extract aus der gründlichen Vorſtellung eines Herrn Biſchoffen zu Brixen Territorial-Gerechtigkeit*, cet. *erſten, andern vnd dritten Theils*, cet. *von dem Brixiſchen Cantzler* PHILIPP BAERTLE *vor der Kayſerl. Deputation übergeben zu Wien den* XXXI. Oct. MDCCXII. apud IOANNEM CHRISTIANVM LÜNIG in *der Grundfeſte Europaeiſcher Potenzen* Part. I. Num. LXXXVI. pag. 750. ſeq. excuſ. Lipſiae 1716. et pag. 773. Praecipue vero obſeruamus, Brandenburgici Electoris Sereniſſimi Aduocatiam in Abbatia Werdenſi eſſe perpetuam; de qua multa ſtilo ſignata ſunt in *Elect. Iur. Publ.* Tom. VII. Num. LVII. pag. 935. ſeq. edit. 1715. *l*) Olim quoque Pomeraniae Principes idem ius exercuiſſe in Epiſcopatu Caminenſi, cuius fundatores erant, oſtendit AEGIDIVS VAN DER MYLEN de *antiqua Pomeranorum Republica* §. IX. inſert. libro, qui inſcribitur *Pomerania Diplomatica*, *ſiue Antiquitates Pomeranicae* ex tabulis publicis et diplomat. vetuſtis ſcriniorum ſacrorum et profanorum magna cura in lucem protractis illuſtratae, cum praefat. MART. RANGONIS edit. 1707. Francofurti ad Viadrum pag. 97. Facile igitur eſt ad intelligendum, non feudales ſolum, ſed et alias aduocatias tranſire ſaepe ad heredes. Patefacit et refert hoc in apertum BALDVINI Hannoniae Comitis Diploma, in quo iura et conſuetudines villae ac Praepoſiturae Haſprenſis confirmat, cuius

ſe

l) l. c. legitur ſub lit. A. *Kayſerl. Confirmation der zwiſchen Sr. Chur-Fürſtl. Durchl. zu Brandenburg, vnd Hn. Abten zu Werden eingegangener Vergleichen*; cetera. Conſulatur quoque *Reichs-Fama* Part. IV. Cap. XIX. pag. 352. ſeq. edit. Francofurti et Lipſiae 1729.

se se et successores suos Hannoniae Comites Aduocatiam habere, agnoscit anno MCLXXXIV. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum* Tom. III. pag. 351. edit. Bruxellis 1734. Quae quum ita sint, sequitur, multa feuda aduocaiae, ad exemplum nonnullorum aliorum feudorum, ad foemintas transire per hereditates; si nimirum foemina, vel primum omnium fuit inuestita, vel primo feudum fuit a masculo acquisitum, sed sub conditione, vt ad feminas, masculis deficientibus, perueniret; ita, vt, licet in litteris clientelaribus feudum nuncupetur *ein Mannlehn*, foeminas tamen non semper prohibeant leges a successione; quoniam vocabulum *Mann*, saepenumero vasallum, non vero semper sexum indicat, *m*) et praeterea Fuldico more, pro natura feudorum, foeminis aditus ad successionem haud praeclusus est. Quamuis compertum habeamus, *II. Feud.* 36. iubere, foeminas submoueri; nota tamen etiam est regula: *Pedum incuruatum, seu Camboca neminem excludit: (Krumstab schleußt niemand aus)* hoc est, lege feudali alias exclusae, nimirum foeminae, admittuntur ad successionem. *n*) Hinc legibus et consuetudini, passim in Germa-

m) Hoc argumentum pertractauit IO. HENRICVS BOECLERVS in dissert. *de personis feudi capacibus*, edit. Argentorati 1719. Cap. II. pag. 19. seq.

n) Vid. *Krumstab schleußt niemand aus*, hoc est votiua relatio compromissi feudalis, inter reuerendissimum Principem et Dominum, Dominum FERDINANDVM etc. Archiepiscopum Coloniensem, nec non illustriss. eiusdem capitulum Metropolitanum: contra Statuum patriae nobilitatem, et Pares curiae feudalis ibidem agitati; referente WERNERO THVMMERMVT edit. 1643. et IOANNES GOEDDAEVS Volumine IV. *Consiliorum* siue responsorum doctorum et professorum facultatis iuridicae in academia Marpurgensi, Consil. XXXVII. Num. DCCXLIV. pag. 852. et Num. DCCXCIV. pag. 861 Num. MLXXVII. pag. 900. edit. Francofurti ad Moenum 1631. nec non HENRICHMAN Consil. XXXII. Num. VIII. Vol. III. *varior. Germ.* et WESEMB. *Consil.* LXXIV. Num. XXIV. KLOCK *Relat.* *Cam.*

Germania receptis, conuenienter, feuda quaedam aduocatiae perueniunt ad foeminas, tam succeſſione teſtamentaria, quam succeſſione ab inteſtato. Quod hereditarium ius, in feudis ſatis multis aduocatiae, ſi licet coniecturam noſtram adferre, ducit originem ex hoc inſtituto: quum olim hominibus, muneri cuidam ſplendido praepoſitis, in optatis eſſet, vt idem honor deferretur poſteris ſuis, dabant operam, vt inueſtitura illud officium iniungeretur, tanquam indicio hereditariae in eiusmodi munus ſucceſſionis. Sed quoniam Principes aliique domini facile animaduertebant, ex muneribus hereditariis, et ſpeciatim aduocatiis, prouenire mali gangraenam, per omnes articulos populi permeantem; vel ruptum prorſus eſt vinculum clientelare ratione eorum, vel domini adhibuerunt quidem ritus feudales, ſed adiectis conditionibus infirmarunt labefactaruntque indolem feudalem, ita, vt interdum verba insererent litteris clientelaribus: *ſo lange vns ein anderes beliebet*, vel *bis auf vnſer Wiederrufen*; vel formulam: *habeat Aduocatiam*, *nullo ſucceſſionis iure*. Vid. Diploma IOANNIS Abbatis Admuntenſis apud A. R. P. BERNARDVM BEZIVM in *theſauro anecdotorum nouiſſimo* Tom. III. Part. III. pag. 747. Num. LIX. edit. Auguſtae Vindelicorum et Graecii 1721. Conf. etiam litterae inueſtiturae ab Imperatore IOSEPHO MDCCVI. datae Domino DE MENTZINGEN verbis vtente: *daß gedachter von* MENTZINGEN *gedachter von Augſpurg Land-Vogt*, *ſein Lebenlang*, *oder auf ihrer der von Augſpurg Wohlgefallen*, *vnd Wiederruffen ſeyn*, *vnd den Bann über das Blut zu richten*, *an ihrer ſtatt von vns vnd dem H. Reich in Lebensweiß innenhaben*; cet. apud LVNIGIVM in *des Teutſchen Reichs-Archivs* Partis ſpecialis IV. *vnd*

lezten

Cam. XXVI. Num. LXXXVI. IGNATIVS IOSEPHVS BARTMANN in Diſſert. de *feudis eccleſiaſticis Quaeſt.* IV. pag. 11. ſeq. edit. Argentorati 1711.

lezten Continuation Part. I, pag. 180. Num. LXIX. edit. Lipsiae 1714. Quae species luculenter comprobant, personae electam esse industriam, non transeuntem ad successores; *o*) et conuenire haec feuda speciatim cum feudis Guardiae, (§. III.) et Castaldiae, quae plerumque tantum sunt annalia. *I. Feud. 2.* Quod reliquum est, non feuda solum aduocatiae stricte sic dicta admittere possunt successionem hereditariam, sed protectiones etiam hereditariae, quatenus supra secernendae fuerunt ab aduocatiis; id quod patefaciunt *Monumenta Würtenbergica* sub tit. documentorum *Monasterii Bebenhusani* Num. XXI. pag. 400. edit. Tubingae 1636. Quemadmodum vero ostendimus, feuda aduocatiae bene multa capi hereditate, ita liquet quoque ex Diplomatibus, nonnullas aduocatias datas tantum esse ad dies vitae. Hoc enim narrando complectitur Diploma, quo OTTONI DE STOPHEN ab Abbate et Conuentu monasterii S. Blasii aduocatia super possessionibus in villa *Crozingen*, ad dies vitae, defertur anno MCCXCIV. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplomat. Habsburg.* Tom. III. Num. DCLXXI. pag. 553. edit. 1737. in hoc Diplomate nempe verba occurrunt: „ publice recognoscens, quod „ hanc aduocatiam pro persona mea tantum recepi, quae qui„ dem me cedente, vel decedente, penitus euanescit, et ad „ monasterium reuertitur libere praelibatum, heredum meo„ rum, quibus post cessum vel decessum meum in praefata „ Aduocatia ius nullatenus competit, contradictione non ob„ stante; „ cetera. IOANNIS TRITHEMII testimonio id etiam euin-

o) Arg. *L. 31. D. de solutionibus et liberationibus.* Vid. IACOBVS MENOCHIVS, de *arbitrariis iudicum quaestionibus et causis* Lib. I. Quaest. LXVIII. Num. IX. pag. 60. edit. Coloniae Agrippinae 1684. et apud eum ALEX. Conf. X. Lib. V.

euincitur hocce: „ Constituit autem Archiepiscopus aduoca-„ tum Hirsaugiensis monasterii ipsum Comitem ERLAFRI-„ DVM, sub ea conditione, vt mortuo patre filius in aduoca-„ tiam non succedat, nisi fuerit ad eam per Abbatem et mo-„ nachos assumtus. „ cet. *p*) Quin etiam ad breuius tempus quandoque constituti sunt aduocati; etenim in LOTHARII III. et FRIDERICI I. Imperatorum priuilegio, ecclesiae *Kaldenbrunnensi* concesso anno MCXXXVI. et an. MCLXXIX. leguntur haec: *nec aduocatiam diucius obtineat, quam ecclesie vtilitas postulauerit, et preposito placuerit*; cetera; apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum* omnis aeui Diplomatum Tom. X. Lib. II. pag. 141. edit. Halae Salicae 1733. Sed lubens volensque plura generis huius aduocatiarum, tum feudalium, tum allodialium exempla, praetermitto, ne cetera persequendo sim longior.

§. XVII.
DE PRAESCRIPTIONE FEVDORVM ADVOCATIAE.

Hactenus de acquisitione feudorum aduocatiae, vel testamento, vel ab intestato relictorum; sequitur alius modus feudum aduocatiae constituendi, puta praescriptio. Omnis quidem feudi constitutio posita est in inuestitura; *I. Feud.* 25. et *II. Feud.* 1. *in fin.* verum non requiritur semper actualis inuestitura, quum in praescriptione praesumtio illam inducat, seu, vt alii docent, praescriptio conueniat cum inuestitura, *II. Feud.* 33. *q*) nec non efficiat feudi constitutionem extraordinariam. *r*) Si autem sine inuestitura acquirendum est feudum

p) Produxit haec verba HOTOMANNVS in Commentario de *verbis feudalibus*, sub voce *Aduocatia*.

q) GVILIELMVS HANNETONIVS de *iure feudorum* Lib. II. Cap. I.

r) De duplici modo, quo scilicet prae-

dum praescriptione, necesse est, vt per triginta annos, domini res tanquam feudum teneat vasallus, hoc est possideat, et seruitia ei praestet, credatque, ob probabilem caussam, esse rem feudalem *II. Feud. 26. §. 4. II. Feud. 33. pr. s*) Consequens igitur est, vt feudum aduocatiae pari ratione queat constitui. Inde etiam patet, si domini concessu seruitia feudalia per XXX. annos praestantur, pronunciandum esse, fundum factum esse feudalem; *t*) quamuis aduocatiae seculares nonnunquam breuiori temporis spatio praescribantur. Arg. *L. fin. C. de praescriptione longi temporis, et L. 11. D. de publiciana in rem actione, et cap. cura pastorali, X. de iure patronatus,* et *authent. quas actiones, C. de sacrosanctis ecclesiis,* Add. *Commentaria* FELINI SANDEI in *cap. de quarta, X. de praescriptionibus,* col. 186. Partis I. Commentariorum excus. Basileae 1567. BARTHOLOMAEUS CAEPOLA in Tract. de *seruitutibus vrbanorum praediorum* Lib. I. Cap. XIX. *u*) THOMAS MAVLLIVS in libro de *homagio, reuerentia, obsequio* cet. pag. 197. seq. typis impress. Leodii 1701. et MATTH. STEPHANI de *Iurisdict.* Part. III. Cap. XVII. Num. VIII. In feudis quidem aduocatiae ecclesiasticae, leges expostulant XL. annos, ob fauorem erga ecclesiam; *x*) sunt tamen haud pauci, qui praeter illud annorum spatium, exigunt titulum, bonam fidem et alia, de quibus iam disceptare mihi collibitum non est, quum commentationis non indigeat res, in

Vv v 2 qua

praescriptio feudalis consideratur tanquam modus feudum de nouo constituendi, et vt modus feudum transferendi, quod iam antea tale fuit, ab vno vasallo in alium, vid. LVDOVICI c. l. Disp. V. pag. 51.

s) MODESTINI PISTORIS Consilium XXII. pag. 273. *Consiliorum siue Responsorum* Volum. impress. Lipsiae 1586.

t) SPECVL. in tit. *de feud.* §. II.

u) insert. Tom. VI. P. II. Tractatuum illustrium Iurisconsultorum, fol. 182. b. seq. edit. Venetiis 1584.

x) ZASIVS Operum Tom. IV. pag. 268. edit. 1550.

quia cogitationem fixere permulti Dd. *y*) Haec tamen adstruere illis liceat, praescriptionem XXX. annorum, quam feudis adhibemus, iuxta *II. Feud. 26. §. 4.* videri minus consonare cum *II. Feud. 87.* quo loco sermo est de longo tempore, quod vti ex *pr. I. de vsucapionibus et longi temporis praescriptionibus*, *z*) et ex *t. t. C. de praescriptione longi temporis decem vel viginti annorum*, coniicimus, complectitur spatium decem annorum. Verum enim vero titulus *II. Feud. 87.* requirens longi temporis praescriptionem, secundum praeceptiones feudalis iuris, et non iuxta loquendi rationem in iure ciuili vsitatam, explicare nos oportet: atqui constat, triginta annorum tempus, vocari longum tempus, collat. *II. Feud. 26.* cum *I. Feud. 28.* Ergo haec quoque significatio ratione praescriptionis feudalis vt valeat, necesse est. *a*) Ceterum quum superioritatem territorialem ipsam, h. e. adudeaniam superiorem, eiusque iura, per continuationem quasi possessionis temporis legibus et moribus definiti, legitime acquirendi modus sit notissimus; *b*) sequitur, vt partes istius complexus iurium, ac proin aduocatiae simplices, eaeque feudales, simili ratione exoriri queant.

§. XVIII.

y) KOLBIVS c. l. Confutat. signi IV. Solmensis Artic. III. et IV.

z) Inter absentes quidem XX. anni c. l. requiruntur.

a) Merentur heic conferri *Feudales Controuersiae illustres*, vndecim Disputationibus olim in academia Lipsiensi publice propositae a SIGISMVNDO FINCKELTHAVS transductae in illustrem Iuliam praeside HENRICO HAHNIO Disputat. VIII. Contr. VI. pag. 270. edit. Helmaestadii 1655. et GEORGIVS HENRICVS BRÜCKNER in Diss. de *Feudo informi* Cap. II. recus. Halae Magdeburgicae 1739. pag. 22. seq.

b) Quae huius loci sunt, traduntur in MICHAELIS GRASSI Dissert. de *praescriptione superioritatis territorialis acquisitiua* §. VI. edit. Tubingae 1717.

§. XVIII.

DE IVRE SVBINFEVDANDI ADVOCATIAE FEVDA.

In feudis aduocatiae constitutis subinfeudandi ius insit, nec ne? magna quaestio est. Nos quidem omni adseueratione adfirmandam eam sub certis conditionibus esse, existimamus, iuris feudalis praeceptionibus conuenienter. *II. Feud. 34. §. 2. II. Feud. 9. II. Feud. 3. §. 1.* Eoque magis ita pronunciamus, quum subinfeudandi facultas concessione inclusa contineatur principali, *c*) et adeo feudis ecclesiasticis subinfeudatio possit adcommodari, *d*) quum non facile iniungat ecclesiae detrimentum; etenim feudatarius ecclesiae, concedens feudum alteri ecclesiae, non desinit esse vasallus ecclesiae, sed acquirit sibi alium vasallum in ecclesiae vtilitatem. *e*) Ad conditiones ipsas quod attinet, sub quibus instituenda est subinfeudatio, requirimus primo, vt a vasallo ei tantum detur feudum, qui compos est earum virtutum et seruitiorum, quas exigit feudum aduocatiae; *II. Feud. 34. §. similiter;* id quod ex ipsa rei natura prono fluit alueo. Indeque sequitur, vt subinfeudatio sub iisdem clausulis et determinationibus fieri debeat, quibus infeudatio fuit confecta. Vid. *II. Feud. 26. §. beneficium*, et *II. Feud. 34. §. profecto*, nec non WILHELMVS LVDWELL in tractatu de *diuisionibus feudorum*, Cap. I.

Vvv 3 pag.

c) Plura de his suppeditabit ADR. BEIER ad SCHNOBEL D. VIII. Th. XXV.

d) IVLII CLARI *Sententiarum* Lib. IV. §. *Feudum*, Qu. XXXII. Num. II. pag. 194. *Receptarum Sentent.* Oper. omn. excus. Francofurti 1590. ibique GOEZAD Cons. LXII. Num. V.

e) Legenda, quae hac de re monent WILHELMI LVDWELL *tractatus feudales tres* iunctim editi Altdorffi 1665. de diuisionibus feudorum Cap. I. pag. 19. et GOTHOFREDVS SCHILTERVS in Commentatione de *Subinfeudatione*, edit. Ienae 1741.

pag. 19. edit. 1665. Tunc necesse est, vt aduocatus subinfeudans sit in bona fide. *II. Feud. 9.* et *II. Feud. 26. §. beneficium.* Dehinc licita est infeudatio, nisi leges speciales, vel pacta, repugnent subinfeudationi. Prout scilicet interdum subinfeudatio pendet ex ipsa necessitate, et vasallus impeditur, quominus ipse praesit aduocatiae, eamque ob caussam subinfeudat eandem; ita nonnunquam prohibitae sunt subinfeudationes. *f*) Itaque licet subinfeudanti potestas ab analogia iuris feudalis, et consuetudinibus nonnullarum regionum, abhorreat; *g*) in feudis tamen Imperii ipsis ius subinfeudandi est receptum *h*) etiam ratione feudorum aduocatiae. Quum vero subaduocati multis ecclesiis onera imposuissent grauissima, prospexerunt sibi quaedam ecclesiae, praescripta norma, ne sine consensu ecclesiae, subaduocatos constituere amplius posset aduocatus. *i*) Conf. *Acta Murensis Monasterii* pag. 22. et HVN-

DIVS

f) In concilio Remensi, anno MCXLVIII. habito, c. 6. haec sancita sunt: „Prohibemus, vt nullus aduo„catus, praeter beneficium antiqui„tus constitutum, aliqua sibi accipe„re vel vsurpare praesumat. Subad„uocatos vero vel exactores eorum „modis omnibus ab ecclesiarum in„festationibus prohibemus. „

g) Vasallus namque regulariter non potest feudum suum in subfeudum alicui offerre, nisi dominus consentiat, et ii, quorum interest, secundum leges, vel pacta. Quemadmodum quoque dominus non tenetur, ad se deuoluto feudo, ratam habere subinfeudationem; quamuis et hic locum habeant exceptiones quas attigit GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS in *Syntagm. Iuris Feudalis* Cap. XII. §. XIII. pag. 455. seq. excus. Francofurti ad Moenum 1734. Add. illustris IOANNIS GEORGII ESTOR *auserlesene kleine Schrifften im ersten Band* pag. 732. seq. excus. Giessae 1734.

h) Adstipulatur ERICVS MAVRITIVS in *posit. Feudal.* decade XIII. Posit. VII.

i) Tum multis feudalibus Aduocatis, tum compluribus eorum, qui absque nexu clientelari praeerant Aduocatiis, ius constituendi subaduocatos fuit ereptum. Vid. Imperatoris LOTHARII Diploma, irrogatum

anno

DIVS in *Metropol. Salisb.* Tom. III. pag. 164. excus. 1719. qui exhibet EBERHARDI Archiepiscopi Salisburgensis Diploma, in quo inprimis haec notamus: *vt ergo libertas loco illo* (sermo est de coenobio Reicherspergensi) *illi a fundatoribus destinata et priuilegiis Apostolicis confirmata, inconcussa permaneat, nos quoque praesenti pagina, sigillo nostro communita, omnino interdicimus, ne loco illi vllus deinceps a principali Aduocato; per ius beneficiale subaduocatus ponatur; quoniam subaduocatiae tales tam synodalibus quam etiam imperialibus iudiciis abiudicatae sunt:* cet. et in Diplomate EBERHARDI Archiepiscopi, quo Aduocatia feudalis anno MCXLIV. conceditur OTTONI Comiti Palatino Rheni, Duci Bauariae, verba adhibentur: „ Duci contulimus iure feudi, ita tamen, quod idem Dominus Dux „ nullam potestatem habeat eandem Aduocatiam alicui feodaliter conferendi, sed ipsam personaliter debeat retinere; „ cet. apud HVNDIVM *Metrop. Salisb.* Tom. II. pag. 165. edit. 1719. Vid. quoque FRANCISCVS PAVLLINI in Exercitatione de *aduocatiis monasticis* §. XXX. pag. 562. typis exscript. 1698. adiect. BVSSONIS WATENSTEDII *Chron. Mind.* qui mentionem facit de Aduocatia, quam Dominus ASSENBVRGIVS ab HERMANNO, Comite Pyrmontano, hic vero a Corbeia, feudi titulo acceperat. Hinc VRBANVS IV. firmiores obices anno MCLVI. ponere conatus est contra Imperatores, qui subaduocatos monasteriis persaepe praefecerant, vsque ad tempora huius Pon-

anno MCXXXV. ecclesiae Luneburgensi, verbis: „ Praeterea statuimus, „ vt nullus omnino Subaduocatus vnquam constituatur, vel Herbergariis exactionibus, seruitiis equorum, „ aut petitionibus familia ecclesie „ grauetur. „ Quod Diploma exstat in *der grundlichen Ausführung des von Sr. Königl. Maiest. von Groß-Britannien auch Churfürstlichen Durchl. zu Braunschweig vnd Lüneburg Aemtern zustehenden Rechts wieder die an Seiten des Closters St. Michaelis in Luneburg neuerlich gemachte Praetension auf die iurisdictionem omnimodam* Cap. VI. §. I. pag. 66. seq. edit. Cell.

Pontificis. Porro HENRICVS Bauariae et Saxoniae Dux, in Diplomate apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM in *Additionibus* ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. III. pag. 80, excuſ. 1719. ſcribit hunc ad modum: „ Nos ad petitionem Praepoſiti et fratrum Pollingenſis eccleſiae, Aduocatiam eiusdem „ loci a Domino noſtro HARTMANNO venerabili ſanctae Brixinenſis eccleſiae epiſcopo feudali iure recepimus, eo nimirum tenore, vt nunquam a manu noſtra vel haeredum noſtrorum ad ſubaduocatos vel vicarios beneficiali iure deſcendat, ſed perſonaliter ditioni ac protectioni noſtrae pertineat. „ Pari modo FRIDERICVS, Romanorum Imperator, in Diplomate, quo EGINONEM Epiſcopum Curienſem ab omni ſeruitio curiae ſuae et Imperii eximit, ob Aduocatiam Curienſem, in eius filium FRIDERICVM Ducem Sueuiae collatam, „ nouerit, ait, tam praeſens, quam ſucceſſura poſteritas, quod praefatus princeps noſter EGINO Epiſcopus feodum Aduocatiae Curienſis, cum ipſa Aduocatia, filio noſtro „ FREDERICO Duci Sueuiae eo iure conceſſit, quo eam Comes RODVLFVS DE BREGENZE, et poſtmodum Comes „ RVDOLPHVS DE PHVLLENDORF, obtinuiſſe dinoſcitur. Praedictus autem filius noſter hoc modo Aduocatiam poſſidebit, vt nec ipſe, nec aliquis haeredum, vel ſucceſſorum eius, „ eam vel ex parte, vel ex toto, cuiquam hominum vnquam „ concedere attemptet. Quod ſi non obſeruauerit, omni „ iure in ea priuetur; et Epiſcopus, in quemcunque alium „ volet, transferat; „ cet. apud R. P. MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplomat.* Auguſtae Gentis Habsburgicae Tom. II. Num. CCXL. pag. 188. edit. Viennae Auſtriae 1737. Conſtat quoque, Imperatorem FRIDERICVM, poena amiſſionis aduocatiae, eos compeſcuiſſe, qui creauiſſent ſubaduocatos. Videſis priuilegium, eccleſiae Richerspergenſi datum ab Imperatore

ratore FRIDERICO an. MCLXII. verbis: „ Nos in nostrae Imperialis Maiestatis et omnium successorum nostrorum, Regum „ et Imperatorum tutelam suscepimus, (Ecclesiam Richerspergensem) statuentes et firmiter praecipientes, secundum antiquam et primitiuam illius loci libertatem . . . vt nullus Aduocatorum siue ipsius loci, siue praediorum ad ipsum locum „ pertinentium, praesumat, aut facultatem habeat illic Subaduocatores ordinare sub titulo beneficiariae concessionis, aut „ exactiones et grauamina indebita fratribus praedicti loci, seu „ ministratoribus, aut colonis superimponere. Quod si quandoque ex consensu Praepositi et fratrum, principales Aduocati aliquem sibi procuratoris officio subsecundauerint, vltra „ beneplacitum praepositorum, qui pro tempore ibidem praefuerint, et fratrum suorum in administratione Aduocatiae „ nullatenus permaneat; „ quod prostat editum Diploma in *Chron Monasterii Reicherspergensis*, cui accesserunt varia Diplomata Romanorum Pontificum ex MS. Codice peruetusto collecta et euulgata per CHRISTOPHORVM GEWOLDVM Monachii 1611. pag. 209. seq. Diploma EBERHARDI Salisburgensis Archiepiscopi, anno MCLX. promulgatum, datumque ecclesiae Richersspergensi, comprehendit similem prohibitionem hancce: *sed nec Subaduocatum iure beneficiali constituat;* (Aduocatus principalis) Vid. pag. 200. citat. *Chron. Monast. Reichersp.* et pag. 201. quo loco adduntur haec: *quoniam Subaduocatiae tales tam synodalibus, quam imperialibus iudiciis, abiudicatae sunt;* cetera. Contra ista litteris clientelaribus *der Aebtissin* IVTTEN *zu Quedlinburg vor Hertzog* RVDOLFFEN *zu Sachsen über die Vogtey zu Quedlinburg*, anno MCCCXX. exaratis, haec inserta sunt: „auch leihen wir dass dieser vor„ genanter Hertzog diese vorschriebene Voigtey, mit dem „ Vnterscheid vnd dem Rechte als Wir vorgenennet haben,

„ ſoll leihen dem Edlen Herrn von Reinſtein, Graffen VLRI-„ CHEN dem Altern, vnd ſeinen rechten Erbnehmem, zu ei-„ nem rechten Lehne, wann ſie das an ihme geſinnen; „ cetera. apud LVNIGIVM in *des Teutſchen Reichs-Archivs* Spicilegii Eccleſiaſtici *dritten Theil* Cap. VII. *von Aebtiſſinnen* pag. 229. Num. LXXXVII. Quemadmodum FRIDERICVS II. Imperator, in confirmatione priuilegiorum, ac bonorum monaſterii Hirſaugienſis, „ Statuimus, inquit, inſuper et ſanctimus, „ quod poſtquam aduocatia eiusdem monaſterii ad manus no-„ ſtras et HENRICI illuſtris Romanorum Regis kariſſimi filii „ noſtri peruenerit, a manibus noſtris et heredum noſtrorum „ alienari vel diſtrahi nunquam poſſit. nec liceat nobis aut he-„ redibus noſtris in ipſa Aduocatia Subaduocatum conſtitue-„ re, niſi quem Abbas et Conuentus eiusdem monaſterii po-„ ſtulauerint ſibi dari; „ cet. Vid. hoc Diploma in *Documentis rediuiuis monaſteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtembergico ſitorum*, Num. V. pag. 343. publicae luci expoſit. 1720. Quamuis vero multi olim ſubaduocatorum, tum eccleſiarum, tum monaſteriorum partes obtinuerint, *k*) vt patet ex Diplomate BALDVINI PII Flandriae Comitis, quo ARNVLPHVM Aldenardenſem, eiusque ſucceſſores, conſtituit anno MLXIV. ſubaduocatos monaſterii Eihamenſis; apud AVBERTVM MIRAVM *Operum Diplomaticorum et Hiſtoricorum* Tom. I. Cap. XXXIII. pag. 153. edit. Bruxellis 1723. nec non ex Diplomate LOTHARII II. Imperatoris, aureis caracteribus exarato, bullaque aurea inſignito, quo monaſterii Stabulenſis immunitates et

k) Nonnulli quidem aduocatos omnes eccleſiarum, comparatos cum Imperatore, vocant Subaduocatos; quum Caeſar ſit ipſe ſummus aduocatus tum eccleſiarum, tum monaſteriorum omnium: aſt vocabulum ſubaduocati, ſenſu alio hic nobis accipi, quilibet agnoſcit, ſupra propoſita expendens.

et poſſeſſiones confirmantur anno MCXXXVII. hunc in modum: *Aduocatum a noſtra manu accipiat . . Qui aduocatus ſi ſecundum a ſe aduocatum ordinare voluerit, ille ſecundus bannum a noſtra manu accipere debebit.* cet. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *Veterum Scriptorum et Monumentorum* Tom. II. pag. 100. edit. Pariſiis 1724. vt et ex Diplomate CONRADI II. Imperatoris, quo anno MCXXXVIII. omnia monaſterii priuilegia corroborata ſunt; quod ſiſtunt EDMVNDVS MARTENE et VRSINVS DVRAND c. l. Tom. II. pag. 104. non ignoramus tamen, conſuetudinem illam magna ex parte exoleuiſſe. Nihilominus in vrbium Imperialium aduocatiis compluribus, iisque feudalibus, ſubaduocatos conſtituendi poteſtatem obſeruamus; id enim, ratione Aduocatiae Auguſtanae, conuenit inter omnes. Illuſtris Ictus IOANNES IACOBVS MOSERVS vere et grauiter de ea haec prodidit: *l*) „ derſelbe „ Reichs-Vogt muſs den Bann über das Blut zu richten von „ dem Kayſer vnd Reich zu Lehn empfahen, den er hernach „ fürter ſeinem Vnter-Vogt, den man Stadt-Vogt nennet, be- „ fehlen mag. „ Ita quoque Elector Palatinus protexit per diuturnum temporis ſpatium *das Keßler Handwerck*, et hoc iure eſt inueſtitus, ea lege, vt in tractu terrarum Rhenano, Alſatiae et Franconiae, ars illa ab iis tantum exerceretur, qui auſpiciis Electoris in album recepti fuerint, ſoluerintque nummos quosdam pro inſcriptione; quod quidem aduocatiae feudum familiis certis, ſpeciatim, ZOBELIORVM genti, in ſubfeudum datum eſt. *m*) De aliis alibi.

 §. XIX.

l) in *der Einleitung zu den Reichs-Hof-Raths-Proceſſ* Part. III. Cap. I. §. XCIV. pag. 128. ſeq. edit. Francofurti et Lipſiae 1734.

m) cum hoc priuilegio, vt ſuppellectilem cupream, ad totius rei domeſticae vſum ſufficientem, iis gratis ſubminiſtrare teneantur. Vid. CHRI-

§. XIX.

ADVOCATIAE FEVDA SVNT VEL ECCLESIASTICA, VEL SECVLARIA, ET A VASALLIS SAEPENVMERO REFVTATA.

Pro diuersitate aduocatiae secularis atque ecclesiasticae, feuda aduocatiae secularia ab ecclesiasticis dispescere licet. Nam quasi naturam ecclesiasticarum imitantur seculares aduocatiae; sic feuda aduocatiarum secularium adcommodata sunt ad normam feudorum aduocatiae ecclesiasticae. Quandoquidem aduocatiae feuda, si originem primam respicimus, vt consuleretur rationibus ecclesiae, sunt potissimum constituta; quum antistites, se suaque bona seruaturi, varia praedia, feudi titulo traderent viris potentibus, quos ad iusiurandum fidelitatis et defensionis suscipiendae adegerant. Quapropter forsan a multis aduocatia nuncupatur, tutela et defensio collegii alicuius clericalis: *n*) quum tamen aliae etiam aduocatiarum species feudalium inueniantur, prout adhuc disputata speciatim de aduocatiis ciuitatum Imperialium, luculenter condocent. *o*) Res quidem culpa eorum, qui illam possident, saepe fit pessima; hinc ex aduocatia trahentes mala ecclesiae, nihil antiquius iudicabant libertate; haec quoque

que

CHRISTOPHORI BESOLDI *thesaurus practicus* Tom. I pag. 512. edit. Ratisbonae 1740. sub tit. *Kefflerschutz*, et GOTHOFREDVS SCHILTERVS c. I. §. LXXXVII. pag. 55.

n) Vti id ipsum fecit RENATVS CHOPPINVS de *sacra Politia forensi* Lib. I. Tit. VII. Num. XVIII. pag. 144. excus. Parisiis 1609. En verba: ADVOCATIA, *est defensio tutelaque sacerdotalis collegii alicuius, vel monasterii.*

o) Add. PETRI PITHOEI *Memoires des Comtes hereditaires de Champagne et Brie*, qui liber insertus est ipsius operibus Sacris, iuridicis, historicis, miscellaneis, edit. Parisiis 1609. pag. 473. seq.

que ipsa passim data est, tum multis ecclesiis, tum aliis, qui aduocatis fuere vexati, tum feudalibus, tum non feudalibus; id quod ostendunt complura Diplomata: nimirum BALDVINI Insulensis Flandriae Comitis priuilegium, monasterio Martianensi concessum anno MXXXVIII. apud IOANNEM BVZELINVM in *Gallo-Flandria* sacra et profana pag. 527. Lib. III. Cap. XX. edit. Duaci 1625. quo se ipsum Aduocatum constituit BALDVINVS ecclesiae Martianensis, ac HVGONEM tanquam vicarium, ac minorem Aduocatum sibi substituit. *p*) Diploma exemtionis a iure Aduocati, concessum ex auctoritate GEBEHARDI Episcopi Herbipolensis anno MCLIII. apud IOANNEM FRIDERICVM SCHANNAT *vindemiae literariae* collectione II. Num. XVI. pag. 184. edit. Fuldae et Lipsiae 1723. Diploma LVDOVICI Comitis Lossensis, anno MCLV. exaratum, apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Historicorum* Tom. I. Cap. XCI. pag. 700. edit. Bruxellis 1723. Diploma FRIDERICI Imperatoris, Aquileiensi ecclesiae datum anno MCLXXVII. apud FERDINANDVM VGHELLVM in *Italia sacra* Tom. V. pag. 67. edit. Venetiis 1720. cura et studio NICOLAI COLETI, et pag. 68. seq. vbi declaratur, pro remedio animarum, aduocatias refutasse BVRKARDVM et HENRICVM perpetuos Aduocatos. FRIDERICI Imperatoris Diploma, ecclesiae Goslariensi datum, quo vsurpationes Aduocatorum prohibet, et commodis ecclesiae consulens, quaedam bona eiusdem, ab onere Aduocatos habendi, eximit anno MCLXXXVIII. apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELD *Antiquit. Poeld.* Num. XIII. p. 286. excus. Guelpherbyti 1707. FRIDERICI I. Imperatoris priuilegium, quo fratri-

p) De interpretatione chartae illius, legatur IOANNES BVZELINVS *Gallo-Flandriae* Lib. III. Cap. XX. pag. 528. qui etiam notam inurit crudelitatis pristinis Aduocatis Martianensis ecclesiae.

fratribus Goslarienſibus immunitatem ab aduocatis tribuit an. MCXC. apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELD *Antiquit. Poeld.* Num. XIV. pag. 287. impreſſ. 1707. PHILIPPI Romanorum Regis priuilegium pro monaſterio Alderspach de amotione aduocati; in quo monaſterium ſimul defenſionem recipit et Aduocatiam, a ſe et Imperio nunquam alienandam; indultum anno MCXCIX. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. II. pag. 43. edit. 1719. Diploma LIVPOLDI Ducis Auſtriae et Styriae, quo monaſterium Chremiſae, Aduocatorum iugo exemtum, antiquae libertati reſtituit anno MCCXVII. apud SIMONEM RETTENPACHER in *hiſtoria Norica cum annalibus monaſterii Cremiſanenſis, in Auſtria Superiore*, pag. 173. edit. Salisburgi 1677. FRIDERICI II. Imperatoris priuilegium, Hildesheimenſi eccleſiae conceſſum, quod aduocatiam Comitum Woldenbergenſium et LVDIGERI DE INDAGINE, aliorumque, pecunia acquirere poſſint, anno MCCXX. indultum; apud celeberrimum IO. CHRISTOPHORVM HARENBERGIVM in *Hiſtoria Eccleſiae Gandersbemenſis Diplomatica* p. 428. impreſſ. Hannouerae 1734. Diploma FRIDERICI Halberſtadienſis Epiſcopi, anno MCCXX. confectum, ab Aduocatis eximit coenobium Huyſeborch, cuius Aduocatiae renuntiauerat Comes SIGFRIDVS DE BLANCKENBVRG; apud LVNIGIVM *Continuatione I. Spicilegii Eccleſiaſtici* pag. 798. CVNRADI DE HIRZBERG, dicti STRALENBERGERE, Diploma de bonis in *Schriesheim*, nouem marcarum pretio ab Aduocati iure liberatis, anno MCCXXXI. apud VAL. FERD. DE GVDENVS Sylloge I. Num. LXXVII. pag. 176. ſeq. typis exſcript. Francofurti ad Moenum 1728. Bulla GREGORII IX. miſſa ad Abbatem Ciſtercii, et vniuerſos coabbates Ciſtercienſis Ordinis, qua ab oneribus aduocatiae et cuſtodiae omnibus liberantur anno MCCXVI.

MCCXVI. quae legitur in *Magno Bullario Romano* Tom. I. p. 76. ſeq. excuſ. Luxenburgi 1727. OTTONIS Com. Pal. Rheni et Ducis Bauariae priuilegium, capitulo cathedrali Friſingenſi conceſſum anno MCCXXXV. apud LVNIGIVM *Spicil. Eccleſ.* Contin. I. Num. IV. pag. 518. ſeq. Charta ſuper bona in Quenſtede in Comitatu Mansfeldenſi et alia ad conuentum Quedelnburgenſem ſpectantia, exempta a iure aduocatitio declarat an. MCCXXXVIII. apud FRIDERICVM ERNESTVM KETTNER in *Antiquit. Quedlinburg.* Num. VIII. pag. 268. ſeq. edit. 1712. Diploma Nobilis CVNRADI dicti de STRALENBERG, quo eximit tam pro ſe, quam pro heredibus ſuis, bona Schonaugienſis eccleſiae a iure Aduocatiae Schriesheimenſis anno MCCXL. apud VAL. FERD. DE GVDENVS Sylloge I. Num. LXXXIX. pag. 195. edit. Francofurti ad Moenum 1728. FRIDERICI Ducis Auſtriae et Styriae exemtio ab Aduocatorum vexatione et ſecularium iudicum ditione monaſterii ad S. Florianum, facta anno MCCXLIII. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuſcriptorum* Tom. IV. Num. IV. pag. 221. ſeq. impreſſ. 1722. Diploma, quo RVDOLFVS Comes de Habsburg renunciat Aduocatiae, quam habebat in reſpectu poſſeſſionum in *Islinkon*, anno MCCLIX. promulgatum; apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsburg.* Tom. II. Num. CCCCXXV. pag. 346. edit. 1737. Charta, qua SIMON DE SCHAVENBVRG bona quaecunque a ſubditis ſuis ad monaſterium Schonaugienſe prouentura, a iure Aduocatiae libera vult atque exemta, anno MCCLXV. apud perilluſtrem VAL. FERD. DE GVDENVS *Sylloge I. varior. Diplomatar.* pag. 248. excuſ. Francofurti 1728. HENRICI DVCIS DE BRVNSVIC Diploma, quo montem *Langenberg* ad eccleſiam Goslarienſem iure proprietatis pertinentem, liberum ab omni Aduocatorum et Officialium vexatione eſſe, pronunciat anno

MCCLXXX.

MCCLXXX. apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELD in *Antiquit. Poeld.* Num. XXVIII. pag. 297. edit. Guelpherbyti 1707. Diploma, quo ALBERTVS Dux Auſtriae monaſterium *Vallis S. Catharinae* ab Aduocatia Abbatis Schaffhuſani, reſpectu quarundam poſſeſſionum, abſoluit anno MCCXCII. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. III. Num. DCLXIII. pag. 548. impreſſ. 1737. Indultum ADOLPHI Romanorum Regis, quo monaſterio Amorbacenſi facultatem concedit, Aduocatias etiam ab Imperio feudaliter deriuatas redimendi, anno MCCXCVI. apud IGNATIVM GROPP in *Hiſtor. Amorbac.* pag. 219. ALBERTI I. Romanorum Regis, ſolemnis liberatio monaſterii Bebenhuſ. ab omni iugo Aduocatorum prouincialium, omniumque ſuae Maieſtatis officialium, cet. facta an. MCCCV. in *documentis rediuiuis monaſt. praecip. Wirtenb.* Num. XIX. pag. 242. edit. 1720. Priuilegium a FRIDERICO Marchione Miſnenſi protectionem ſuorum progenitorum conuentui in Buren confirmante, ac exemtionem ab oneribus Aduocatorum largiente, datum anno MCCCXXXIII. apud perill. VAL. FER. DE GVDENVS Syllogc I. *variorum Diplomatariorum* Num. XVII. pag. 334. ſeq. edit. 1728. Diploma Imperatoris LVDOVICI IV. inſcriptum: LVDOVICVS IV. *beſtetigt dem Gottes-Hauß zu Herren-Alb ihre Freyheit, daß ſie keinen Vogt haben ſollen*, anno MCCCXXXVIII. in *Documentis rediuiuis Wirtemberg.* Num. X. pag. 87. recuſ. 1720. Diploma, ferens titulum: CARL. *der* IV. *Roemiſcher Koenig befreyet das Gotteshauß Lorch, daß mit deſſen Leuth vnd Gut niemand zu ſchaffen hab, dan der Abt vnd Convent;* item, *daß niemand Geiſtlich oder Weltlich Khein Vogtey, oder Vogt-Recht auf ihre Güter ſetze, ſo dan, daß ſie ſelbſt einen eignen Schirmer erkennen, auch ſelbigen wider abſetzen khinden;* promulgatum an. MCCCXLVII. in *Documentis rediuiuis Monaſt. Wirtenb.* Num. XIII. pag. 458. ſeq.

ſeq. edit. 1720. Fide Diplomatum modo firmata a nobis, hiſtoriarum quoque monimentis aliis illuſtrantur, *q*) vti obſeruamus, aliquando monaſteria, et alia bona, in Aduocatia quadam ſita feudali, ſigillatim eſſe leuata exactionibus et aliis aduocaticii iuris moleſtiis; quod perhibet Diploma Regis HENRICI; Schonaugienſi monaſterio datum, ratione bonorum huius monaſterii, ſitorum in *Scharra* ſiue *Virnheim*, anno MCCXXIX. apud perilluſtrem VAL. FERD. DE GVDENVS Sylloge I. *Variorum Diplomatariorum* Num. LXXI. p. 165. edit. Francofurti ad Moenum 1728. et Imperatoris FRIDERICI II. priuilegium, eccleſiae Hildeſienſi anno MCCXX. conceſſum; apud LVNIGIVM in *des Teutſchen Reichs-Archivs* Spicilegii Eccleſiaſtici *andern Theil, von Hoch-Stifftern* Num. VII. p. 258. Ex quibus efficitur, inprimis imperante FRIDERICO II. et temporibus ſequentibus, permultis epiſcopis iugum ſeruitutis eſſe hac in re detractum; *r*) ita, vt hodienum pauci praeſules immediati aduocatis vtantur iſtiusmodi, quum praediti ſint ſuperioritate territoriali, *s*) et hac vnica nitantur plurimi eorum, atque in huius ſpe requieſcant. *t*) Attamen adhuc reman-

q) velut *Chronologia Abbatum Ilſineburgenſium*, apud LEIBNITIVM Tom. III. *Scriptorum Brunſuicenſia illuſtrantium* pag. 686. impreſſ. Hanouerae 1711.

r) Sed tamen non omnibus; quamuis nonnulli ſine iuſtis cauſis prouocent ad FRIDERICI II. Imperatoris Conſtitutionem de *iuribus principum eccleſ.* quam ſiſtit IOANNES SCHILTERVS inſtitutionum *Iuris Publici R. G.* Tom. II. Tit. XV. pag. 112. ſeq. Num. III. et IV. excuſ. Argentorati 1728.

s) Fatente NICOLAO MYLERO AB EHRENBACH in *Archologia Ordinum Imperialium* Cap. XIV. pag. 133.

t) De origine ſuperioritatis territorialis, et aduocatiae ſupremae per eam acquiſitae a Statibus, edidiſſerit NICOLAVS CHRISTOPH. LYNCKERVS in Diſſert. de *ſuperioritate territoriali* pag. 7. ſeq. edit. Ienae 1686.

mansisse reliquias et varia feuda aduocatiae, tam superioris, quam simplicis, et speciatim ecclesiasticae, supra tradita commonstrant luculenter; quam quoque ob caussam Imperator Principes Germanorum in territoriis suis inuestire solet *mit allen Praelaturen vnd Clöstern, derselbigen weltlichen Obrigkeit, Schutz, Rechten vnd Aduocatien;* quemadmodum alii exspoliarunt prouincia Aduocatos, vel resignarunt haec feuda Aduocatiae, vel in fauorem aliorum, vel simpliciter; prout testimoniis id comprobant chartae, quibus B. et E. nobiles de LVPHIN ab HARTMANNO Comite de Kiburch petunt, vt Aduocatiam in Basindingen et Rudolfingen dimittat, eamque monasterio *Vallis S. Catharinae conferat;* apud MARQVARDVM HERRGOTT *Genealogiae Diplomaticae Augustae Gentis Habsburgicae* Volum. II. Num. CCCCLVII. pag. 738. verbis: „ Aduocatiam super villas *Basindingen* et *Rudolfingen*, quam „ susceptam a vobis nomine feodi tenuimus, quam etiam C. „ miles dictus de SALVNSTAIN hactenus tenuit a nobis in feo- „ dum per manum nobilis viri C. dicti de TENGIN, sub certo „ et manifesto testimonio sigilli nostri et litterarum nostrarum, „ Dominationi vestrae simpliciter et libere resignamus, sup- „ plicantes humiliter et instanter, quatenus de ipsa aduocatia „ benigne in Domino faciatis, quod Priorissa et Conuentus „ sororum Vallis S. Katarinae prope Diezzinhovin expetierint „ a vobis, et monasterio suo iudicarunt expedire; „ cet. Add. Diploma CVNRADI Archiepiscopi Magdeburgici, quo Aduocatiam in coenobium B. M. feudi iure delatam DENSTEDIIS pincernis, ab his, pretio soluto, refutatam, donat coenobio B. M. anno MCCLXXIV. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. II. Dipl. CLXXIII. pag. 465. excus. Francofurti et Lips. 1720. Imperatores etiam eiusmodi resignationes cumularunt

atque

atque adauxerunt munifice. Hinc in Diplomate LOTHARII III. Imperatoris, dato ecclesiae *Kaldenbrunnensi*, haec habentur: „ne pestifera Aduocatorum potestas in futurum „ in latitudine malicie se exerceat, ne infesti possint esse eccle- „ siis. Concedimus specialiter Ecclesie Kaldenburnensi. vt „ si quas valeat redimere bonorum suorum Aduocatias. no- „ stre donationis suffulta liberalitate. et maiestatis potentia. „ redimat. et si quisquam aduocatorum spiritu sancto ducen- „ te. propria voluntate. liberaliter. vel pro pecunia. siue quo- „ cunque modo iuri suo in aduocaciis renunciare voluerit. „ liberam habeat a nobis licenciam renunciandi. et cedendi. „ et quicquid iuris nostri est in ipsis aduocaciis. quia ad no- „ stram spectant maiestatem et dispositionem. beato protho- „ martiri in Halberstat. offerimus. ita tamen. vt Episcopus de „ cetero nulli eas possit porrigere - - - Item qui de imperiali „ beneficio gaudent. Vt beneficiis suis renunciare valeant. „ et vendere, vel donare fratribus in Kaldenbunnen. prebe- „ mus assensum. et adiicimus pro remedio anime nostre, vt „ obsequia prius nobis et successoribus nostris consueta. eis „ persoluantur. „ cet. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. X. Lib. II. Num. II. pag. 141. seq. edit. Halae Salicae 1733. Liceat vero plura de refutatione et remissione feudorum aduocatiae varii generis subiungere haec: Diploma, quo HEINRICVS Comes Palatinus Rheni resignauit beato Petro et Treuerorum Archiepiscopo IOANNI Aduocatiam eiusdem, cum omnibus appendiciis, tam feodatis, quam non feodatis, sub clausula, quod nec ipse, nec aliquis heredum suorum, eandem Aduocatiam vnquam repetat, anno MCXCVIII. apud MARQVARDVM FREHERVM in *Originibus Palatinis* Part. I. Cap. XI. pag. 107. sequ. edit. Heidelbergae 1686. Cuius

 resi-

resignationis aliud exemplum, factae ab HEINRICO, sed aliqua ex parte mutatum, exstat in I. DVMONT *Corps Universel Diplomatique du Droit des Gens* Tom. I. Part. I. pag. 123. excus. Amstelodami 1726. PHILIPPI Episcopi Catalaunensis Charta, remittens ius Aduocati monasterio S. Basoli prope Remos, anno MXCVI. apud IOANNEM MABILLON de *Re Diplomatica* Lib. VI. Num. CLXIII. pag. 589. seq. edit. Parisiis 1681. Diploma de remissione Aduocatiae Rorheim, quam in beneficio habuit WALTHERVS DE HVSEN, exaratum est anno MCLIX. et exstat apud perillustrem VAL. FERD. DE GVDENVS *Sylloge* I. *Variorum Diplomatariorum* p. 18. seq. edit. Francofurti ad Moenum 1728. Diploma, quo WIDEKINDVS Comes de Waldekke, Aduocatiam ecclesiae Paderbornensis in manus Episcopi resignat ao. MCLXXXIX. apud NICOLAVM SCHATEN *Annal. Paderb.* Part. I. Lib. IX. pag. 883. GERHARDI DE SCHAVENBVRG Diploma, quo renuntiat praetenso iuri aduocaticio curtis Nuenheimensis anno MCCXI. apud perillustrem VAL. FERD. DE GVDENVS in *Sylloge* I. *Variorum Diplomatariorum* Num. XXXIII. p. 82. excus. 1728. Diploma LIVPOLDI Ducis Austriae et Styriae, super Aduocatia feudali in Landfridstetten et aliis iuribus a DVRINGO DE RATELBERGE in fauorem monasterii Medlicensis sibi resignatis anno MCCXVII. apud PHILIBERTVM HVEBER in libro inscripto: *Austria ex Archiuis Mellicensibus illustrata* Lib. I. Cap. II. pag. 14. typis impress. Lipsiae 1722. ALBERTI Archiepiscopi Magdeburgensis Diploma, quo vasallo dat potestatem resignandi mansum vna cum Aduocatia, in fauorem monasterii *Gratia Dei*, anno MCCXVII. confectum; apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. XI. Lib. III. Num. XLI. pag. 567. edit. Halae Salicae 1737. HENRICI Com. Palat. ad Rhe-

Rhenum resignatio Comitatus Stadensis et Aduocatiae Bremensis, facta anno MCCXIX. apud STAPHORST *Hist. Eccl. Hamb.* P. I. pag. 642. LVDOVICI Comitis Pal. Rheni et Ducis Bauariae Diploma super cessione Aduocatiae in Virnheim, anno MCCXXVI. confectum; apud perillustrem VAL. FERD. DE GVDENVS *Sylloge* I. pag. 146. seq. *Variorum Diplomatariorum*, quae prodierunt 1728. Diploma OSTERLINDIS Abbatissae Quidelingeb. de HOIERI Comitis resignatione Aduocatiae feudalis, anno MCCXXXI. conscriptum; apud FRIDERICVM ERNESTVM KETTNERVM *Antiquitat. Quedlinburgens.* N. I. pag. 255. impress. Lipsiae 1712. Diploma OSTERLINDIS Abbatissae Quedelinburgensis super refutatione Aduocatiae quorundam bonorum ecclesiae montis sanctae Mariae pertinentium, publicatum anno MCCXXXI. apud FRIDERICVM ERNESTVM KETTNERVM *Antiquitatum Quedlinburgensium* Num. V. pag. 259. edit. Lipsiae 1712. Resignatio Comitis HOIERI Aduocatiae quinque mansorum, monasterio Quedlinburgensi facta anno MCCXXXIII. quam antea feudi titulo tenuerat; apud FRIDERICVM ERNESTVM KETTNERVM *Antiquitatum Quedlinburgensium* pag. 260. Num. I. Nobilium DE BODENSTEIN abrenunciatio iurisdictionis et Aduocatiae in monasterium Buren, de anno MCCXXXVIII. apud perillustrem VAL. FERD. DE GVDENVS *Sylloge I. variorum Diplomatariorum* pag. 308. edit. 1728. Diploma, in quo nobiles DE SCHAVENBVRG pro se et heredibus suis abrenunciant iuri aduocatitio bonorum coenobii apud Hendschuchsheim (Schonaugiensis) anno MCCXL. apud perillustrem VAL. FERD. DE GVDENVS *Sylloge I.* Num. LXXXVIII. pag. 194. *Variorum Diplomatariorum* excus. 1728. Charta WERNHERI Abbatis Hersfeldensis, qua Aduocatia in *Zeerwin S. Scherben* a C. DE BVCH refutata Abbati Hirsfeldensi et ab hoc

 con-

concessa est coenobio Mymeleben anno MCCXLIV. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum* Tom. V. Lib. I. N. LXXX. pag. 105. seq. edit. 1723. et OTTONIS Comitis DE BVCH resignatio aduocatiae in Mymeleben iuxta Scherwen bonorum monasterii facta Abbati Hersfeldensi anno MCCXLIV. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliqu. Manuscr. omnis aeui Diplomatum* Tom. V. Lib. I. Num. LXXV. pag. 100. seq. GERBERTI DE STOTLE resignatio Aduocatiae in Bramstede, quam iure feudali ab Archiepiscopo GERARDO et ab Ecclesia Bremensi tenuerat, ecclesiae Bremensi facta, anno MCCXLVIII. apud ERPOLDVM LINDENBROGIVM *Scriptorum Rerum Germanicarum Septentrionalium* pag. 174. seq. excus. Hamburgi 1706. Instrumentum resignationis super Aduocatia apud Wileberch, ab VL. et CHVNRADO dictis RVODO, coenobio *Montis Angelorum* datum an. MCCLI. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplomat. Habsb.* Tom. II. Num. CCCLXIII. pag. 296. seq. excus. 1737. Contestatio GERARDI DE GOZCHON, qua Aduocatiam feudalem duarum Scupozarum Comitibus de Habsburg se resignaturum promittit anno MCCLIV. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Genealog. Diplomat. Habsburg.* Tom. II. Num. CCCCLXXXIII. pag. 313. impress. 1737. Renunciatio aduocatiae litigiosae facta Zuettlensibus ab OTTONE et CHVNRADO Comitibus de Bleyen, anno MCCLIV. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. IV. Lib. II. Num. XV. pag. 41. edit. 1722. Diploma, quo HARTMANNVS Comes senior de Kyburc Aduocatiam in Tunreton, et in Altorf, Dominis DE REGENSPERC relinquit, iisque remittit, si quid ante hac vltra sortem in ea recepissent, anno MCCLIV. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. II. Num. CCCLXXXVI. pag.

315.

315. edit. 1737. Diploma, quo LVDOLPHVS DE HADMARSLEVE, ecclesiae *Montis Sionis* reddit Aduocatiam super duodecim mansos, quam iure foedali tenuerat, anno MCCLIV. apud FRIDERICVM ERNESTVM KETTNER *Antiquit. Quedlinb.* Num. XX. pag. 283. seq. edit. Lipsiae 1712. BERCHTOLDVS nobilis DE SNABELBVRG Comitibus de Habsburg resignat feudum ecclesiae in Tellwile, iisdemque commendat monachos de Wettingen pro obtinenda illa feudali aduocatia, anno MCCLV. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsburg.* Tom. II. Num. CCCLXXXIX. pag. 317. edit. 1737. Charta HARTMANNI Comitis iunioris de Kiburg, qua venditionem boni cuiusdam, ab ALBERTO Abbate Augiensi factam monasterio Vallis S. Catharinae, probat, et in gratiam eiusdem monasterii Aduocatiam feudalem, quam eo in bono tenuerat, resignat anno MCCLXII. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. II. Num. CCCCLIV. pag. 376. qui prodiit 1737. Diploma, cuius inscriptio est: *Kaufbrief* CONRADI *Praepositi S. Wiperti über 6. Husen Viehe-Trifft, Mühlen vnd Weide-Wachs, daran Graf* HOYER *zu Falckenstein das* ius Aduocatiae *gehabt, Graf* SIEGFRIED *vnd* HEINRICH ZV BLANCKENBVRG *resignieret die* Aduocatiam *dem Stiffte,* anno MCCLXIII. apud FRIDERICVM ERNESTVM KETTNERVM *Antiquit. Quedlinburg.* Num. XXII. pag. 285. seq. edit. Lipsiae 1712. Diploma, quo ALBERTVS DE HAKEBORN renunciat Aduocatiae anno MCCLXIV. apud FRIDERICVM ERNESTVM KETTNERVM *Antiquit. Quedlinburg.* Num. XXIII. pag. 341. excus. 1712. RVDOLPHVS Comes Palatinus de Tubingen, resignat ius Aduocatiae monasterii in Blaubeürn, prohibetque, ne alius ibi aduocatus constituatur anno MCCLXVII. in *Documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtemb.* Num. III. pag. 569. Diploma, in quo

quo IOHANNES DE WEINHEIM abrenunciat aduocatiae Virnheimensi anno MCCLXVIII. apud VAL. FERD. DE GVDENVS Sylloge I. Num. CXXXVII. pag. 255. seq. edit. Francofurti ad Moenum 1728. Diploma quo RVDOLPHVS Comes de Habsburg renunciat feudo Aduocatiae Rubeacensis et aliarum villarum *in der Mundat*, anno MCCLXIX. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. III. Num. DII. pag. 414. seq. edit. 1737. Diploma Abbatis et Conuentus Bleidenstadensis, de remissis sibi a GOTTDRIDO EPPENSTEINIO eiusque filio iure Aduocationis in curia monasterii Wallauensi, seruitiisque inde praestandis, anno MCCLXXII. apud GEORGIVM CHRISTIANVM IOANNIS *Tabularum litterarumque veterum* Spicilegio I. Num. XII. pag. 296. seq. impress. 1724. CVNRADI Archiepiscopi Magdeburgici Diploma, quo Aduocatiam in coenobium B. M. feudi iure delatam Denstediis pincernis, ab his, pretio soluto, refutatam, donat coenobio B. M. anno. MCCLXXIV. apud IO. PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. II. Num. CLXXIII. pag. 465. seq. qui prodiit 1720. BERTOLDI et FRIDERICI Comitum et fratrum DE WIE Diploma, quo Aduocatiam feudalem in vtroque Mellere, monasterio S. Georgii in Numburg attribuunt anno MCCLXXV. apud IO. BVRCHARDVM MENCKENIVM *Scriptorum Rerum Germanicarum* Tom. I. Num. XVII. pag. 778. edit. 1728. Diploma, quo SIMON Comes de THIESTEIN, ius Aduocatiae in villa de Meispraha, remittit monasterio de Olsperch, in ingressu Annae, filiae Enzlini Rhinfeldensis, in dictum monasterium, anno MCCLXXVII. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. III. Num. DLXVI. pag. 469. excus. 1737. Diploma, quo FRIDERICVS Comes de Truhendingen resignat Aduocatiam in Mülnheimb, quam titulo feudali

dali tenuerat, villis et hominibus eidem pertinentibus, anno MCCLXXXII. apud IOANNEM HENRICVM DE FALCKENSTEIN in *Codice Diplomatico Antiquitatum Nordgauienſium* Num. LXXIII. pag. 72. edit. Francofurti et Lipſiae 1733. Diploma FRIDERICI Comitis de Truhendingen, quo cedit REIMBOTTONI Epiſcopo Eichſtadenſi Aduocatiam in certis quibusdam praediis, ad monaſterium *S. Solae* pertinentibus, anno MCCLXXXII. apud IOANNEM HENRICVM DE FALCKENSTEIN in *Codice Diplomatico Antiquitatum Nordgauienſium* Num. LXXV. pag. 73. ſeq. edit. 1733. WALTHERI Pincernae DE LIMBVRG Diploma, pro libertate capellae ſuburbicaſtri Limburg, quo renunciat iuri ſuo, in *Steinwag* competente, nec non Aduocatiae in *Wuſtenzimmern* anno MCCLXXXIII. apud IOANNEM BVRCHARDVM MENCKENIVM *Scriptorum Rerum Germanicarum* Tom. I. Num. XXXI. pag. 402. excuſ. 1728. Litterae HERMANNI Comitis Orlamundani, quibus Abbati Hersfeldenſi Aduocationem Engelrodenſem et Holtzmansfeldenſem, (quas ab Abbate et eccleſia hactenus tenebat in feodo) reſignat, eamque GERLACO DE BREVBERG concedi petit anno MCCLXXXVII. apud GEORGIVM CHRISTIANVM IOHANNIS *Tabularum litterarumque veterum* Spicil. I. Num. IX. pag. 386. edit. 1724. Litterae RVPERTI, Nobilis DE DVRNE, in quibus monaſterio Amorbacenſi reſignat et donat ius aduocatiae ſuper curia in HETTINCKHEIM, quam BERNWARDVS DE BVCHEIM eidem monaſterio vendidit anno MCCXC. apud GROPPIVM *Hiſtor. Amorbac.* pag. 200. Inſtrumentum ſuper Aduocatia per Comitem DE HIRSBERG, eo adhuc viuente, Epiſcopo et Capitulo Eyſtettenſi per modum teſtamenti remiſſa et reſignata anno MCCXCVI. apud IOANNEM HENRICVM DE FALCKENSTEIN in *Codice Diplomatico Antiquitatum Nordgauien-*

 ſium

ſium Num. CXVII. pag. 104. ſeq. edit. Francofurti et Lipſiae 1733. *Derer Graffen von* REGENSTEIN *Reſignation der Vogtey über das Stifft S. Wiperti vor Quedlinburg*, confecta anno MCCC. apud LVNIGIVM in Spicil. Eccleſ. *dritten Theil von Aebtiſſinnen*, Num. LXXXI. pag. 225. ſeq. Marchionis HENRICI Brandenburgenſis reſignatio Aduocatiae quorundam bonorum, facta in fauorem eccleſiae S. Wiperti in Quedelingeburg anno MCCCI. apud LVNIGIVM *im dritten Theil des* Spicilegii Eccleſiaſtici *von Aebtiſſinnen*, Num. LXXXII. pag. 226. Abbatis et Conuentus Bleidenſtadenſis litterae, quibus SIFRIDVM et GOTFRIDVM EPPENSTEINIOS Monaſterio ius Aduocationis et ſeruitia a colono curiae coenobii in villa Wallaw Eppenſteiniis praeſtari ſolita remiſiſſe fatentur, cet. anno MCCCVI. apud GEORGIVM CHRISTIANVM IOHANNIS *Tabularum litterarumque veterum* Spicilegio I. Num. XXIII. p. 339. edit. 1724. Renunciatio ſolemnis HERMANNI Comitis DE GLICHEN, in fauorem coenobii S. Petri Erford. ſuper iure Aduocatiae in diuerſis locis, anno MCCCXXI. apud IOANNEM FRIDERICVM SCHANNAT *Vindemiae litterariae* Collectione II. pag. 15. ſeq. Num. XXIX. edit. 1724. in quo Diplomate verba ita ſe habent pag. 16. c. l. „ Domino Abbati et „ Conuentui Monaſterii S. Petri Erford. ob ſalutem animae „ noſtrae offerimus, damus et reſignamus pure et liberaliter „ propter Deum, Aduocatiam et ius Aduocaticium tam cor„ porale, quam incorporale, cum omnibus pertinentiis et „ iuribus ac Vaſallis noſtris et omne Dominium directum et „ vtile ac vſufructu cum omnibus reditibus in villis et campis „ Gothinſtete, Alich, Bintisleybin et Tifental, quas hactenus „ nos et progenitores noſtri ex certa ſcientia a praefato Mona„ ſterio, et nullo alio habuimus et tenuimus titulo feodali, „ volentes vt dictum Feodum cum omnibus ſuis pertinentiis

„ ſupra-

„ ſupradictis ad praefatum Monaſterium ſancti Petri, tanquam „ ad Dominum proprietatis penitus reuertatur. „ cet. Addatur denique ceſſio aduocatiarum feudalium Langhemenſis eccleſiae Bambergenſis dioeceſeos, anno MCCCC. facta, cuius inſtrumentum exſtat in Diplomatum Bambergenſium Codicillo appendice Num. XXX. pag. 1156. Voluminis I. *Scriptorum Rerum Epiſcopatus Bambergenſis*, cura IOANNIS PETRI LVDEWIG editorum Francofurti et Lipſiae 1718.

§. XX.

DE IVRIBVS ATQVE OFFICIIS ADVOCATORVM FEVDALIVM GENERATIM.

Si in vlla re, ſane in praefiniendis iuribus, quorum participes ſunt aduocati feudales, fluctuant interpretes. Vt opinio mea fert, quaſi natura et genere, et modo conſtituendi, disiunctae ſunt aduocatiae, de quibus hactenus diſputatum eſt: ita diſſident a ſe inuicem iuribus atque officiis. Colligimus itaque ex adlatis aduocatiarum clientelarium, earumque diſſimilium exemplis, atque notionibus in promtu poſitis, coniectura aberrare, qui feudis aduocatiae ſemper vnum eundemque obligationum atque officiorum complexum tribuunt: quum tamen rei congruenter conuenienterque, diſcriminum multiplicium habenda ſit ratio, et alia iura ex feudo aduocatiae togatae, alia ex aduocatia armata, alia ex aduocatia ſuprema, alia ex aduocatia ſimplici vel minori naſcantur; neque minus inter aduocatiam puram et conditionalem, determinatam atque indeterminatam, magnum interuallum ſit interiectum. Nam in puris aduocatiis munus abſolute defertur aduocatis; in conditionalibus autem, tum obſequio clientum et iuribus aduocati, tum vero defenſioni, et muneri

aduocatitio limites statuti sunt. *u*) In illis videlicet potissimum ex arbitrio boni viri et aequitate, vt in his agitur verbis praescriptis. Hinc in diplomatibus haud paucis breui et angusto ambitu constricta iura aduocatorum reperimus. Inter alia eminent, quae quiuis per otium consulat, OTTONIS Imperatoris priuilegium pro S.Maximino, quo leges praescribit aduocatis DE SVCGERBACH anno DCCCCLXIII. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum scriptorum et monumentorum* Tom. I. p. 319. edit. Parisiis 1724. OTTONIS II. Imperatoris Diploma, ecclesiae Aschaffenburg datum anno DCCCCLXXVI. apud GEORGIVM CHRISTIANVM IOANNIS in *Tabularum et litterarum veterum Spicilegio eoque I.* pag. 257. seq. edit. Francofurti 1724. HENRICI II. Regis Diploma, Abbatissae Assindiensi anno MIII. datum, non minus restringit aduocati iura; apud LVNIGIVM in *des Teutschen Reichs-Archivs* Spicilegii Ecclesiastici *dritten Theil, von Aebtissinnen* Num. VIII. pag. 330. GODOFREDI Ducis et Marchionis Diploma, ratione aduocatorum in ecclesiis Episcopatus Virodunensis confectum anno MLX. apud AVGVSTINVM CALMET in *Histoire Ecclesiastique et Ciuile de Lorraine* Tom. I. in probationibus additis p. 451. excus. 1727. GODOFREDI Ducis statuta aduersus aduocatos ecclesiae Virdunensis, confecta anno MLX. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND in *Thesauro nouo Anecdotorum* Tom. I. p. 189. seq. edit. Lutetiae Parisiorum 1717. HENRICI IV. Romanorum Regis Diploma, quo iura et bona monasterii S. Maximini Treuirensis firmantur, nec non iura Aduocatorum eiusdem monasterii exponuntur anno MLXV. apud AVGVSTINVM CALMET in *Preuves servans à l Histoire de Lorraine* Tom. I. p. 459. seq.

u) Te confer ad ill. CAROLI OTTONIS RECHENBERGII Differt. de *aduocatis et aduocatiis Germanicis* §. XII. pag. 18. recus. Lipsiae 1743.

ſeq. edit. 1728. Diploma HENRICI IV. Regis Romanorum, quo confirmat antiquorum Regum priuilegia, aduocatorum oppreſſiones vetat, iubetque, vt duobus monaſteriis, Stabulenſi et Malmundariae, vnicus ſit Abbas, anno MLXV. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum ſcriptorum* et *Monumentorum* Tom. II. pag. 70. ſeq. foras dat. Pariſiis 1724. Diploma HENRICI III. Imperatoris, quo priuilegia vnitarum Abbatiarum Stabulenſis ac Malmundarienſis Ordinis S. Benedicti confirmat anno MLXXXIX. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Hiſtoricorum* Tom. III. pag. 308. qui prodiit 1734. Diploma HENRICI Comitis, quo officia et iura aduocatorum eccleſiae Epternacenſis explanantur anno MXCV. apud AVGVSTINVM CALMET in *preuves de l' hiſtoire de Lorraine* Tom. I. pag. 500. ſeq. edit. 1728. Iudicium HENRICI III. Imperatoris aduerſus Prumienſis monaſterii aduocatos, in quo omnia eorum iura et priuilegia deſignantur anno MCII. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum ſcriptorum et monum.* Tom. I. pag. 595. ſeq. edit. 1724. Litterae, quibus Audanenſis Abbatiae Aduocati iura determinantur anno MCV. apud AVGVSTINVM CALMET in *Preuves de l' Hiſtoire de Lorraine* Tom. I. pag. 518. excuſ. 1728. Diploma HENRICI V. quo limites bonorum, ad cellam S. Blaſii attinentium, deſcribuntur; cet. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Genealog. Diplomat. Habsb.* Tom. II. Num. CXCVII. pag. 136. ſeq. edit 1737. ALBERTI Archiepiſcopi Moguntini priuilegium, determinans Aduocatiae monaſterii Reinhardsbornenſis iura anno MCXXV. in FRIDERICI RVDOLPHI *anderen Theil der Fürſtl. Sachſen Gothaiſchen Hiſtorien Beſchreibung* pag. 235. edit. Francofurti et Lipſiae 1717. HENRICI V. Imperatoris charta immunitatis, qua S. Blaſii monaſterio vexatum ius liberae aduocatiae aſſeritur

anno MCXXV. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplomat. Aug. Gentis Habsburgicae* Volum. II. Num. CXCIX. pag. 139. edit. Viennae Austriae 1737. Diploma LOTHARII III. Imperatoris, concessum WIBOLDO Abbati Stabulensi anno MCXXXI. ap. EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veter. Script. et monum.* Tom. II. pag. 91. excus. Parisiis 1724. Transactio ratione Aduocatiae Condatensis inita inter Abbatem S. Michaelis et Aduocatum Condatensem an. MCXXXV. apud AVGVSTINVM CALMET in *Preuves de l'Histoire de Lorraine* Tom. II. pag. 303. edit. 1728. LOTHARII III. et FRIDERICI I. Imperatorum priuilegium, ecclesiae Kaldenbrunnensi concessum, tam super bonis ad eam pertinentibus, quam etiam de iure aduocatiae ibidem, annis MCXXXVI. et MCLXXIX. promulgat. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. X. Lib. II. pag. 141. seq. impress. Halae Salicae 1733. MATTHAEI Lotharingorum Ducis et Marchionis Diploma, quo iura aduocatorum Abbatiae S. Apri percensentur, circa an. MCXL. apud AVGVSTINVM CALMET in *Preuves de l'Histoire de Lorraine* Tom. II. pag. 318. excus. 1728. FRIDERICI I. Imperatoris Diploma, quo recenset iura Aduocati ecclesiae Marsnensis, in agro Falcoburgensi, quae olim fuit Benedictinorum, nunc vero est Praepositura Canonicorum Regularium Aquaecurtensium, anno MCLII. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Historicorum* Tom. I. pag. 537. Cap. LI. edit. Bruxellis 1723. Diploma GODEFRIDI Ducis Lotharingiae, pro collegiata S. Iohannis ecclesia Leodiensi, exaratum anno MCLXXIII. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum scriptorum et monum.* Tom. I. pag. 887. seq. impress. 1724. FRIDERICI I. Imperatoris priuilegium, pro monasterio *Alderpach*, super amotione Aduocati concessum,

ſum, quod inprimis oppoſitum eſt ABRAMO NIRNBERG, affirmanti, ſe Aduocatiam illam nomine beneficii tenere ab OTTONE Bambergenſi Epiſcopo, anno MCLXXXIII. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM AD HVNDII *Metrop. Salisb.* Tom. II. pag. 42. ſeq. excuſ. 1719. FRIDERICI Romanorum Imperatoris Diploma, ADELHEIDI Abbatiſſae Gandersheim datum, contra Aduocatum officium ſuum poſthabentem, anno MCLXXXVIII. apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELD *Antiquitat. Gandersheim.* pag. 302. ſeq. edit. 1709. Adelheidis Abbatiſſae Ganderſemenſis Diploma, quo iura Gandersheimenſis Aduocatiae determinantur anno MCLXXXVIII. apud IO. GEORGIVM LEVCKFELD *Antiquit. Gandersheim.* pag. 304 ſeq. excuſ. 1709. FRIDERICI Imperatoris Diploma, eccleſiae Goslarienſi datum, quo vſurpationes Aduocatorum prohibet, et bona nonnulla eximit onere Aduocatorum, anno MCLXXXVIII. apud IO. GEORGIVM LEVCKFELD *Antiquit. Poeldenſ.* Num. XIII. p. 286. ſeq. edit. 1707. SIFRIDI Hersueldenſis eccleſiae Abbatis charta transactionis, circa aduocationem in villa *Scawize* initae cum Duce BERNARDO anno MCLXXXXIV. apud. IO. CHRIST. BECKMANN in *der Hiſtorie des Fürſtenthums Anhalt* Part. III. Lib. IV. Cap. II. §. XXIII. pag. 440. ſeq. typis impreſſ. Serueſtae 1710. PHILIPPI Romanorum Regis priuilegium, ſuper Aduocatia monaſterii Alderspach confectum anno MCCIII. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metrop. Salisb.* Tom. II. pag. 43. edit. 1719. quo libertas datur inutilem Aduocatum remouendi. CONRADI Ratisbonenſis Epiſcopi Diploma, reſtringens ius Aduocati monaſterii Rorenſis anno MCCIX. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM in *Additionibus* ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. III. p. 170. ſeq. excuſ. 1719. FRIDERICI II. Imperatoris Diploma, datum Rotenſi ecclе-

ecclesiae anno MCCXXVI. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. III. p. 188. edit. 1719. Diploma EKBERTI Babenberg. Episcopi super Aduocatia monasterii Osterhouen, conscriptum anno MCCXXVIII. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. III. pag. 14. edit. 1719. IOANNIS Admuntensis Abbatis Diploma, quo DIEMARO LIETHTENSTEIN in fidem suam commendat Aduocatiam sub his conditionibus: „vt Ad„uocatiam absque omni damno seu grauamine habeat, ita „quod cum hominibus monasterii placitum nullum habeat „absente cellerario seu nuntio.„ En verba reliqua, quae prae ceteris memoratu digna videntur: „Homines nostri non de„bent ei componere, id est *Wetten*, et ipse non debet ab eis „aliquam compositionem accipere. Subuectionem rerum „suarum non debet ab hominibus nostris exigere, nec con„cessionem equorum, nec pernoctationibus eos inquietare. „Petitionem nullam habebit apud nostros nec denariorum, „nec pecorum, nec alicuius frumenti. Duas et dimidiam „marcam in festo S. Martini illi dabimus per nuncium no„strum, et quod his maius est, quod eum in fraternitatem ple„nam recipientes, pro salute eius et vxoris suae ac liberorum „suorum semper Deo supplicabimus. Firmauit etiam nobis „idem DIETMARVS, quod in iudiciis prouinciae homines „nostri indemnes debeant permanere sine compositione vide„licet excessuum, quas profecto compositiones tum intuitu „nostrae dilectionis, tum respectu suae salutis nobis remisit: „qui etiam in hoc tam sibi quam nobis prouidebit, ne homi„nes sui ipso absente, iudicia sub ipso exercentes, homines „nostros idcirco magis grauare vel quorumlibet aliorum ho„minum querimoniam contra nostros eo libentius et prom„ptius audire velint, quod compositionis quaestum ab eis

„non

„ non accipiunt; „ cet. apud A. R. P. BERNARDVM PEZIVM *thesauri anecdotorum nouissimi* Tom. III. Part. III. pag. 746. seq. Num. LIX. edit. Augustae Vindelicorum et Graecii 1721. FRIDERICI II. Imperatoris priuilegium, ob ius Aduocatiae et collectarum monasterio S. Gregorii Vallensi concessum an. MCCXXXV. apud LVNIGIVM *Spicil. Eccles. Continuat. I.* Num. XIV. pag. 1101. seq. SIFRIDI Comitis DE BLANCKENBVRG litterae reuersales, datae Abbatissae Quedlinburgensi, Aduocatiae caussa in se susceptae, confectae an. MCCXXXVII. apud LVNIGIVM in *Spicil. Eccles. dritten Theil von Aebtissinnen* Num. L. pag. 210. HEINRICI Comitis Ascharìae et GEVEHARDI Abbatis ecclesiae Nienburgensis, transactio, praecipue ratione Aduocatiae Nienburgensis, facta anno MCCXXXIX. apud IOANNEM CHRISTOPHORVM BECKMANN in *der Historie des Fürstenthums Anhalt* Part. V. Lib. II. Cap. I. § VI. pag. 71. seq. edit. Seruestae. Litterae ALBERTI Abbatis Indensis, de Aduocatia domini D'AVDENARDE in septem villis ad Abbatiam Indensem pertinentibus, deque officiis nouo Indensi Abbati ab eo praestandis, anno MCCXLVIII. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINIVM DVRAND in *thesauro nouo anecdotorum* Tom. I. pag. 1038. edit. Parisiis 1717. Priuilegium Abbatis Corueiensis super Aduocatiam Cröningen, anno MCCLIII. confectum; apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiar. Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. VII. Lib. III. Num. XLIII. pag. 496. edit. Francofurti et Lipsiae 1726. Litterae super iure Aduocatiae, quam alim ALBERTVS Comes DE DILINGEN certo pacto in ciuitate Vlmensi habuit, conscriptae anno MCCLV. apud perillustrem HENRICVM CHRISTIANVM DE SENCKENBERG *Selectorum Iuris et Historiarum* Tom. II. pag. 261. seq. impress. Francofurti ad Moenum 1734. Diploma quo HEINRICVS DE WILDENBERCH

Aduocatiam monasterii Fabariensis sub certis conditionibus in se suscipit anno MCCLXI. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Genealogiae Diplomaticae Augustae Gentis Habsburgicae* Volum. II. Num. CCCCXLIX. pag. 371. edit. Viennae Austriae 1737. Ducis Silesiae HENRICI IV. litterae, quibus Aduocatiam Vratislauiensis ciuitatis hereditariam se acquisiuisse, declarat anno MCCLXXXI. apud LVNIGIVM in *des Teutschen Reichs-Archivs* Part. Special. *vierter vnd lezter Continuation andern Theils Fortsetzung* Num. VI. pag. 233. seq. edit. Lipsiae 1714. EBERHARDI Comitis de Wirtenberg Diploma, quo, sub conditionibus certis, se monasterii Lorch Aduocatiam suscepisse, testatur anno MCCLXXXXI. in *Documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtembergico sitorum*, anno 1720. excusis, Num. VIII. pag. 453. seq. *Derer Grafen zu* WERNINGERODE, *als erneblter Aduocaten der Abtey Walckenried*, *Revers*, *daß sie gedachte Abtey bey ihren Rechten vnd Freyheiten treulich schützen wollen*, an. MCCCXXIII. apud LVNIGIVM in *Spicil. eccles. dritten Theil* Num. XX. pag. 856. BERNHARDI et VLRICI DE ABENSPERG declaratio iuris Aduocatiae in ecclesia Rorensi, anno MCCCXXV. facta, apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. III. pag. 173. edit. 1719. Comitis IOANNIS DE HELFFENSTEIN Diploma, *worinn er sich determinirt vnd verschreibt, wie es mit der Casten-Vogtey des Closters Blaubeüren zu halten*, anno MCCCCVII. in *documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtembergico sitorum* pag. 577. seq. recus. 1720. *Herrn* LVDWIGEN, *Grafen zu Wirttenberg Revers vnd Ordnung, wie es mit der Casten-Vogtey des Closters Blaubeüren zu halten*; an. MCCCCXLVIII. in *documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtembergico sitorum* Num. X. pag. 585. seq. edit. 1720. *Hertzog* CONRAD VON VRSELIN-

GEN,

GEN, *als erkiester Vogt des Closters Alpirspach, verspricht selbiges bey seinen Priuilegien bleiben, vnd sich des gesetzten Vogt-Rechts begnügen zu lassen*, anno MCCCCLXIII. in *documentis rediuiuis monasteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtembergico sitorum* Num. X. pag. 156. seq. *Reversal-Brief, welchen Churfürst* ERNST *vnd Hertzog* ALBRECHT *von Sachsen der Aebtissin* HEDEWIGEN *zu Quedlinburg gegeben*, anno MCCCCLXXIX. apud FRIDERICVM ERNESTVM KETTNER in *Antiquit. Quedlinburg.* Num. VIII. pag. 582. edit. Lipsiae 1712. *Haupt-Vertrag zwischen* OTTO HEINRICHEN *vnd* PHILIPPEN *Pfaltzgrafen bey Rhein vnd Hertzogen in Bayern, an einem; dann Abt* CONRADEN *zu Kaysersheim am andern Theile, die Casten Vogtey auch Schutz vnd Schirmgerechtigkeit betreffend*, de anno MDXXXIV. apud LVNIGIVM in *des Teutschen Reichs-Archivs* Spicilegii Ecclesiastici *dritten Theil, von gefürstet vnd vngefürsteten Reichs-Praelaten vnd Aebtissinnen*, Num. XIII. p. 815. seq. cetera. Dies et charta deficerent, si tabulas publicas, quae sub hoc titulo innotuerunt, essemus nominaturi omnes; hinc missas facimus reliquas. Sicut autem variorum illorum aduocatiae generum adfectiones, reduci queunt ad regulas quasdam vniuersales; ita animaduersione dignum est, litteras inuestiturae, x) pacta, aeque ac consuetudines, subinde deflectere ab iis proprietatibus, quas commune feudorum ius aperit exigitque. Quum enim in iure scripto ad aduocatias feudales perpaucissima sint adcommodata decreta; quilibet facile perspicit, haud multas generales praeceptiones adferri posse, atque hinc omnia fere posita esse in moribus receptis,

 et

x) Inuestitura mutari feudi naturam, ostendit HIERONYMVS SCHVRPFF *Consiliorum Centuria prima* Consil. XCVIII. Num. I. II. III. pag. 384. excus. Francofurti 1575. et *Centuria tertia* Consil. XXI. Num. XVI. pag. 122. excus. Francofurti 1584.

et communentionibus, dominos inter et vasallos confectis; quam quoque ob rationem, innumera fere diplomata, quibus enodantur, illustranturque, excitauimus. Nihilominus enucleare lubet, quae plerumque subeunda sunt ob aduocatis feudalibus officia, et huc redeunt:

I. *In feudo Aduocatiae postulatur defensio a vasallo suscipienda. y)* Quae defensio, si armata promissa fuerit, adeo cum vitae

y) Non est tacendus FRANCISCI BVRGKARDI liber, preferens titulum: *de Autonomia, das ist: von Freystellung mehrerley Religion vnd Glauben* Part. III. Cap. XVII. fol. 340. b. haec de Aduocatis tradens: *ihnen in ihren Nöthen beygesprungen, vnd mit Zusetzung Leib, Gut vnd Bluts, sie wider allen vnrechtmessigen Gewalt vertbaidigt, daher sie auch von ihnen so viel ansehnliche Leben Aduocation vnd andere Wohlthaten empfangen haben;* quamuis huius auctoris complures doctrinae, ab Augustanae confessioni addictis viris dudum reprobatae sint, vt liquet ex Parte II. *Actorum Pacis Westphalicae publicorum* edit. a beato IOANNE GOTOFREDO DE MEIERN Hannouerae 1734. pag. 571. Ceterum id ipsum defensionis officium elucet etiam ex vi et potestate vocabuli *Voigt*, tuitionem innuente. Conf. IVS SVEVICVM PROVINCIALE Cap. CCLIX. et IVS PROVINCIALE SAXONICVM L. I. Art. XXXI. et GEORGII BEYERI *Specimen iuris Germanici* Lib. I. Cap. XXVI. §. LXVII. pag. 139. edit. Halae Magdeburgicae 1718. nec non NOTKERVS *Psal.* XXXIV. 1. *uuis min phogat wider alle*, esto defensor meus contra omnes; apud. IOANNEM GEORGIVM WACHTERVM in *Glossario Germanico*, continente origines et antiquitates totius linguae Germanicae; sub voce *Vogd.* pag. 1790. excus. Lipsiae 1737. Addatur denique GREGORII IX. Epistola, data ad FRIDERICVM II. Imperatorem, cui verba inserta sunt: *cum aduocatus ecclesiae idem intelligi debeat quod Defensor, si Defensoris omittis officium, nomen improprie retines Aduocati;* cet. et ROBERTI Artesiae Comitis secundi Diploma, anno MCCLXIX. confectum, quo possessiones monasterii Alciacensis Benedictinorum in Arthesia, in protectionem suscipit, tanquam Advocatus illius loci; apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Historicorum* Tom. I. pag 317. typis impress. Bruxellis 1723. Add. disputata a nobis §. III. Protector quidem etiam suscipit defensionem atque ita prorsus conuenire videtur cum Aduocato; sed differunt inter

vitae periculo instituenda est a vasallo, z) tum quando verbis, vel aliis remediis mitigare seueritatem hostium nequit aduocatus, nec componere discordiam; quamuis ab officio id discrepet, si in bello notorie iniusto subministrat auxilia aduocatus, *II. Feud.* 28. *pr.* vtpote qui leges Imperii speciatim obseruare tenetur, nec plura defensionis iura consequitur contra offensionem factam, quam protegendus, seu cliens, ipse habet. Quae quum ita sint, sequitur, vt vasalli, hoc feudo ornati, obseruare ea debeant, quae CAROLVS M. in *Capitular.* anno DCCCXIV. Num. LVIII. ipsis praescripsit pag. 520. Tom. I. *Capitular. Reg. Francorum,* edit. a STEPHANO BALVZIO Parisiis 1677. nec non in Capitularium CAROLI M. et LVDOVICI PII Lib. III. pag. 765. collect. ab ANSEGISO, luci publicae autem exposit. a BALVZIO, sancita sunt. Igitur perinde vt defensio requiritur iusta, et ad leges adcommodata; sic ea praestanda est in feudo aduocatiae, a) licet sigillatim praesidium auxiliumue non pollicitus sit in inuestitura vasallus, nec

 adiu-

inter se, si supra exposita curatius perpendimus; quoniam officium Aduocati, complectitur plures partes, velut administrationem iustitiae, rationum inspectionem, atque alia, de quibus in hoc §. est dispiciendum, cumprimis vero munus ordinarium; protectio autem pro extraordinario auxilio habetur.

z) Docent id affatim. IOANNES FRIDERICVS RHETIVS in commentatione *in Ius Feudale commune* Lib. I. Tit. IV. pag. 263. edit. Francofurti ad Viadrum 1673. et RENATVS CHOPPIN de *Domanio Franciae* Lib. III. Tit. XV. pag 488. excus. Parisiis 1589. VLRICVS ZASIVS Tom. IV. Operum col. 276. edit. Lugduni 1550. IOSEPHVS LEOPOLDVS ROTHIVS in *Pandect. Feudalibus* Quaest. XXXIX. pag. 663. impress. Francofurti ad Moenum 1736. id quod cum primis originibus feudorum, quae seruitia militaria requirebant, plane conuenit.

a) Quemadmodum in aliis feudis, ab ipso vasallo, defensitandus est dominus; *II. Feud.* 55. §. 1. nisi pacta, vel consuetudo, vel aliae iustae caussae admittant substitutum ad deseruiendum; ita haec regula locum sibi vindicat in feudis aduocatiae.

adiumenti qualitas determinata. Haec namque ipſa ſola formula *die Vogtey zu N.* in inueſtitura indicari poteſt: quippe quod vocabulum, tum iuri ſcripto, tum conſuetudini conuenienter explicari oportere, iam ſupra me demonſtrare memini; quoniam non debet in generali conceſſione id intelligi, quod quis non eſſet in ſpecie veriſimiliter conceſſurus. *b*) Quamuis non ignoremus, hodie ob mutatam rem militarem, ſeruitia in nonnullis tantum adfectionibus cum moribus antiquis conſpirare; et iam olim licuiſſe vaſallo, dominum deſerere, ſi belli cauſſa videretur aliqua ratione vaſallo eſſe iniuſta, *c*) quin etiam feuda franca, hoc eſt libera a ſeruitiis, nonnulla fuiſſe, exorta. *d*) Enimuero in feudo aduocatiae armatae, propugnatio vel *wider manniglich*, id quod plerumque fit, paranda eſt, notioni aduocatiae conuenienter, vel aduerſus quos-

b) arg. *L. qui peculii*, 46 *D. de peculio*, *L.* 12. *D. quae in fraudem creditorum facta ſunt*, *L.* 6. *obligatione*, *D. de pignoribus et hypothecis.* Add. ZASIVS *Conſiliorum* Lib. II. Conſil. VII. col. 375.

c) Vid. perilluſtris de SENCKENBERG in *Selectis Iuris* et *Hiſtoriarum* Tom. III. pag. 586. et illuſtris ESTOR in *der Vorſtellung derer Rechte und Geſchaeffte, welche die Raethe der Staende bey einem Reichs-Kriege zu beobachten pflegen* pag. 198. Hinc in legibus feudalibus Teklenburgicis Num. II. occurrunt verba: „Secundum eſt, quod ſi fortior nobis, vel „quicunqe nobis vellet inferre violentiam, ſi de conſilio noſtrorum „miniſterialium ipſi iuſtitiam facere „volumus, quamdiu iuris ordinem „hoc modo perſequimur, praefati noſtri infeodati corpore et rebus nobis „ſeruire tenentur. Si vero, iuris ordine praetermiſſo, poteſtatem age„re vellemus, praeter noſtrorum conſilium, a ſeruitio hoc modo noſtro „ſunt immunes.„ Quae legas apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliqu. Manuſcriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. II. Num. LXXVI. pag. 298. edit. Francofurti et Lipſiae 1720.

d) Digitum ad fontes intendit illuſtris DAVID GEORG STRVBEN in *Nebenſtunden* Parte I. Num. IV. *von den Unterſcheid zwiſchen denen ehemaligen Ritterlichen Lehn-Dienſten und heutigen Reuter-Dienſten* pag. 414. ſeq. edit. Hildeſiae 1742.

quosdam praebere ſe adiutorem tenetur vaſallus; vel in tutelam recipit prouinciam, vel eccleſiam, vel monaſterium, vel abbatiam, vel capitulum, vel pagum, vel bona omnia, vel partem eorum, vel homines quosdam, cetera. Quantum ad defenſionem contra omnes, in litteris ALBERTI Abbatis Indenſis de Aduocatia Domini D' AVDENARDE in ſeptem villis ad Abbatiam Indenſem pertinentibus, ea adumbratur hisce verbis: „Promiſit etiam nobis praedictus I. dictus Dominus „DE AVDENARDE, (Aduocatus feudalis) quod nos et bo„na eccleſiae noſtrae, et Waraſcheta in villis praedictis, CON„TRA QVOSCVMQVE DEFENDET tamquam praedictarum „villarum ſummus Aduocatus, et propter hoc medietatem „ipſorum wareſchetorum contulimus, ſaluo iure iuſtitiae no„ſtrae;„ cet. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND in *Theſauro nouo anecdotorum* Tom. I. pag. 1038. edit. Lutetiae Pariſiorum 1717. nec non in litteris reuerſalibus, anno MCCCXXIII. ſcriptis, quibus Comites Wernigerodenſes promittunt, ſe tanquam electos aduocatos Abbatiae Walckenriedenſis, ſtrenue contra quoslibet hoſtes defenſuros eſſe Abbatiam; hunc ad modum: *ſchellen öre Perſohn, alle öre Gut, all öre eigen, all öre Recht vnd Freiheit öres vorbenömeden Godeshuſes verdeyedingen, beſchirmen, vnd verhegen* WEDDER IDWELCKEN, *de ön oder örem Godeshuſe, ören Lüden oder örem Gude Gewalt oder Vnrecht dede, vnd we ſchüllen dat trüweliken don vnd ſo we fernſt mögen;* cet. apud LVNIGIVM in *des Teutſchen Reichs-Archivs* Spicilegii Eccleſiaſtici *dritten Theil von Gefürſtet- vnd vngefürſteten Reichs-Praelaten vnd Aebtiſſinnen* Num. XX. p. 856. et in codicillo clientelari, quo THYMO Abbas Corbeienſis Aduocatiam feudalem oppidi Huxarienſis transtulit ad ALBERTVM et IO. BRVNSVICENSES DVCES anno MCCLXV. haec ſtilo ſignata ſunt: „Domini Duces ſaepius

„ pius nominati nos et ecclesiam nostram tueri debent con„ tra quemlibet, in suis iuribus conseruare; „ cet. apud NICOLAVM SCHATEN *Annalium Paderbornensium* Part. II. Lib. XI. pag. 109. excus. Neuhusii 1698. nec non in pacto; renouato *zwischen* IOHANN *den dritten, aeltesten Sohn zu Cleve, Hertzogen zu Jülich vnd Berge, vnd Graffen von der Marck vnd der Stadt Dortmund, wegen der Vogtey vnd Schutzgerechtigkeit*, de anno MDXIII. apud WERNHERVM TESCHENMACHERVM AB ELVERFELD in *Codice Diplomatum*, quibus Annales Cliuiae, Iuliae, Montium cet. illustrantur, Num. LVII. pag. 49. excus. Francofurti et Lipsiae 1721. cura et studio IVSTI CHRISTOPHORI DITHMARI, cui DITHMARO etiam debemus Codicem Diplomaticum. Add. denique Diploma OTTONIS Comitis Burgundiae, quod IOANNES IACOBVS CHIFFLETIVS exhibet in libro, inscripto: *Vesontio Ciuitas Imperialis libera, Sequanorum Metropolis* Part. I. Cap. LVII. pag. 227. edit. Lugduni 1618. *e*) Quod attinet ad defensionem, ab aduocato contra quosdam suscipiendam, hanc illustrare licet formula hac, inserta litteris reuersalibus a Comitibus Wernigeroden-

e) Ast quilibet perspicit ex Artic. VIII. §. *gaudent*, 2. INSTRVMENTI PACIS OSNABRVGENSIS, non contra Imperatorem et Imperium esse instituenda eiusmodi seruitia; nec contra dominum territorialem, si feudum in aliena situm est regione; ad quam conditionem animum adpulit MICHAEL HENRICVS GRIBNERVS in selectis quibusdam capitibus ex argumento de *dominio directo in territorio alieno*, Opusculorum Iuris Publici Tom. IV. Sect. V. pag. 161. seq. edit. Halae Magdeb. 1722. Quibus plura subiungere possem, si communia feudorum omnium iura adumbrare, esset animus. Inferendum tamen est ex iis, quae hoc in §pho explanauimus, Aduocatum differre a domino territoriali; etenim territorialis dominus potestatem suam extra fines ditionis suae non extendit; Aduocati autem regulariter adplicant auxilium suum ad omnia bona clientis, vbicunque sita sint. Conf. perillustris Domini de COCCEII *Responsum, in causa Werdensis monasterii* publicatum pag. 103.

rodensibus modo excitatis: *Sonderlich schüllen we ören Hoff to Schowen Lüde vnd Gut Eigen vnd Recht vnd alle dat da to höret, beschermen, verdeyedingen vnd verhegen* WEDDER GREVEN ALBRECHT VND GREVEN BERNDE *sienen Broder von Reinstein vnd Herrn to Heinborg, vnd wedder Greven von* OIRICK, *de do Rheinstein iss, also dann wie oft sie öne daran Schaden, Gewalt oder Unrecht don. Darum schölen we ön entsacken, öre figende weren, vnd dat weren mit der Hand;* cetera, apud LVNIGIVM *im dritten Theil des Spicilegii Ecclesiastici* pag. 856. Praeterea Aduocatus vel auxilium fert, quamuis non fuerit postulatum; si scilicet periculum est in mora, vel vasallus probe scit, dominum esse in extremum deductum discrimen; *f*) vel si dies interpellat pro homine; *g*) vel similis caussa seruitia exigit vasalli non conuocati in defensionem; nisi conuentiones, vel consuetudines locum habeant, repugnantes istis iuris praeceptis, quum *I. Feud. 21.* et *II. Feud. 26.* et *II. Feud. 28.* requirant denuntiationem domini. Non vero solum in bello defensiuo, sed in offensiuo etiam, opem ferre tenetur vasallus; *II. Feud.* 7. et *II. Feud. 28.* ita, vt tam personam domini, quam res eius, seruet, tueatur, recuperet, amplificet, et velut arceat hostes protegendorum, ne in tractus terrarum, ad aduocatiam pertinentium, transeant, nec terras aduocati proprias occupent; cetera. Legisse iuuabit GODOFREDI Ducis statuta aduersus aduocatos ecclesiae Virdunensis, confecta an. MLX. et publicata ab EDMVNDO MARTENE et VRSINO DVRAND in *Thesauro nouo anecdotorum* Tom. I. pag. 190. edit. Lutetiae Pari-

f) Vid. *II. Feud. 26. §. licet, II. Feud. 37. §. vlt. II. Feud. 28. §. ad hoc;* et IOANNIS FRIDERICI RHETII Commentatio in *Ius Feudale commune* Lib. I. Tit. XXI. pag. 444. seq. excus. Francofurti ad Viadrum 1673.

g) arg. *L. 23. D. de V. O.*

Parisiorum 1717. et Diploma apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Historicorum* Tom. III. pag. 575. edit. 1734. quo Abbatia S. Dionysii in Brocqueroya eligit BALDVINVM Hannoniae Comitem in Aduocatum anno MCLXXXIII. et verba, quae in Poletico Martianensi GVALBERTVS monachus exposuit: „ Qui nunc Aduocatus immerito nuncupatur, honorifico nomine olim defensor ecclesiae „ laudabiliter vocabatur: quoniam sapientia, ratione, *armis* „ *etiam*, si ita res exegisset, omnia, quae erant ecclesiae, viriliter defendebat, et vigilanter protegebat. Rapax non erat, „ nec inferiorum expoliator, sed qui ad sui tutelam pertinere „ videbantur, quaecumque habere poterant, sine auferendi „ timore secure possidebant. De his vero, qui modo sunt, „ ideo dictum est, Aduocatus immerito nuncupatur, quia nec „ nominis proprietas admittit, vt huius appellatione vocabuli „ fungatur, donec ad adiuuandum et succurrendum ab his, „ qui inferius iniuriam patiuntur, fuerit inuitatus, hoc est „ Aduocatus. Administrationis istius vtilis profectus his temporibus (heu) in contrarium versus est, „ cet. apud IOANNEM BVZELINVM in *Gallo-Flandria sacra et profana* Lib. III. Cap. XX. pag. 527. excus. Duaci 1625. Quae quidem omnia exponunt rationem, cur Aduocati huius generis, adnumerentur Principum *Ministerialibus*, veluti in diplomate ALBERTI Comitis Palatini, composito anno MCLXIV. cuius verba sub finem se habent ita: „ aderant testes. ex liberis hominibus „ Odelricus de Ammersloue. Oneke de Eskenrode. Thitherus. et Bernardus. de Sigersloue. Yso. et Albertus de Querenbeke. DE MINISTERIALIBVS MEIS. Volbertus. et „ frater eius Hildebrandus de Vmbreuen. Georgius de Somer-

„ Somerstorph. Odelricus. ADVOCATVS. de Orden. Odel-
„ ricus Marsloue. „ *b)*

In numero iurium, quibus aduocati feudales florere solent, plerumque II. habetur iurisdictio. Nullam sane dubitationem tenet legentem Diploma LVDOVICI Regis VII. pro coenobio Malleacensi contra SIBRANDVM, ao. MCLI. confectum, quod exstat in instrumentis ecclesiae Burdigalensis, apud DIONYSIVM SAMMARTHANVM in libro, qui inscribitur: *Gallia Christiana, in prouincias ecclesiasticas distributa* Tom. II. et quidem in instrumentis ad Tomum II. col. 282. Num. XXII. impress. Parisiis 1720. et Diploma Imperatoris LVDOVICI, quo MEGINBERTVM Episcopum et Sabianensem ecclesiam in Imperii protectionem suscipit anno DCCCCIX. apud HVNDIVM *Metropol. Salisb.* Tom. I. pag. 315. edit. 1719. Confirmatur id ipsum in FERDINANDI VGHELLI *Italia Sacra*, siue de Episcopis Italiae et insularum adiacentium Tom. V. pag. 68. edit. Venetiis 1720. et Priuilegio ALBERTI Archiepiscopi de Aduocatia *nouifori* partis menasterii, anno MCCXII. publicato, apud IO. PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. V. Num. XVI. pag. 26. excus. Francofurti et Lipsiae 1723. et Priuilegio, ab OTTOCHARO Rege Boemorum concesso Abbatissae et Conuentui in *Erlab* anno MCCLXII. apud BERHARDVM PEZ et PHILIBERTVM HVEBER in *Codice Diplomatico-Historico-Epistolari* Part. II. Num. CXCI. pag. 108. impress. Augustae Vind. et Graecii 1729. Iungatur quoque HENRICI et RVDOLPHI Marchionum de Hochberg confirmatio donationis Aduocatiae et Banni de Heiterseum, vulgo *Heitersheim*, cum omnibus eorundem perti-

b) Haec verba Diplomatis typis imprimi curauit POLYCARPVS LEYSER in Obseruatis de *Aduocatis Principum*, §. IV. pag. 7. excus. Helmaestadii 1727.

pertinentiis, a patre ipſorum HENRICO, Fratribus Ordinis S. Iohannis Hieroſolymitani factae anno MCCCXIX. apud IO. CHRIST. LVNIGIVM *Codicis Italiae Diplomatici* Tom. IV. Num. XVIII. pag. 1475. ſeq. typis exſcript. Francofurti et Lipſiae 1735. *i*) Eam forſan ob cauſſam aduocatis iurisdictio capeſſenda fuit, quia alias potuiſſet ambigi de iuſtitia clientis, tutamen expetentis. *k*) Saltem Vogteia, priſcis temporibus, ſemper ſub ſe comprehendebat iurisdictionem, *l*) prout verbum

i) Iurisdictioni aduocati alicuius ſubiecti, vocantur *Aduocatiales*, ſeu *Aduocatitii*, prout perſpicimus ex *Chron. Colmarienſ.* ad annum MCCLXXI. in quo litteris haec conſignata ſunt: *Comes* RADVLFVS DE HABSPVRC *poſuit exactionem ſuper homines ſuos aduocatitios, et accepit ab eis XX. mille quartalia frumenti.*

k Perquam fructuoſe legi hic poterit celeberrimi IOANNIS CONRADI HALLWACHS Commentario de *Centena illimitata ſiue territoriali* pag. 2. §. V. edit. 1746.

l) Conſulatur PAVLVS LANGIVS in *Chron. Citizenſi* pag. 791. Hoc tamen eſt tam certum, quam quod certiſſimum, ſpeciem modo hanc, modo illam iurisdictionis, voce *Vogtey* indicari, vel tractum terrarum cui iurisdictio adhaeret, pro diuerſitate regionum, conſuetudinum, praeſcriptionis et pactorum. Illuſtrare haec liceat hiſce excerptis WEHNERI: *Zu Magdeburg heiſt der Burggraf Vogt* Weichbild art. 17. Landr. Lib. 3. art. 61. .... *dieſer Burggraf kan fort einen Vogt belehen, derſelbe aber dinget nicht Königsbann*, hoc eſt, *er hat keine ſonder hohe Gericht;* cet. *zu Quedlinburg, iſt der Churfürſt zu Sachſen belehnter Erbvogt, daſelbſt maſſen S. Churf. Gn. ſich in der Stadt* meri et mixti Imperii *mehr an, die Abtiſſin hat die Erbgericht. Im Feld ziehen S. Churf. Gn.* omnimodam iurisdictionem *an, wird auch alſo von der Aptiſſin geſtanden* ..... *Die Fürſten zu Anhalt haben auch die Vogtey zu Gernroda, werden damit von Röm. Keyſern belehnt; Krafft derſelben thut ſich S. F. Gn.* meri et mixti Imperii *unternehmen* ..... *Der Graff zu Hohenſtein hat die Vogtey im Kloſter Walckried, krafft deren maſſen S. Gnad. ſich an im Kloſter vnd allen Höfen, auch Gehöltzen, Forſten, dem Kloſter zuſtändig, der Halſsgericht, der Bergwerck auf Gold vnd Silber, vnd aller Metall, item, der hohen Wildban. Es werden aber S. Gn. gleichwol mit den Regalſtücken vom Stifft Halberſtadt*

bum *Aduocatiae* persaepe substituitur loco vocabuli *iurisdictionis.* Confirmant dubitantem HVGONIS Comitis Palatini DE TIOWINGEN venditio iuris Aduocatiae, ao. MCCLVIII. facta, apud IO. FRIDERICVM SCHANNAT *Vindemiae literariae collectione prima* Num. LVII. pag. 207. impress. Fuldae et Lipsiae 1723. En verba: *Nouerit vestra vniuersitas*, QVOD NOS IVS ADVOCATIAE, SIVE IVRISDICTIONIS, *quod*, cetera. Quam ob rem quoque IOANNES GRYPHIANDER de *Weichbildis Saxonicis* Cap. LXIII. p. 158. Num. IX. edit. Argentorati 1666. *neque quicquam*, inquit, *aliud significat Aduocatia, quam iurisdictionem super caussis ciuilibus et criminalibus.* Vid. ibid. VIRGIL. PINGIZZ Consil. I. Num. XXV. et Gl. ad Articul. XLVII. *Weichb.* et Lib. I. Artic. II. *Landrecht.* Add. IVS. PROV. ALAM. Cap. IV. in quo sancita haec sunt: *so soll ain Vogt rihten über den totslag, vnd alle fraevel vnd wunden.* Id

stadt in specie *belehnt. Der Rath zu Mühlhausen in Thüringen hat die Vogtey Dorta von den Röm. Keysern, krafft derselben haben sie* merum et mixtum imperium cum simplici iurisdictione, *vnd was dazu gehöret.* PAVLVS MATTHIAS WEHNERVS *Practicarum iuris obseruationum* pag. 486. excus. Argentorati 1701. Legatur etiam IOANNES PAVLVS KRESSIVS in Commentatione succincta *ad Constitutionem Criminalem* CAROLI V. Imperatoris Art. II. pag. 21. edit. Hannouerae 1744. haec tradens: „ In praesulatibus inferioris Saxoniae: Vogteia, aduocatia continet: *criminale iudicium*, vt Quedlimburgi, Helmstadii. Ast in Franconia opponitur „ *der Zent*, seu criminali iurisdictioni, „ et continet iurisdictionem ciuilem. „ Vt patet ex transactionibus inter „ Saxones et Praesulem Wirthsburgensem, et hunc, vt et Bambergensem ordine equestri in *Goth. Diplom.* „ et apud LVNIG hinc inde. „ Ceterum ex ipsis legibus Imperii facile perspicimus, *centenae* vocabulum indicare *criminalem iurisdictionem.* Vid. PAC. OSNABR. Art. V. §. 43. et qui ad verba citati §. 43. Art. V. commentatus est IOANNES BALTHASAR WERNHERVS in Disp. de *iure affigendi publice mandata Vogtheiae immediatae contra centenam asserto* §. VIII. pag. 13. seq. edit. Vitembergae 1727.

Id quoque ostendunt vocabula *Hausvogt*, praetor aulicus; *Stadtvogt*, praetor vrbanus; *Zentvogt*, praetor caussarum capitalium. *m*) Quumque ex origine feudorum Aduocatiae idem intelligamus aliqua ratione; consequens est, vt coniicere nequeamus contrariam indolem, nisi iusta subsit ratio. Locum hic occupat AVBERTI MIRAEI *Codex donationum piarum*, Operum Diplomaticorum et Historicorum ipsius Tom. I. Cap. XXXII. pag. 41. excus. Bruxellis 1723. qui sistit Diploma OTTONIS I. Imperatoris, anno DCCCCXLVIII. confectum, quo LAMBERTVS Comes Louaniensis, Aduocatus constituitur Gemblacensis Abbatiae in Brabantia. Legatur porro MEIBOMIVS in notis ad *historiam de* HENRICO LEONE Tom. I. *Rerum Germanicarum* pag. 441. edit. Helmaestadii 1688. et exemplorum multitudo, passim a nobis protracta in lucem. Hinc saepenumero in litteris clientelaribus, generis huius formulam reperies: „ auch die Vogtey vnsers Amts mit allen Zu„ gehörungen, Nutzen, ehehaften vnd Gerechtigkeiten, der „ Nutz vnd Gefaell, so zu derselben vnserer Vogtey gehören, „ dass sie vnd ihre Erben in Lehensweise inne haben, nutzen „ vnd niessen sollen vnd mögen, als Lehen- vnd Landes-Recht „ ist: vnd sie sollen vns auch allezeit davor getreu, gehor„ sam, dienstlich und gewaertig seyn, als Lehenleute ihren „ Lehensherren schuldig vnd gebunden seyn. „ *n*) Quibus verbis iurisdictio praefecturae cum omnibus inde pendentibus reditibus iuribusque indicatur; iurisdictio, inquam, tam alta, quam bassa, quatenus est secularis, tam ciuilis, quam criminalis;

m) De his et aliis commentatus est IOANNES GEORGIVS WACHTERVS in *Glossario Germanico* pag 1790. excus. Lipsiae 1737.

n) v. LVNIGIVS *Corporis Iuris Feudalis Germanici* Tom. III. pag. 714. edit. 1727.

lis; *o*) quamuis haec regula patiatur deliquium, si quando in aliqua regione *die Vogteylichkeit denen Halßgerichten oder Cent vnd Freischlichen Gerichten p*) opponitur; vt et si pars tantum iurisdictionis speciatim concessa est Aduocato. Quum autem aduocatia superior distinguenda sit ab inferiori, prout iam supra me demonstrare memini, et illa plerumque sit penes dominum territorialem; vel inde adparet, ratione iurisdictionis, aduocatiae adhaerentis, diuersa adsignanda esse aduocatis iura; quandoquidem aduocati superioris *Oberuogtey vnd Oberschutz*, quippe quae semper fere posita est in iure territorii, secernenda omnino est a vogteia inferiori *der niedergerichtlichen Obrigkeit*, *Unteruoigtey*, *Hoffmarcks-Gericht*, cetera. *q*) Illud videlicet Aduocatiae genus, potissimum constituitur, si sub nexu feudali, dynastia, siue tractus quidam terrarum, iure territorii, Principi cuidam defertur, *nebst aller Landesfürstlicher vnd hoher Obrigkeit vnd Bothmaessigkeit*. Interdum quidem denotat *Voigteiae* vocabulum, iurisdictionem ciuilem, eamque omnigenam, territorii domino competentem, centenam si exceperis; *r*) sicuti quandoque Centenica aeque ac Vogteiica iurisdictio in vno eodemque iudicio administratur,

o) In *Saechs. Landr.* Art. II. Lib. I. seculare iudicium denotatur etiam verbo *Vogtey*, et Art. LXIV. Lib. III. *Aduocatus* nuncupatur *Iudex* et *Vogtgeding* iure Saxonico compellantur omnia iudicia legitima, vt patet ex *Saechs. Landr.* Art. XXII. Lib. I. item Art. vlt. Lib. II. Add. IOANNIS IACOBI SPEIDELII *Speculum iuridico-politico-philologico-historicarum obseruationum* pag. 1327. excus. Norimbergae 1683

p) Cumprimis hic laudandus est illustris DAVID GEORG STRVBEN in *Obseruationum iuris et historiae Germanicae decade*, Obseru. IX. pag. 272. impress. Hildesiae 1735.

q) Interdum etiam *die hohe vnd Obervogtey* distinguitur *von der niedrigen, oder mittel, oder Vntervogtey*, teste PAVLO MATIHIA WEHNERO in *Practicarum Iuris Obseruationum* libro singulari pag. 485. edit. Argentorati 1701.

r) Legi velim KNICHENIVM c. l. Cap. IV. pag. 450.

tur, ſi vel eſt penes vnum principem, vel ſimultaneo modo ſedent in iudicio iudices, vtpote quae *geſamt Petergerichte* plerumque nuncupantur. *s*) Eorum tamen ſubſcribimus ſententiae, qui autumant, ſecundum conſuetudines varias, Vogteiae vocabulum, alio accipi ſenſu, praecipue vero inueſtitos ſine iurisdictione ſuperiore, (*ohne Obergerichte*) illa indicari; *t*) quum ſaepe vox *Vogtey* ciuilem complectatur iurisdictionem, et delictorum leuiorum coercitionem, quae vulgo *Frevel* nuncupantur; *u*) quamuis iuxta loquendi rationem, in Saxonia olim vſitatam, *Vogt* dicatur *der Ober vnd Criminal Richter*. *x*) Speciali quidem pacto poteſt a feudo aduocatiae ſeiungi iurisdictio; aſt perraras has conuentiones eſſe, ipſe ingenue fatetur R. D. F. ROBERTVS KOLB in *Aquila certante* pag. 76. impreſſ. Francofurti 1687. Igitur quae territorii domino eſt Aduocatia, hoc eſt ſuperior, complectitur iura praeclariſſima, et regalia maiora; quin etiam ſimilis veri ratio poſtulat, vt credatur, regalia varia ad aduocatiam adhaereſcere, ſi viro illuſtri munus aduocati fuerit iniunctum. Rite quidem adplicaturus

s) Centenam, ſeu iurisdictionem altam, ſignificare publicam poteſtatem cognoſcendi de cauſſis maioribus, oſtendit V. C. HALLWACHS c. l. pag. 13. §. VII. Conſtat etiam inter omnes, denominationes *Centenae* et *Aduocatiae*, interdum adhiberi tanquam *συνώνυμα*, et centenarios ſaepe nuncupatos eſſe aduocatos. Vid. IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT in libro titulum ferente: *Patrimonium ſancti Bonifacii, ſiue Buchonia vetus* vna cum ſuis confiniis ex traditionibus Fuldenſibus eruta, Cap. II pag. 316. excuſ. Lipſiae 1724.

t) Locuples nobis auctor eſt COLER Deciſ. CLXI. Num. XXX.

u) Leuiora delicta iſta opponuntur *den Fraiſch* ſeu *Maleſiz-Sachen*; haec namque cauſſas criminales et centenam ſub ſe comprehendunt. Conferri hic meretur HENRICI IOANNIS WILLII Diſputatio de *iuſtis iurisdictionis Vogteiae attributis inprimis in Franconia* Cap. I. pag. 7. edit. Altorfii 1739.

x) In apertum hoc retulit IOANNES PAVLVS KRESSIVS in *Opuſculis iuridicis variis*, Helmſtadii excuſis 1742. pag. 59. §. XIX. in not. *i*.

caturus hanc coniecturam, vt diiudicet eam pro discrimine loci, pro diuersitate territorii clausi, vel non clausi, et pro multitudine aliarum supra productarum differentiarum, necesse est. Licet igitur Aduocatia, particeps facta iurisdictionis, dicatur *die Gerichts-Vogtey;* Aduocatia autem, iurisdictione vacans, nuncupetur *die Schirms-Vogtey*, h. e. Aduocatia simplex; raro tamen simplices hasce Aduocatias reperietis, quum minus saepe vtamur formula: ab aduocatia ad iurisdictionem non semper valet consequentia. *y*) Ad indolem ipsam iurisdictionis quod attinet, z) in feudis Aduocatiae superioris, seu sublimis, illa plerumque complectitur, quamuis nonnulla etiam competant aduocatiae inferiori, haec praecipua iura: 1) merum et mixtum imperium. *a*) 2) Ius homagium a subiectis accipiendi; quod iuramentum *die Landes*-vel *die Erb-Huldigung* dicitur, *b*) et ab illo Aduocatiae feudalis iureiurando differt,

y) Quam tradunt O'AILIVS Obseru. LIV. Num. I. et IV. atque alii innumeri.

z) Superioritatem territorialem nomine *iurisdictionis* interdum venire, praecipue in priscis scriptorum monimentis, omnes fere agnoscunt. Iuuabit legisse NICOLAVM CHRISTOPHORVM LYNCKERVM in Diss. de *superioritate territoriali* pag. 21. seq. edit. Ienae 1686. et IOACHIMVM BERGERS in Differt. de *superioritate territoriali.* memb. I. thes. I. excuss. Wittebergae 1662.

a) Meminit huius WOLFGANGVS LAZIVS de *Gentium aliquot migrationibus* Lib. III. pag. 60. edit. Francofurti 160.

b) Vid. GEORGIVM RITTER de *homagio* C. I. N. XXI. et IACOBVM DE S. GEORGIO de *homagio* N. XXXII. atque obserua, homagium plerumque esse characterem supremae Aduocatiae praecipuum, hoc est, coniunctae cum superioritate territoriali. Quam ob rem sunt, qui putent, tantum Status Imperii capaces esse summae istiusmodi Aduocatiae; quoniam iuxta illorum sententiam, iure Status destitutus, nec superioritatem territorialem acquirere potest, nec supremam Aduocatiam; quamuis is, qui non est Status Imperii, praeter iurisdictionem omnimodam, multa iura huius generis, per modum priuilegii et concessionis, sed non ratione superioritatis

 queat,

differt, quo directo domino defensio ita promittitur, vt subiectionem nullam vasalli inuoluat. *c*) 3) Aduocatia superior impertit ius constituendi magistratus. *d*) 4) Ius collectandi. *e*) 5) Ius exigendi *Schutz-vnd Verspruch-Geld*, *f*) quamuis alii aduo-

queat obtinere. Scriptores hoc deargumento excitauit consultissimus vir CONRADVS FRIDERICVS HESSE in Exercitatione de *centena sublimi*, praeside excellentissimo BOEHMERO defensa 1746. §. XXV. pag. 41. Sed legenda etiam sunt, quae contra hanc Exercitationem monuit generosissimus CHRISTOPHORVS CAROLVS GRVNDHERR DE WEIERHAVS ET ALTENHANN in multo doctissima dissertatione de *Characteribus superioritatis territorialis*, praeside consultissimo IOANNE HEVMANNO Altorfii defensa, et ibidem 1749. impressa, §. XXXII. pag. 46. seq.

c) Multum interesse inter *die Huldigungs-Pflicht*, praestandum iurisdictionis domino, qui etiam *der Vogteyherr* dicitur, et inter iusiurandum subiectionis; condocet WILLIVS l. c. Constat enim, interdum dari fidem iuramenti domino iurisdictionis bassae.

d) Quae huius loci sunt, tradunt RENATVS CHOPPINVS de *Domanio Franciae* Lib. III. Tit. XX. pag. 523. edit. Parisiis 1589. et MENOCHIVS *Praesumt.* XCVII. Num. XXX. Lib. III.

e) Huc pertinet LAMPERTI Episcopi Bambergensis Diploma, vi cuius Aduocatiam et Burghutam Ebersfeldensem coenobio S. Michaelis iunxit et consecrauit, sibi vero plenam iurisdictionem et ius collectandi reseruauit anno MCCCLXXIX. in *Scriptor. Bamberg.* Vol. I. pag. 1154. edit. cura IOANNIS PETRI A LVDEWIG. Vid. etiam GAILL *Practicarum Obseruationum* Lib. II. pag. 390.

f) Hoc probatur in SIMONIS PISTORIS Consil. XIX. Num. XV. et XVI. adiect. *Consiliorum siue Responsorum* MODESTINI Volumini I. impress. Lipsiae 1586. pag. 995. seq. et in KNICHEN Comment. de *Sax. non prouoc. iur.* c. I. Cumprimis vero de *denariis aduocatitiis* legendum est Diploma VLRICI Monasterii Medlicensis abbatis, anno MCCCXII. exaratum, apud PHILIBERTVM HVEBER, in libro, sub indice: *Austria ex Archiuis Mellicensibus illustrata*, edit. Lipsiae 1722. pag. 45. seq. nec non IOANNIS Admuntensis Abbatis Diploma, quo DIETMARO LIEHTENSTEIN in fidem suam commendat Aduocatiam; apud A. R. P. BERNARDVM PEZIVM in *thesauri anecdotorum* nouissimi Tom. III. Part. III. pag. 746. seq. Num. LIX. edit. Augustae Vindelicorum et Grae-

aduocati sibi imposuerint hoc onus sine praemio, hoc est ex mera gratia; id quod illustrari potest Diplomate HENRICI Ducis Austriae, Aduocatiam Admontensis coenobii in se suscipientis anno MCLXIX. hunc ad modum: „ quam (Aduocatiam) tenere volumus, sine beneficii quoque iure vel concessione, absque placitorum etiam et modiorum vel pecudum exactione, tantum vt Dei respectu et nostrae dilectionis intuitu illos tueantur et defendant, et vbicumque necessarium fuerit, pro illis respondeant. Ne enim placita banni modii, vel pecudes ab ipsis vel ab hominibus eorum exigantur aliorum beneficiorum vtilitatibus nobis recompensatum nouimus, sicut et praedecessorem nostrum GEBEHARDVM Comitem DE BVRCHHVSIN ipsam Aduocatiam habuisse, cognoscimus; „ cetera. apud A. R. P. BERNARDVM PEZIVM *Thesauri Anecdotorum Nouissimi* Tom. III. Part. III. p. 767.

Graecii 1721. vt et Diploma, quo Abbas et Conuentus S. Dionysii in Brocqueroya Ordinis S. Benedicti, iuxta montes Hannoniae, eligit BALDVINVM Hannoniae Comitem in Aduocatum anno MCLXXXII. verbis: „ notum facimus et praesentibus et futuris, quod principi nostro BALDVINO Comiti Haynoniensi concessimus et dedimus Aduocatiam in omnibus seruis et ancillis ad Altarium de Hojus pertinentibus; ita quod Comes Haynoniae illorum seruorum et ancillarum viuentium habeat seruicium corporum et pecuniarum; in mortuis manibus, sicut et in licentia matrimoniorum seruorum illorum et ancillarum Comes Haynoniae habeat medietatem. Ecclesia vero nostra aliam medietatem. Census autem seruorum illorum et ancillarum sine participatione nobis retinuimus; „ apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Historicorum* Tom. III. Cap. XVI. pag. 575. edit. Bruxellis 1734. Addatur denique Diploma LVDOVICI Comitis Lossensis; apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Historicorum* Tom. III. Cap. XCI. pag. 700. nec non *Vertrag über den Schutz des Closters Walckenried* de anno MDLXXXI. apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELD in *Antiquitatibus Walckenridensibus* Part. II Cap. II. §. XIV. pag. 32. excus. Lipsiae et Nordhusae 1705.

767. Num. LXXXVII. impress. Augustae Vindelicorum et Graecii 1721. et FRIDERICI I. Imperatoris priuilegio, anno MCLXXXIV. dato *Agymundensi* ecclesiae, quod exhibet IO. PETRVS A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. IV. Lib. III. Num I. p. 171. edit. Francofurti et Lipsiae 1722. Alii tamen, censibus atque vtilitatibus variis adducti, capessiuerunt Aduocatias. Fidem faciunt Diploma, ab OTTONE an. DCCCCXXXVII. datum ecclesiae Magdeburgensi, verbis: „condonat eidem congregationi, vt „ familiae eorum coram nullo nisi Aduocato eorum iustitiam se„ cularem cogantur exercere, et nulli nisi eidem congregationi „ seruire, et illa, nisi Deo et sanctis eius, nisi tantum singulis annis „ vnum cauallum, scutumque et lanceam, vel duas crusinas „ dent, vt sciant in mundiburdio Regis se esse; „ cet. apud CASPAREM SAGITTARIVM in *Antiquitatibus Archiepiscopatus Magdeburgensis* §. XLV. p. 19. edit. Ienae 1684. Addatur charta, qua Duces BERNHARDVS et HENRICVS Brunsuico-Luneburgenses confirmant Praelatorum suorum et ecclesiarum iura atque priuilegia anno MCCCXCII. de qua euoluatur CHRISTIANVS SCHLÖPKEN in libro ferente titulum: *Chronicon oder Beschreibung der Stadt vnd des Stiffts Bardewick vor vnd nach der Zerstörung* edit. Lubecae 1704. pag. 309. seq. g) Huc

g) Adtexere liceat verba Diplomatis ipsa: *We Bernd vnd Hinrick vanGodes Gnaden Hertogen tho Brunswick und tho Lüneborg. Bekennet apenbar in dessen Brewe, dat we angesehn hebbet mannigerley Anfall, Beschweringe vnde Schaden, den alle Clöstere, Stichte, Godesbüse in vnser Herschop Lüneborg belegen, mannig Iahr geleden hebbet, alse dat derseluen Clöster en grot Dehl des de Laenge neneswegės herden können, wenne we se dar nicht gnedigen annebetrachten wolden. Des begehre we Gode tho Ehren, vnser Sehl tho Saligkeit, vnde ümme Förstl. Döhget vnde Woldat willen, desüluen Clöster, Stichte vnde Godeshüse, in sodanen Stücken, dar se by bestahn mögħet,*

bet, ewygehende tho beforgende, alfe dat fe Befchweringe, Gewalt vnde Vnrechts van alsweme verhauen fyn, vpp dat de, de in Clöftern, Stichten vnd Godeshüfen tho Godesdenfte fchicket fyn, Gode defto förder denen möghen, vnde vor unfre Oeldern, vnfe Vorfahren, vor vns vnde vnfe Herfchop Lüneborg, God tho ewighen Tyden defto trowliker bidden. Vmme düffer vorfchreuen Sake willen, de vns gödeliken vnd redeliken dartho beweghet, fo ftebdighe we vnde ghenet, vnde vullbordet, vnde vornyet mit rechter Wetenheit, vnde mit Rade vnde Vullbort vnfes truwen Rades, vnfer Manne vnde vnfer Stede, mit Krafft deffes Breues, mit guten Willen vnde mit wolberadenem Mode, allen Praelaten, Preftern, Papheyt, Clöftern, Stichten vnde Godeshüfen in vnfer Herfchop Lüneborg wohnhafftig vnde belegen, vnde ok allen andern Stichten, Papheyten vnde Godeshüfen, de in derfülnen vnfer Herfchop Erue, Gut edder Rente hebbet, vnde ehrer jeweliken befündern, wat Achte edder Orden fie fin, alle ehre Priuilegia *vnd Breve, nach allem ehrem Lude, von weme fe de gheyftlik edder werlik hebbet, vnde alle ehre Rechtigkeit, Frybeit, Gnade vnd Wohrheit, vnd alle ehre Gut, wo dat benömet fy, vnde van weme vnde wurfe, dat in Steden vnde Schlöten, Wickbelden, Dörpern vnd allerwegbene anders, in vnfer vorfchreuen Herfchop Lüneborg hebbet, edder in thokamenden Tyden hebbende werdet, alfo dat we, vnfe Eruen vnd Nakaemlige, fe fament vnde enen ieweliken befündern dar truweliken vnde roweliken bylaten vnde gaentzliken in aller Frybeit bybeholden, vnde gegen als weme vordeghedingen vnd befchirmen willet vnde fchullet, wur we dat vermöghet, mit Beholtniffe an alle ehres gheyft vnde weltlicken Rechtes vnd aller* Priuilegia *vnde Breue, de fe van allen unfen Vorfahren vnde van vns vnde mit Landen vnd Lüden vnfer vorfchreuen Herfchop fament edder befündern hebbet; vnde we enfchullet, noch enwillet des nehmanden ftaeden edder ghünnen, de fe in jeniger der vorfchreuen Stücke befchware, hindere edder vorunrechte, edder an ehren Perfonen en ehren Luden, edder ehrer jeniges Gut fe annehrdige, edder jene wyff vorfülffwoldighe, hindere edder befchwere. Schede ehn edder den ehren dar en bauen an fick fulven edder an ehren Gude van jemand jenich Schade edder Vnnoeghe, dar wy en nenes Wandels ümme hülpen, fo moechten fe gheyftlikes Rechtes ane unfe wyte bruken tho ehrer vnde ehres Gudes Befchermung, vnde tho Erhalinge ehres Schadens. We fchullet ok vnde willet alle Ebbete, Proebefte vnde andere Praelaten vnde Papheyt in vnfer vorfchreuen Herfchop, de ehre Capittele vnde Conuente endrachtigen kefet, edder van ehren Lehnheren belehnet find edder werdet, truwelicken vorderen vnde vorbidden, vnde der vorbenoemden kenen en ehren fryen Koehren, Lenwaren edder Lenen nenewys hindern edder hindern laten, wur we en dat mit Befchede moeghet hel-*

helpenwehren na ehren Rade. Ok hebbet vns Ammechtlude vnde Mann vor wahr angberichtet, umme Herberge vnde Denst der Cloestere vnser Herschop, de vns Denstes pleghet, wo me dat geholden hebbe, by seligher Daechtnisse vnser Vorfahren Hertogen Otten vnd Hertogen Wilhelmus Tyden, dar wille wy vns vnde vnse Ammechtlude, Voeghede vnde Dener, vnde vnse Mann schullet sick ob ghentzliken also darna richten, dat noch we enwillet, noch se enschullet nene froemde Foersten noch Dehghedinges Daghe, edder Sammelinge uppe de Closterhoeue, edder in ehre Doerpe edder Gud leggen; Hedde we aber Krieg van vnser Herschop weghene, edder umme vnser Vnderdahnen Beschermung willen leghede we denn Sammelinge in ehre Doerpe edder Gud, da scholde an de Sate, de we mit den vnsen in vnser Herschop Luneburg hebbet, nicht roehren, doch wolle we dat maken alse we gnedelikes moeghet, alse me dat by der vorgeschreuenen Foersten Tyden ok heft gheholden, vnde vnse eghenen Herberghe uppe de Closterhauen wille we, vnde vnse Ammechtlude, Voeghede vnde Denere schullet den Cloestern so voghelik maken, dat se des wol ghewesen vnde bystaendig bliuen moeghen. Desuluen Cloester enschullet ok vns noch vnsen Ammechtluden edder Voegheden mit ehren Waghenen tho kenerley Powstwerke, edder Vurwerke noch tho koekenholte vorde denen, alse se by der vorbenoemden Foersten Tyden ok ny geploghen hebbet. Vnde sunderghen in der Erne schulle wy ehre Waghene, Hauedenstes vordreghen, alse dat ok by dersuluen Foersten Tyden hefft wohntlik ghewesen. Wanne we auer heruardet, tho velde liget, edder vnse Stöte buwet, vnde wende vnse Leger overtudt, dat pleghet vns desuluen Clöstere Denster tho mit ehren Waghenen, vnde tho anders nenen Stucken, vnde de Vndersaten vnde Lude der Clöstere, de vns denet vnde Herberge pleghet, alse verschreuen is, sind noch vnsen Ammechtluden edder Vögheden nenerley Bede Denstes noch Herberghe pflichtet. Wann ok en Först vnser verschreuen Herschop Luneborg erst entfaengt tho vorstande, so ghifft deme Förtsen en jewelik Closter ene Ghestlike Pröuende, des ghelik ghifft me ok den Förtsen ene Pröuende, wenn se echte Vrowen nehmet, vnde nicht mehr, vnde umme anders nener Sake willen, vor weme se nah der Clöster Gesette, Wohnheit vnde Rechte denne biddet. Vnde weme we der Pröuende welcke gheret, den wille wy benöhmen in unsem Breue. Verkoffte we de Pröuende iemande, den Köpere enschullet de Clöstere nene wys enpfangen, vnd de Verköper schall de Pröuende verlustig wesen, vnde de Bede um der Pröuende, vor enen andern schall wedder tho vns kamen. De andern Clöstere, de by der vorschreuenen Förtsen Tyden alsodanes Denstes vnser Herschop nich geploghen hebbet, odder alsodane Pröuende nick gegheven hebbet, de schullen wy vnde willet wy by dersuluen Freyheit ruwelicken vnde ewigliken lahten. Alle dusse vorschreuen Stucke

Huc spectat 6) *Ius sequelae.* b) Inspice modo quid sit de hoc scriptum *im Haupt-Vertrag zwischen* OTTO HEINRICHEN *vnd* PHILIPPEN, *Pfalßgrafen bey Rhein vnd Hertzogen*

Stucke vnde en jewelik besundern lawe wy Bernd vnd Hinrik, Hertogen tho Brunswick vnde Luneborg vorbenömet, vor vns vnde vnsere Eruen vnd Nakaemlinge in guden Truwen, den vorbenömden allen vnd ehrer jeweliken besundern ghentsliken vnde vnuorbraken tho holdende, sunder allerley List Vnde wy hebbet tho grötern Louen alle de vorscrevene Stuke vnde vnsere Truwelofte mit wolberadenem Mode witliken vnde mit gudem Willen, mit upgerichteten Vingern vnde mit stahnenden Eden, in Tegenwerdigkeit vnser vorscreuenen Praelaten, Manne vnd Rathlude geschworen tho den Hilligen, vnde wy lavet vnde schweret en alßo sulues in dussen Breve. Gheven tho Zelle, nah Godes Bord drutteyn hundert jahr, darnach in dem twe vnde negentigsten Iahre. In Sunte Matthei Avende des billigsten Apostels vnd Euangelisten, vnder vnsem Inghesegbele, de we tho ewigher Kekentnisse vnd Orkunde aller vorschreuenen Stucke vnde enes jeweliken besundern tho dessen Breue hebbet gheben ghet heten witliken vnde mit goden Willen. Alia hunc spectantia documenta et exempla descripsit atque explicauit auctor *der Gründlichen Ausführung des Seiner Koenigl. Maiestaet von Groß-Britannien auch Churfürstlichen Durchl. zu Braunschw. vnd Luneb. Aemtern zustehenden Rechts wider die an Seiten des Closters St. Michaelis in Luneburg neuerlich gemachte Praetension* cet. pag. 168. seq. edit. Cell. 1723. nec non auctor libri inscripti: *obnumgaenglicbes Additamentum zu der von Sr. Koenigl. Majest. von Groß-Britannien auch Churfurstl. Durchl. zu Braunschweig vnd Luneburg Aemtern auf Veranlassen des Closters St. Michaelis in Luneburg anno 1723. edirten Grundl. Ausfuhrung,* cet. Cap. IV. pag. 96. seq. excus. 1728. et *die abgenöthigte Fortsetzung der grundlichen Ausfuhrung des Sr. Koenigl. Maiestaet von Groß-Britannien auch Churfurstl. Durchl. zu Braunschweig vnd Luneburg Amtern zustehenden Rechts in Ansehung der Gerichtbarkeit* edit. Cell. 1742. Cap. II. §. III. pag. 47. seq. Subiungatur denique Diploma BALDVINI Insulensis Flandriae Comitis, Martianensi ecclesiae datum anno MXXXVIII. apud IO. BVZELINVM in *Gallo-Flandria sacra et profana* Lib. III. Cap. XX. pag. 527. seq. excus. Duaci 1625.

b) Non contemnenda sunt, quae generatim de hoc vasalli officio ad animum reuocauit IOANNES FRIDERICVS RHETIVS in Commentario in *ius feudale commune* Lib. I. Tit. XXI. pag. 446. excus. Francofurti ad Viadrum 1637.

tzogen in Bayern, an einem; dann Abt CONRADEN *zu Kaysersheim am andern Theil*, de anno MDXXXIV. apud LVNIGIVM in *Spicilegii Ecclesiastici dritten Theil* Num. XIII. pag. 817. Classis huius est 7) *Ius aperturae*, quod Aduocatia armata cumprimis expostulat. *i*) 8) Ius in via publica conducendi; quandoquidem protectio securitatem eiusmodi innuere videtur; *k*) tametsi alia quoque ratione, id ius commeatum dandi, aeque ac multa ex reliquis regalibus, sibi repererunt haud pauci *l*) velut praescriptione, pactis modisque pluribus. Hinc Aduocati commeatum dederunt Hamelae, prout hoc memoriae prodidit LEIBNIT. *Chron. Hamel.* pag. 515. *m*) Conferatur quoque testamentum FRIDERICI senioris DVCIS BRVNSVIC. ET LVNEB. an. MCCCCLXXVII. con-

i) THEODORVS REINKINGK in hoc argumento explanando elaborauit in tractatu de *regimine seculari et ecclesiastico* Lib. I. Class. V. Cap. IV. Num. CIX. pag. 566. qui prodiit Francofurti ad Moenum 1659. et CAEPOLLA de *seruit. vrb. praed.* Cap. XXXIX. Num. IX. Add. *Decisiones Burdegalenses* per NICOLAVM BOERIVM collectae, Decis. CCXII. pag. 483. excus. Francofurti 1574. et PETRVS ANTONIVS DE PETRA de *iure quaesito non tollendo per Principem* Cap. VIII. Num. XVII. et KNICHEN de *sublim. territ. iur.* Cap. IV. Num. CCCLIV. et CCCXCIV. Discrimen vero locum habet inter aperturam castri, tempore belli debitam, *da ihm ein Herr die Oeffnung vorbehaelt zu Kriegs- und Vhede-Zeiten*, et aperturam simplicem, quae posterior species, potius ad vrbanitatem vasalli spectat, quam ad Domini iurisdictionem, vt monet BIDENBACH *Quaest. Pract.* XXII. f. 130. apud SAMVELEM STRYKIVM in Disp. de *fortalitiis* Cap. VI. pag. 44. edit. 1691. quemadmodum etiam iure confoederationis, vel iure seruitutis, eiusmodi apertura concedi solet.

k) Hoc argumentum persequutus est KOLB Cofutat. Sign. XXV. Solmensis Artic. vnic. §. III. et IV. pag. 228. edit. 1687.

l) Ceu euictum dedit THEODORVS REINKINGK de *regimine seculari et ecclesiastico* Lib. I. Class. V. Cap. IV. Num. CCXXXIII. pag. 582. edit. 1659.

m) apud IOANNEM PAVLVM KRESSIVM *Opuscul. Iuridic. variorum* pag. 80. excus. Helmstadii 1742.

conſcriptum, apud PHILIPPVM IVLIVM REHTMEIERVM in *der Braunſchweig Lüneburgiſchen Chronic.* Part. III. Cap. LXVI. pag. 1318. edit. 1722. *n*) 9) Complexu ſuo coercere et continere Aduocatia feudalis eaque ſuperior praecipue ſolet *Ius confiſcandi*, quod velut Imperiali Alſatiae ciuitate *Roßheimb* gens RVMELIORVM, iure feudi Imperialis exercuit. *o*) Huc ſpectant 10) *Ablager*, *Futter vnd Mahl*, aliique fructus atque vtilitates, quos aduenienti Aduocato tulerunt Aduocatiae ſubiecti. Quod ius vocabulo *albergare*, h. e. recipere in domum, exprimitur, *p*) adumbraturque in Diplomate OTTONIS Com.

n) Multa variaque eruditione refertus liber viri illuſtris FRIDERICI ESAIAE PVFENDORFII de *iurisdictione Germanica* P. II. S. III. C. I. §. XXX. pag. 305. excuſ. Lemgouiae 1740. cumpris hic commemorandus eſt.

o) teſte NIC. MYLERO AB EHRENBACH c. l. Cap. XXI. pag. 201. et obſeruante HENRICO MEIBOMIO in Oratione de *Origine Helmſtadii*, Tom. III. *Rerum Germanicarum* pag. 228. ſeq. ab ipſo edit. 1688. Helmaeſtadii.

p) Vid. SIGONIVS *Hiſtor. Bonon.* Lib. II. in princ. Proprie quidem *Albergaria* vocatur illud, quod Comiti, ad loca prouinciae eunti, pro querelis ſubiectorum audiendis, contra ſuos officiales, ſeu pro cauſſa ſubiectorum viſitanti, datur. Hactenus dictis lucem adfundent *Exercitationum variarum iuris publici* pars tertia, edita ſtudio et opera AHASVERI FRITSCHI Rudolſtadii 1670. Exercitat. III. pag. 192. ſeq. et KOLB in *Confut. Sign.* XXIX. *Solmenſ.* Abuſus huius iuris aliorumque exprobrat Aduocatis CASP. KLOCKIVS de *Aerario* Lib. II. Cap. XCI. Num. XVIII. ſcribens: „Vid́emus nonnullis in locis peſſimam „conſuetudinem inoleuiſſe, vt multi „Principes, Comites, Aduocati ac alii „in vaſallorum ruſticorum praediis, „nec non in monaſteris curae illorum „commiſſis, quae non ad canes, aut „equos alendos, aut famulitii aulici „voracitatem explendam, ſed ad cultum diuinum inſtituta fuerunt, ita „moleſti ſint, tantaque in iis impendia absque vlla neceſſitate cauſent, „vt eorum prouentus, nimiis profuſionibus prorſus exhauriant, laudabili „Aduocatorum inſtituto male abutentes: Quem abuſum et exceſſum cum minime probemus, maxime cum haud raro comperiamus, protectores ſaepius in anno „cum magna aulicorum frequentia „in coenobiis non minus, quam igna-

 „uiſ-

Com. Pal. Rheni, Frisingensi Capitulo dato an. MCCXXXV. apud LVNIGIVM *Spicileg. Eccles. Contin.* I. p. 518. seq. Num. IV. edit. Lipsiae 1720. Firmatur institutum istud consuetudine, quae praefinit, *daß der Lehnherr seinen Lehenleuten, wenn sie mit ihm ziehen, Futter, Mahl vnd Hufschlag giebt. q)* Conf. GODOFREDI Ducis statuta aduersus Aduocatos ecclesiae Virdunensis, confecta anno MLX. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND in *thesauro nouo annecdotorum* Tom. I. pag. 190. edit. Lutetiae Parisiorum 1717. nisi stipendia, vel praedia vasallorum efficiant, vt regula illa patiatur deliquium, ita, vt expensis propriis aduocatus descendere teneatur ad auxilium. *r)* Plerumque quidem Aduocatis, expeditio-

„ uissimorum venantium colluuie „ diuerti, multo ibidem tempore per- „ sistere, nec facile nisi ollis ac doliis „ euacuatis, inde pedem mouere, sed „ et prater haec dispendia certum ad- „ huc equorum ibi nutriendorum ca- „ numque venaticorum numerum re- „ linquere, eaque omnino tanquam „ debita imperiose exigere, et ni ad nu- „ tum omnia subministrentur, statim „ fulmina spirare et extrema quaeuis „ minitari. „ Lege etiam *Consil.* Argentoratens. Vol. I. Cons. XVIII.

q) Consulantur A'HASV. FRITSCH de *iure lustrationis et sequelae* Cap. VIII. Num. XXXIX. et PINCKELTHAVS Obseru. LXXXVII. Num. XV. et SCHVLTZEN in Differt. de *vasallo adiutore* pag. 54. et praesul purpuratus FRANCISCVS ZABARELLA in Comment. ad *cap. in quibusdam, X. de poenis* fol. 122. b. libri inscripti: *super IV. et V. Decretalium subtilissima commentaria* impress. Venetiis 1602.

r) Qui nonulla sibi monstrari cupiunt antiquiorum temporum hac de re testimonia, adeant IOANNIS PHILIPPI KVCHENBECKER *Analecta Hassiaca* Collect. VII. edit. Marburgi 1732. pag. 177. et MARTENE in *collect. veterum monum.* Tom. I. pag. 379. quo loco de EFREDO Aduocato Corbeiensi et milite haec traduntur: „ Si Abbas in expeditionem Regis ire debe- „ ret, et eum secum ire iusserit, aut „ per se illum cum suis militibus ire „ praeceperit, tunc sibi sumtus ex ad- „ uocatione, non tamen sine ratione „ requirere liceat; „ et qui plura suppeditat, tum vasallorum exempla quibus dominus omnia dare tenetur, quae ad expeditionem suscipiendam necef-

ditionem suscipientibus, ea esse speciatim data, quae ad illam necessaria videbantur, *s*) perhibet MALBRANCVS Lib. VIII. *de Morinis* Cap. XLVI. in Charta BALDVINI Comitis Flandriae, anno MLVI. conscripta pro monasterio S. Martini, apud DV FRESNE c. l. pag. 94. verbis: *vt quicunque Aduocatus fuerit in regalem expeditionem iturus, vnum baconem, et vnam pensam caseorum, et vnum equum ad summariam vel pro his vnam marcam argenti ab Abbate accipiat;* cetera. Quibus multa subiungi possent de fodro similibusque fructibus Aduocatiae, *von hohen vnd niedrigen Freuelbußen, Oeffnung der Kirchhöfe vnd Dorffbefriedungen, jaehrlichen Kirchmessen, Banwein, Banweingelt, Vogthaber, Waldgelt, Walperkühen, Weidgeld,* aliisque iuribus *der Vogteylichen Obrigkeit Gerecht- vnd Herrlichkeit.* Sed plura non addo, quum reliqua, quae adhuc dici potuissent, abunde suppeditent scriptores supra a nobis laudati. *t*) Accedant iis tamen inscriptiones nonnullorum Diplomatum, quae fructus illos patefecerunt et retulere in apertum. Haud dubie huc referendum est priuilegium ecclesiae B. Mariae in Eylwarstorff, a GEBEHARDO Burggrauio Magdeb. irrogatum anno MCCVII. apud IO. PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscript. omnis aeui Diplomatum* Tom. I. Num. XIV. pag. 25. qui prodiit Francofurti et Lipsiae 1720. Diploma HENRICI Marchionis DE HACHBERC; apud MAR-

Dddd 2 QVAR-

necessaria sunt, tum etiam eiusmodi vasallos indicat, qui propriis sumtibus suis prodierunt in aciem, illustrem DAVIDEM GEORGIVM STRVBEN in *Nebenstunden* Part. I. Num. IV. §. VI. pag. 440. seq. edit. Hildesiae 1742.

s) §. XXII. de his fusius.

t) Add. CHRISTOPHORVS BROWERVS, qui *Fuldensium antiquitatum* Lib. I. Cap. XXI. pag. 88. edit. Antuerpiae 1612. pronunciat, Aduocatis et ministerialibus ecclesiarum, hac in re nihil esse rapacius et auarius. Quae quidem facile refelli possent BROWERI verba, ignominia afficientia laicos; sed haec nunc tangere institutum vetat.

QVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Augustae Gent. Habsb.* Vol. III. Num. DLXV. p. 468. seq. Diploma FRIDERICI II. Romanorum Regis, an. MCCXV. concinnatum; apud HVNDIVM *Metropol. Salisburg.* Tom. I. pag. 253. Num. II. edit. 1719. Diploma Imperatoris OTTONIS, datum ecclesiae Aschaffinburg anno DCCCCLXXVI. apud GEORGIVM CHRISTIANVM IOHANNIS, in libro titulum praeferente: *Tabularum litterarumque veterum vsque huc nondum editarum spicilegium idque primum* pag. 257. excus. Francofurti ad Moenum 1724. Diploma LVDOLPHI Episcopi Halberstadiensis pro monasterio Corbeiae nouae, in quo, pro concessa sibi Aduocatia in aliquibus villis ab HERMANNO Abbate Corbeiensi, concedit ipsi vnam praebendam in ecclesia Halberstadiensi, anno MCCLIII. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum scriptorum et Monumentorum* Tom. I. pag. 1315. edit. Parisiis 1724. Iudicium HENRICI III. Imperatoris, aduersus Prumiensis monasterii Aduocatos; apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum scriptorum et monumentorum* Tom. I. pag. 596. seq. excus. Parisiis 1724. HEINRICI Comitis Aschariae et GEVEHARDI Abbatis ecclesiae Nienburgensis Transactio, ratione Aduocatiae Nienburgensis inita anno MCCXXXIX. apud IOANNEM CHRISTOPH. BECKMANN in *der Historie des Fürstenthums Anhalt* Part. V. Lib. II. Cap. I. §. VI. pag. 71. seq. edit. Seruestae 1710. Charta compositionis inter Dominos de SCHOWENBERG et WICHARDVM a COTTONEM DE PLANCHENSTAIN apud BERNARDVM PEZ et PHILIBERTVM HVEBER in *Codice Diplomatico-Historico-Epistolari* Part. III. Num. XX. pag. 17. impress. Augustae Vind. et Graecii 1729. *Churfürstlicher Sächsischer Lehnbrief, über die Voigtey des Kayserlichen freyen weltlichen Stiffts Quedlinburg*, de anno MDCLXXXXV. apud LVNIGIVM in *der Grundfeste Europaeischer Potentzen Gerechtsame*

fame pag. 800. luci publicae exposit. Lipsiae 1716. Diploma BALDVINI Insulensis Flandriae Comitis, Martianensi ecclesiae datum an. MXXXVIII. apud IOANNEM BVZELINVM in *Gallo-Flandria sacra et profana* Lib. III. Cap. XX. pag. 527. seq. excus. Duaci 1625. Non negauerim, etiamnum inesse iura quaedam alia posse feudis Aduocatiae; sed quae sua sponte fluunt ex propositis axiomatibus, vel raro competunt feudis istis, *u*) vel ex notione superioritatis territorialis nascuntur, vel quae dudum exoleuerunt, ea pluribus explanare, mearum non duco esse partium. Quomodo vero inferioris Aduocatiae feuda imitantur nonnunquam proprietates percensitas Aduocatiae superioris; huc enim inprimis comparata sunt bene multa a nobis in lucem protracta exempla: *x*) sic saluo iure supremi Domini ea esse administranda, quilibet statim ex characteribus superioritatis territorialis infert; *y*) ex quibus etiam colligimus, non praeditos esse subaduocatos, seu minores, iure sequelae, iure fortalitia exstruendi, iure ferendi leges, similibusque rega-

u) Huc spectat Advocati ius in territorio ecccelesiae, cuius est Aduocatus, construendi fortalitia, quod FRIDERICVS II. reprobauit in constitutione, quam descripsit IOANNES SCHILTERVS *Institut. Iuris Publ. Romano-Germanici* Tom. II. Tit XV. Num. VII. pag. 113. excus. Argentorati 1696.

x) Plura hic adponere, longum nimis foret, obseruare tamen liceat, v. c. omnes vno ore fateri, Aduocatiae inferiori interdum adhaerescere ius *Albergariae*; si id ipsum pacto, vel praescriptione fuerit praefinitum. Vid. *cap. 23. X. de iure patronatus.*

y) De officiis iuribusque Aduocati feudalis tradita placita, luculenter commonstrant, non quemlibet capacem esse feudi aduocatiae. Quemadmodum etiam ex iure communi manifestum sit, subiectum habile requiri ad qualitatem suscipiendam. Arg. *L. 2 D. de captiuis et postliminio, L. 40. D. de donationibus inter virum et vxorem.* Hinc quoque caussa prouisionis cessante, cessat prouisio; arg. *L. 5. §. 3. D. de iure immunitatis, et L. 38. § 1. ex quibus caussis maiores 25. annis*, neque minus fidelitatem extra oculos ponens vasallus, amittit feudum arg. *L. 1. C. de donationibus quae sub modo vel condit* et *L. 38. D. de negotiis gestis.*

regalibus maioribus. Omnino autem Aduocati inferiores pollere ſolent cumprimis iurisdictione inferiori; ad quam, prout vere et grauiter illam adumbrauit celeberrimus IOANNES HEVMANNVS in doctiſſima diſſertatione de *characteribus ſuperioritatis territorialis caute deſignandis*, §. XXXV. p. 51. edit. Altorfii 1749. plerumque referuntur haec: „1) cognitio „omnium cauſſarum ciuilium et pecuniarum, 2) coercitio „delictorum leuiorum, quae dicuntur *Freuel*, 3) ius recipi„endi homagium a ſubditis Vogtheicis, 4) ius conſtituendi „carceres ciuiles, 5) ius ſuſcipiendi inſpectionem ponderum „et menſurarum, 6) protectio encaeniorum, *Kirchweyh-Schuz*, „7) poſitio terminorum et lapidum finalium, 8) ius exigendi „operas ſubditorum, 9) ius aſſidendi rationibus parochiali„bus, 10) ius ordinandi inſpectionem molendinorum, 11) ius „erigendi ſcholas triuiales, 12) ius publicandi ſtatuta commu„nitatis, 13) inſpectio aedificiorum communitatis, *Obſicht über* „*Ehehafften, Tafernen, Bäder, Schmidten vnd Mühlen*, 14) con„ſtitutio officialium publicorum, 15) cura ignium et furno„rum, 16) perſecutio facinoroſorum, 17) ius conuocandi com„munionem, 18) ius aſſiſtendi rationibus communitatis, 19) ius „mulctas capiendi, 20) ius puniendi perſonas, ſed ſine corpo„ris cruciatu, 21) conſtitutio tutorum et curatorum, 22) ius in„uentarii, 23) ius ſigillandi et obſignandi, 24) ius actorum „iudicialium, 25) ius literarum requiſitorialium, 26) ius viſi„tandi domos ſuſpectas, 27) ius proclamandi pacem publicam, „28) ius intradae, *Einziehungs-Geld*, 29) ius detractionis, 30) „erectio teſtamentorum apud acta, 31) ius proceſſus edictalis „*Gant-proceß zu führen vnd zu dirigiren*, 32) ius iaculandi, *Schü*„*tzen Staette aufzurichten*, 33) inſtitutio et inſpectio opificum, „*die Aufſtellung der Handwercker ohne Zunfft*, 34) ius dirigendi „proceſſus ciuiles et mixtum imperium, 35) ius conſtituendi agri-

„ agrimensores, 36) ius colligendi seu collectandi, *Gemeind-* „ *Anlagen zu thun*, 37) concessio securitatis, *sicher Geleit vnd* „ *Schutz im Dorff vnd Marckt zu geben*, 38) apertura coemeteri- „ orum, 39) praestatio *des Weide-Gelds, Hirten-Gelds, der Walper-* „ *Küh, Rauch-Hüner vnd Vogt Habers*, 40) ius albergariae, 41) per- „ ceptio fructuum iurisdictionis, 42) apprehensio facinoroso- „ rum, vt domino iurisdictionis criminalis remittantur, 43) „ vt res ad victum pertinentes vendibiles domino primo offe- „ rantur, item 44) praestatio famulitii; „ cetera. Vogteiae autem praefectos, non solum caussas iustitiae, sed alia etiam negotia administrare, ad publicam salutem spectantia, luculenter id dudum fuit probatum a SECKENDORFIO *im Fürsten-Staat* P. II. Cap. X. et aliis, quos excitat illustris DAVID GEORG STRVBEN Parte I. *der Nebenstunden* Num. III. Cap. II. §. VI. pag. 358. excus. Hildesiae 1742. Praeterea Aduocatorum complures plane non vsi sunt iuribus consuetis alias, vel renunciarunt maximae illorum parti; id quod tum ex iis pro percepto liquet, quae de pactis Aduocatiae adiectis disserui, tum ex Diplomatibus haud paucis. Digna est, quae ad hunc locum inspiciatur, Charta, anno MCXXXVIII. confecta; apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. III. pag. 172. excus. 1719. in qua stilo signata sunt haec: „ Te igitur, GEBHARDE, ad quem nihil pe- „ nitus de iure supra praefatae ecclesiae aut possessionum illius „ aliquo modo respiciebat . . . . ad tutoris et actoris offici- „ um, et hoc pro remedio animae tuae, si tibi placet, assumi- „ mus, officium commendantes, non beneficium conceden- „ tes; „ cetera. Denique animaduertimus, aliquando solum protectorem et defensorem armatum alicuius vniuersitatis, vocari aduocatum superiorem; prout Diploma ostendit, in quo Senatus populusque Aquisgranensis haec profert: „ nos

„ vna-

„ vnanimiter recognoſcimus illuſtrem Principem Dominum „ IOANNEM, Dei gratia Lotharingiae et Brabantiae Ducem, „ NOSTRVM ESSE, (quemadmodum ſui honorati praedeceſ- „ ſores fuerunt) SVPERIOREM ADVOCATVM. „

§. XXI.
DE FEVDIS ADVOCATIAE ECCLESIASTICAE SIGILLATIM.

Noſtra aetate Aduocatos feudales diuerſorum officiorum perſoluere rationes, nec vbique easdem explere, ex iis, quae antea diſputauimus, dilucide cognoſcitur; z) idque ipſum praeſertim in feudis Aduocatiae eccleſiaſticae, a) quorum origines antiquiſſimae ſunt, vt adparet ex HELGALDO in *vita* ROBERTI *Regis* pag. 68. et ARNOLDO *Lubecenſi* Lib. III. Cap. XVIII. et ex Diplomatibus, editis a IOANNE BVZELINO in libro, qui inſcribitur *Gallo-Flandria Sacra et Profana* Lib. III. Cap. XX. pag. 525. ſeq. excuſ. Duaci 1625. atque ex IVSTELLO in *Hiſtoria Turonenſi* pag. 19. animaduerſione dignum

z) Remittimus lectorem ad HERMANNI CONRINGII Diſſertationem de *iudiciis Reipublicae Germanicae*, habitam 1647. §. LXXV. inſert. Operum ipſius iunctim Brunſuigae 1730. editorum cura IOANNIS WILHELMI GOEBELII, Tom. II. pag. 889. ſeq.

a) Plerumque Dd. autumant, non niſi rebus eccleſiaſticis Aduocatos olim adhibitos eſſe; ſed errorre eos duci, vel inde adparet, quum illuſtriſſima Comitum Reuſſenſium gens, priſcis iſtis temporibus cognomen Aduocatorum tulerit, et ditio integra nomen Vogtlandiae reportauerit, quamuis nec monaſterii, nec eccleſiae cuiusdam defenſio iniuncta fuerit familiae illi antiquiſſimae. Vid. *Chartarium Reinhartsbornenſe* N. LII. in IO. FRID. SCHANNAT *Vindemiis literariis* Collect. I. pag. 134. Comitum potius et Aduocatorum axioma ita ſaepe promiſcue vſurpatum eſt, vt altero alterum commutaretur; id quod Diplomatibus evicit variis POLYCARPVS LEYSER in *Obſeruatis Diplomatico-Hiſtoricis* de *Aduocatis Principum*, edit. Helmaeſtadii 1727. §. II. pag. 3.

dignum est. Adducta videlicet in angustum sunt Aduocatorum iura, quoniam peruerse vtebantur iis Aduocatorum plurimi. Sane Diplomatum fide haec nititur sententia nostra, positaque est in summa clementia Imperatorum erga ecclesias. Tu te tibi ipse, lector beneuole, pone ob oculos *cap. 23. X. de iure patronatus*, et Diploma Imperatoris CONRADI, an. MCXLV. exaratum, apud AVBERTVM MIRAEVM in *Codice donationum piarum* Cap. XCV. et *Annales Ordinis S. Benedicti*, edit. a IOANNE MABILLON Tom. V. Lib. LXIV. pag. 90. edit. 1713. et *Chronicon Episcoporum Veredensium*, ex MSto editum cura G. W. LEIBNITII Num. XXXI. pag. 218. *Scriptorum Brunsuicensia illustrantium* Tom. II. excus. 1710. nec non Diploma HENRICI III. Imperatoris, quod Abbatiae S. Maximini anno MLVI. datum est, et A LVNIGIO insertum *Specil. Eccles. Fortsetzung des ersten Theils* Num. CX. pag. 272. seq. in quo haec legimus: „ fidelium nostrorum ---- magnitudo comperiat, qualiter nos ob amorem Dei .... et per crebram et „ importunam querimoniam THEODORICI, Reuerendi Abbatis de coenobio Sancti Maximini benigne suscepimus, de „ multis scilicet oppressionibus, quas familia Sancti Maximini patitur, ab Aduocatis et Comitibus eam defendere magis, „ quam dissipare vel affligere debentibus, quae non solum antiquis legibus destituta, sed ita potius in seruitutem Aduocatorum est omnimodis reducta, vt non quasi regalis siue „ regiae dotis eadem Abbatia, sed vt propria magis eorundem „ Aduocatorum esse videatur ancilla .... Confirmatum est „ itaque eorum sacramento, quia Aduocati Abbatiae illius vbicunque in regno nostro sita sit, non nisi ter in anno, et illi „ qui Hunnones dicuntur, tertium tantum anno, nisi recens „ furtum fuerit, aut ex parte Abbatis vocati fuerint, placitare „ in Abbatia non debeant. „ Addatur Diploma OTTONIS

Imperatoris, pro S. Maximino anno DCCCCLXIII. confectum; apud EDMVNDVM MARTENE et DVRAND *veterum scriptorum et monumentorum* Tom. I. pag. 319. edit. Parisiis 1724. et Diploma H. Episcop. Argentin. et ALBERTI Comitis de Habspurg quo monasterium S. Trudperti contra iniurias Aduocatorum DE STOPHIN defenditur anno MCCXI. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. II. Num. CCLXIV. pag. 213. seq. excus. 1737. Eadem de re confectum Diploma anno MCCXV. descripsit MARQVARDVS HERRGOTT *Geneal. Diplom. Habsb.* Tom. II. Num. CCLXX. edit. 1737. pag. 221. seq. Classis huius quoque est FRIDERICI Romanorum Regis Diploma, ecclesiae de *Steingaden* concessum anno MCCXX. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisburg.* Tom. III. p. 250. seq. impress. 1719. et WILHELMI Romanorum Regis Diploma, ecclesiae Goslariensi datum anno MCCLIV. apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELD *Antiquitatum Poeldensium* pag. 292. in Append. IV. Num. XXII. edit. Guelpherb. 1707. Iungatur sententia definitiua EBERHARDI Episcopi Constantiensis, in caussa, a *Beronensi* ecclesia, contra HARTMANNVM Comitem iuniorem de Kyburg, et ARNOLDVM Aduocatum de Richensee, diu agitata; lata MCCLV. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Genealogiae Diplomaticae Augustae Gentis Habsburgicae* Volum. II. seu Tomi secundi Parte I. Num. CCCXCII. pag. 319. seq. et HENRICI Ducis DE BRVNSVIC Diploma, quo montem *Langenberg*, ad ecclesiam Goslariensem iure proprietatis pertinentem, liberum ab omni Aduocatorum et Officialium vexatione declarat, seu alio qualicunque genere seruitutis, anno MCCLXXX. apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELD *Antiquit. Poeld.* Num. XXVIII. in Append. IV. p. 297. excus. 1707. Porro Archiepiscopi GERARDI II. Moguntini rescri-

refcriptum, contra immodicas exactiones, violentias et corruptelas Aduocatorum ecclefiae in Gerenrode, confectum anno MCCLXXXIX. apud LVNIGIVM *im dritten Theil des* Spicil. Ecclef. *von Aebtiſſinnen* Num. XXI. pag. 90. feq. et Diploma LVDOVICI Romanorum Imperatoris, quo monafterium in *Hebach*, fitum in Ducatu Bauariae, ab Aduocatorum fuorum nobilium virorum DE SEVELT oppreffionibus et moleftiis liberat, nec non eius priuilegia et immunitates firmat, nouumque inftituit Aduocatum anno MCCCXXXII. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisburg.* Tom. II. pag. 270. feq. edit. 1719. nec non HEINRICI Ratisponenfis Epifcopi Diploma, Rorenfi ecclefiae datum anno MCXXXVIII. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. III. p. 172. edit. 1719. Id perfpicimus quoque ex *Chronic. Epifcoporum Verdenfium*, ex MSto edit. a G. W. LEIBNITIO Tom. II. *Scriptorum Brunfuicenfia illuftrantium* pag. 218. typis exfcript. Hannouerae 1710. Vt et ex Pontificum Romanorum conftitutionibus. HONORIVS III. nimirum decretalibus litteris tribus reprimere Aduocatorum impetus ftudebat, quarum primae Calend. Martii, fecundae ipfis idibus Martii, tertiae Cal. Martii, anno Pontificatus ipfius quinto publicatae funt, et infertae libro infcripto: *Vindex libertatis ecclefiafticae et martyr* S. ENGELBERTVS *Archiepifcopus Colonienfis Princeps Elector etc.* edit. opera AEGIDII GELENII Lib. I. pag. 85. feq. excuf. Coloniae Agrippinae 1633. *b*) et nonnulli

Eeee 2 Pon-

b) In litteris primis HONORII III. ita fe habent verba: „Si Ecclefiarum „Aduocati fignificatum fui nominis „attenderent, vt deberent, ftuderent „eas ob reuerentiam Aduocati coe„leftis, cui fpeciali titulo funt ad„fcriptae, fouere beneficiis et viribus „defenfare; fed quod dolentes refe„rimus, nonulli eorum habentes ve„lamen malitiae, libertatem in bonis „Ecclefiafticis, in quibus aduocationis „ius obtinent, non folum prodigaliter debac-

Pontifices prorsus delere aduocatos conabantur, prout in *Actis Comitiorum Geilenbusiensium*, sub FRIDERICO I. et HENRICO VI. habitorum anno MCLXXXIII. apud MELCHIOREM GOLDASTVM HAIMINSFELDIVM Tom. II. *Imperii Recessuum*, *Constitutionum*, *Ordinationum et Rescriptorum* pag. 50. foras dat. Francofurti ad Moenum 1713. hoc relatum legimus. Conf. etiam Clementis III. Epistola ad Ratispon. et Frising. Episcopos, qua iubet, vt monasterium *Aldersbach* contra iniurias Aduocati ALBERTI DE KAM defendant, data anno MCLXXXVIII. apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM ad HVNDII *Metropol. Salisb.* Tom. II. pag. 41. impress. 1719. Hac de re in *centum grauaminibus nationis Germanicae* Num. XIII. verba ita se habent: „hoc moliuntur summi pontifices, „ monasteria aliquot eximendo, vt ab Episcoporum, eorum „ scilicet Ordinariorum ac Defensorum Protectorumque alio-„ rum iurisdictione ita exemti, reddantur immunes, imme-„ diate-

„debacchantur, verum etiam ea deri-„piunt, vt praedones, quod Ecclesiae „Coloniensis prouinciae iugiter expe-„riri coguntur, sicut earum nobis „transmissa conquestio patefacit. „Quia igitur zelus nos comedit do-„mus. Dei, fraternitati vestrae per „Apostolica scripta mandamus: qua-„tenus singuli prosequentes propri-„um interesse, et quasi collo vno et „humero vno Ecclesiarum onera com-„portantes Aduocatos ipsos vt con-„tenti iustis et ab antiquo statutis sti-„pendiis, ab Ecclesiarum molestiis „conquiescant, moneatis prudenter „et efficaciter inducatis: Quod si „forsan vestris monitis non acquie-„uerint, ne medicinalis Petri gladius „in manu vestra torpere rubigine vi-„deatur, in eos iuxta quantitatem et „qualitatem culparum intendatis, et „remittatis, appellatione postposita, „rigorem ecclesiasticae displicinea; ita „quod Ecclesiae ab huiusmodi op-„pressione respirent, et Vos exinde „mereamini apud Deum et homi-„nes commendari. „ Aduocatorum vero iniustitiam, non in dioecesi solum Coloniensi, sed et alibi in Germania, valde eo tempore inualuisse, auctor est AEGIDIVS GELENIVS in vita S. ENGELBERTI Archiepiscopi Coloniensis Principis Electoris Lib. I. pag. 87. seq. edit. Coloniae Agrippinae 1633.

„ diateque subiaceant sedi Apostolicae; quae res non tantum „ praedictis ipsorum Ordinariis ac Defensoribus, sed et toti „ Romano Imperio cedit in iacturam, tum quando collatio pe„ cuniaria, pro Imperii necessitate, viritim Imperii Statibus in„ dicitur. Ita enim fit, vt ipsi, per se ab oneribus publicis ex„ emti, immunitate sua gaudeant, dehinc etiam auxiliares ma„ nus Episcopis ac Defensoribus suis, quod antehac facere ne„ cessum habeant, non porrigant: per quam technam Ro„ mani Imperii attenuantur nerui, ac decrescunt plus iusto vi„ res. Quapropter et hic Imperii Proceres ac Status rogant, „ praefata onera exemtionum abroganda, tollenda, emendan„ daque, ac monasteria haec Episcoporum et Defensorum or„ dinariae iurisdictioni relinquenda, vt vel inde Imperium „ Romanum, per Sedem Apostolicam eneruatum, vires pri„ stinas eo celerius recuperare queat; „ cetera. *c*) Complures quidem Aduocati sibi pararunt exitium sua crudelitate; *d*) sed

c) Eruditis ingeniis multum voluptatis adferret elegantissima disquisitio illustris IOANNIS IACOBI MOSERI *im Teutschen Staats-Recht* Part. XI. Lib. III. Cap. XXXV. §. LXV. pag. 289. edit. Lipsiae et Ebersdorffii 1743.

d) Hinc v. c. legimus *im Summarischen Extract derer vornembsten Priuilegien etlicher in Wirtenberg gelegener Clöster* pag. 4. recus. 1720. „*So hat König Rudolfus, der erste* - - - „ iudicialiter *erörtert*, *dass die Gra*„*fen von Zwey-Bruckh und Eberstein*, „*so sich, als der Stiffter Erben, der Ca*„*sten-Vogtey des Gottshauß Herren*„ *Alb angemasset* (et quidem compul„ siua, ac tam grauia seruitia exigen„ do, vt monasterium illud ad statum „ miserabilem deuenerit, ac ita fue„ rit collapsum, quod quasi vix pos„ sit adiicere, vt resurgat). *offentlich* „ *bekennen müssen*, se nullum ius Ad„ uocatiae habere in dicto monaste„ rio de Alba, sed quasi fundatores „ eidem, et bonis, ad ipsum pertinen„ tibus, praefuisse, non Aduocatorum „ nomine, sed tutorum. *Mit fer*„*nerm Zuthuen*, *dass*, *obschon dieses* „ *Gotteshauss dem H. Roemischen Reich* „ *zustaendig, vnd vnder dessen Schutz* „ *begriffen*: verum, quia Abbas, eius„ que fratres, pro offensis singulis, et „ iniuriis inferendis vel illatis, impe„ rialem praesentiam commode adire „ non

ſed deſierunt etiam multa feuda generis huius, poſt pacem profanam ſancitam ſtabilitamque; ob ceſſans periculum, cuius cauſſa aduocatiae haud paucae inſtitutae ſunt. Saepe etiam actum fuit ad iuris Aduocatiae priuationem. *e*) Quemadmodum vero leges multum de poteſtate Aduocatorum eccleſiaſticorum iam olim derogauerunt, ita poſtea quoque conſuetudines, pacta et transactiones praecidebant illorum iura; vt cognoſcimus ex AVBERTI MIRAEI codice *donationum piarum* pag. 176. et IO. MICH. HEINECCII *Antiquitatum Goſlarienſium* Lib. II. pag. 185. ſeq. edit. Francofurti ad Moenum 1707. HEINECCIVS nempe FRIDERICI I. conſtitutionem hac de re protulit, in Goſlarienſibus comitiis confectam, in vtilitatem eccleſiae Goſlarienſis, his veluti limitibus circumſcribentem Aduocatos: I. Vt nullam in curtes clauſtrales haberent iurisdictionem. II. Vt nullas impoſterum ſuo arbitrio villicationes elocarent. III. Hereditates eccleſiae litonum ſibi ne arrogarent. IV. Manſos quoque eccleſiae nouis colonis ne locarent. V. In eccleſiae facultatibus nihil exercerent iurisdictionis, niſi in cauſſis furti, pugnae atque raptus. VI. In facultatibus denique, quas impoſterum acquiſitura eccleſia, vt et in bonis Werrhenſibus, plane omni iure carerent.

„non queunt, ii ideo vnum de generatione nobilium virorum de EBERSTEIN (eo quia ſunt eiusdem monaſterii fundatores) poſſint eligere, et habere nomine Imperatoris et Imperii pro tutore, quamdiu eis benefecerit, et expediens fuerit; qui, fretus Imperiali autoritate, eorum poſſeſſionibus, vbique locorum ſitis, conſilio et tuitionis praeſidio opportuno ita praeſit, vt proſit, ſic tamen, quod ex eo ius Aduocatiae dicti monaſterii, et bonorum, non vendicet ſibi per conſequens vllo modo. *Warüffer zuſehen, was maſſen das Gotteshauß* HERRN-ALB *keinen Erb-Schutz-Herrn, vnd noch weniger einen Caſten-Vogt haben.*„ cet.

e) Suffragatur nobis ZASIVS de *feudis* Parte X. Num. LVIII. pag. 317. et *Conſiliorum* Lib. II. Conſil. VII. Num. XIX. pag. 375. Tom. VI. Operum excuſ. Lugduni 1550.

rent. Cuiusmodi leges apud alios pristinorum temporum scriptores, antea excitatos, reperias. *f*) Prae ceteris eo collineant Capitulationes Aduocatorum, iureiurando, ita enim fert consuetudo earum, firmatae. Ad Cysoniensis coenobii aduocatiam quod attinet, formulam adtexere liceat, qua eius Aduocatus olim constrictus fuit, suam ei fidem et patrocinium promittens, verbis Gallicae linguae obsoletis conceptam: *Iou N. Sires de Cysoing, ou Baillieus, ou Prouuos, iure sur me foy, et sur quanques ie tieng de Dieu, et sur les Saintes Euangilles, que iou warderai les drois et les franquises de l'Eglise de Cysoing, et le teneur de leurs cartres, et de leurs priuileges à men pouuar, ne procurrai, ne consentirai cose, qui soit encontre les coses deuant dites, ne par mi ne par autrui, parquoi li Eglise en ait damage;* apud IOANNEM BVZELINVM in *Gallo-Flandria sacra et profana* Lib. III. Cap. XX. pag. 531. edit. Duaci 1625. Hinc iusiurandum translatum est ad Aduocatiam, susceptam ab HENRICO DE WILDENBERCH, in vtilitates monasterii Fabariensis; apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplom. Augustae Gentis Habsburgicae* Volum. II. Num. CCCCXLIX. pag. 371. edit. Viennae Austriae 1737. Negari etiam non potest, imperante CAROLO M. sacramenti religione esse obstrictos Aduocatos, legum Imperii seruandarum caussa. *g*) Igitur etiam

f) Aduocati et iura eorum singulis fere seculis moliebantur motus, mutationesque. Priscis quidem temporibus constituebantur tantummodo, vt curarent res episcoporum; sed postea, quum potirentur episcopi iurisdictione, incrementa ceperunt iura Aduocatorum, et ipsi Aduocati praefuere iurisdictioni, prout supra commonstrauimus; quamuis postea summum apicem fere consecuti, illi aliqua ex parte repressi sint. Conf. VRSTISEN in *Epitom. Hist. Basil.* Cap. XVII.

g) Ita iam censuit IOANNES GRYPHIANDER de *Weichbildis Saxonicis, siue Colossis Rulandinis vrbium quarundam Saxonicarum* Cap. LXIII. Num. XIV. pag. 148. edit Argentorati 1666.

etiam in Diplomate Ducis CONRADI VON VRSELINGEN, electi Aduocati Alpirſpacenſis monaſterii, concinnato anno MCCCLXIII. verba adhibentur: *ſo han ich Hertzog* CVNRAD *von Vrſelingen vorgeſchrieben, mutwillecklich, gern, vnd vnbezwungenlich geſchworen ain Ayd zu den Hayligen, in dem vorgeſchribenen Münſter zue Alperſpach ford frön Altaer vffen vnſers Herrn Frönleichnam, mit vffgehabenen Handen vnd mit gelerten Worten. Das Jch vnd aller meniglich von minen wegen Inen Irem Cloſter zue Alperſpach, Iren Lüten, vnd ihren Gütern gemainlich ſtaet halten, vnd oub laeſs, an aller ſchlatb gevaerde, Irn Priuilegia,* cet. Conf. *Documenta rediuiua* monaſteriorum praecipuorum in Ducatu Wirtembergico pag. 156. Num X. edit. 1720. In Diplomate OTTONIS Imperatoris, pro S. Maximino confecto anno DCCCCLXIII. id ipſum obſeruamus; apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum ſcriptorum et monumentorum* Tom. I. pag. 319. excuſ. Pariſiis 1724. Neque minus legimus in priuilegio, irrogato a CAROLO M. coenobio Vttenburrhano ſ. Ottenbeurenſi, haec: *b*) „Iurabit, quod ſecundum poſſe, et noſſe, iuſtus et vtilis Ad„uocatus in homines et res praedicti monaſterii exiſtat. „Secundum, quidquid placitando acquiſierit, id eſt, iniuria „ban-

b) Exhibet hoc Diploma CASP. BRVSCHIVS in *Chronologia Monaſteriorum Germaniae praecipuorum ac maxime illuſtrium* pag. 631. ſeq. edit. Sulzbaci 1682. Quamuis HERMANNVS CONRINGIVS in *Cenſura Diplomatis, quod* LVDOVICO *Imperatori fert acceptum coenobium Lindauienſe* Cap. XVI. Operum ipſius Tom. II. pag. 699. edit. cura IOANNIS WILHELMI GOEBELII Brunſuigae 1730. id nec tantillum fidei mereri exiſtimet; cuius ſententiae multas ob cauſſas ſubſcribit celeberrimus IOANNES HEVMANNVS in *Commentariis de re diplomatica Imperatorum ac Regum Germanorum*, inde a CAROLI M. temporibus adornatis, Cap. II. §. LXVII. Num. II. pag. 145. excuſ. Norimbergae 1745. nihilominus id videtur dignum, quod hac de re legatur.

„ bannorum, vel ſatisfactione temeritatum, tertia ſibi parte „ retenta, duas reddat Abbati: et nullum Aduocatum, vel exactorem praeter ſe, niſi Abbatis permiſſione conſtituat. „ Tertium quod nihil priuati muneris, vel ſeruitii, a quolibet „ loco, ſiue curte, ſeu a villicis, vel a cellariis, quaſi ex debito „ et ſtatuto iure exigat, ac manſiones et pernoctationes vſpi- „ am frequentare caueat; „ cetera. Pari modo in *Chron. Senonenſ.* habentur haec: Statuit monaſterio Aduocatum pro- „ uidere, tali conditione, vt quicumque Aduocatus per Me- „ tenſem Epiſcopum inſtitutus fuerit, ... tertiam partem „ emendarum illarum, ſcilicet placitorum, ad quae ab Abba- „ te vocatus fuerit, accipere, debebit, et ad cetera manus non „ extendet. Pars quidem dicto Aduocato terrae et homi- „ num pro Aduocatione collata fuit, quos adhuc tempore „ noſtro haeredes de Salmis poſſidebant. Et his contentus, „ nihil penitus iuris in hominibus, terris, banno, aquis, nemo- „ ribus, placitis iuſtitiis, vel in omnibus monaſterii dependen- „ tiis, amplius vſurpare debebit. Sed vbicumque neceſſe „ fuerit pro Abbatia, et eius rebus, et hominibus, pro collato „ ſibi Aduocationis beneficio ſtare tenetur; . . Si vero quis- „ piam, aut Aduocatus ſuper praedictis, vel quiuis alter mole- „ ſtaret eccleſiam, per Epiſcopum Metenſem omnia corrigi et „ emendari deberent; „ cetera. Ita etiam iuriſdictionis limites, terminantes Aduocati poteſtatem iudicandi, reperimus in Diplomate, quo HERMANNVS II. Epiſcopus Bambergenſis, HERMANNO Carinthiae Duci tutelam et Aduocatiam in Dietherichſtein et S. Veit conceſſit anno MCLXVI. in Diplomatum Bambergenſium Codicillo append. inſert. Volumini I. *Scriptorum Rerum Epiſcopatus Bambergenſis*, edit. cura IOANNIS PETRI A LVDEWIG Francofurti et Lipſiae 1718. p. 1127. ſeq. Num. X. nec non in litteris FRIDERICI I. Imperatoris, in

 qui-

quibus certa bona cum ecclesia Caldenbrunnensi permutat, simulque eidem libertatem de Aduocatia ibi redimenda concedit anno MCLXXIX. apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. X. Lib. II. Num. IV. pag. 150. seq. excus. Halae Salicae 1733. Addatur transactio inita cum Hirzberga-Stralenbergiis, ratione iuris et nexus Aduocatitii in Shriesheim, anno MCCXX. apud perillustrem VAL. FERD. DE GVDENVS *Syllogê I. variorum Diplomatariorum monumentorumque veterum ineditorum adhuc* Num. XLVIII. pag. 116. excus. Francofurti ad Moenum 1728. in quo Diplomate Aduocati, fide data et iuratoria cautione praestita, se obstringunt. Hoc igitur certe manifestum est, permultorum Aduocatorum ecclesiasticorum opes esse euersas, quamuis in nonnullis ecclesiis seruatae fuerint. Quod, vt dilucidiori paulo ponamus ob oculos ratione, explanandae nobis sunt partes, aduocatis ecclesiarum mandatae. Hi quidem vel Aduocati armati sunt, *Schutz vnd Schirm-Vögte*, vel *Kasten-Vögte.* i) In Aduocatiam armatam (*die Schutz vnd Schirm-*

i) Munus *eines Kastenvogts* honorificum fuisse, id elucet ex ipsis titulis procerum Imperii, quibus illud fuit insertum. Velut CONRADVS Dux Sueuiae, vsus est hoc titulo: *Von Gottes Gnaden Conrad, Pfaltzgraff bey Rhein, Hertzog zu Schwaben, vnd in Francken, des heiligen Römischen Reichs Ertztruchses vnd Churfürst: der Gottshäuser Wormß, Würtzburg, Strassburg, Speier, Fulden vnd Weissenburg cet.* PROBST VND KASTENVOGT Vid. MARTINI CRVSII *Annales Sueuici* Part. II. Lib. VIII. pag. 254. edit. Francofurti 1595. Ad vocabulum vero *Kast*, quod adtinet, id ortum esse ex *casa*, colligunt nonnulli; nec sine verisimilitudine; quum *casa* inprimis templum denotet. Vid. Charta apud BALVZIVM in append. ad Capitul. vbi *in Christi nomine Bernardus gratia Dei Comes, super ipsam Casam Dei rector praeesse videtur;* et verba *Concil. Confluentin.* an. DCCCLX. habiti: *volumus vt ecclesiae et casae Dei, & episcopi, & Dei homines, clerici, & monachi talem mundeburdem & honorem habeant.* Plura hac

Schirm-Vogtey) conclusae et comprehensae sunt protectio territorii, spectantis ad ecclesiam, et iurisdictio. Quae defensio, ipsis armis, vti id supra dedimus probatum, necessitate vrgente, suscipienda est. *k)* Quapropter INNOCENTIVS III. in litteris, ad HENRICVM Comitem Palatinum Rheni datis, haec profert: „Inter alia, quae Deus exhibita sibi ab hominibus „famulamina grata sumit, praecipue desiderat et affectat, vt „religiosa loca, quae sui similitudinem regni gerunt, vbi tantum insistitur laudi eius, ac personas inibi consistentes pro „sui studeant homines reuerentia reuereri, et contra malefa„ctorum incursus murum se pro eis defensionis opponant. „Cum igitur Gandershemensis ecclesiae Abbatissa et sorores „ipsius, cuius esse nosceris Aduocatus, molestentur a pluri„bus, quietem perturbantibus earundem. Nobilitatem mo„nemus et hortamur in Domino, in remissionem peccami„num tibi iniungentes, quatenus molestatorum violentias „concessa tibi a Domino potestate repellas, ipsas et ecclesiam „protegens et defendens, vt ille, pro cuius reuerentia com„probaberis hoc fecisse te, ab eo, qui tanquam leo rugiens „quaerit, quem deuoret, tueatur; „ cet. apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELDIVM in *Antiquitatibus Gandersheimensibus* Cap. XXV. pag. 302. edit. Guelpherbyti 1709. Addatur *Reversal-Brief*, *den Chur-Fürst* ERNST *vnd Hertzog* ALBRECHT *von Sachsen*, *Aebtissin* HEDWIGEN *von Sachsen*, *gegen empfangene Vogtey*, *widergeben*; apud FRIDERICVM ERNESTVM KETTNER *Antiquitatum Quedlinburgensium* pag.

 583.

hac de re reperies in ANTONII MATTHAEI de *Nobilitate* Lib. II. Cap. XXX. pag. 520. edit. Amstelodami & Lugd. Batauorum 1686.

k) In feudis Aduocatiae ecclesiasticae plerumque esse requisitam, non togatam solum, sed armatam defensionem, tradit auctor *des Historischen Berichts von alten Reichs-Vogteyen* pag. 54. edit. 1732.

583. edit. Lipsiae 1712. Audiamus verba: „ Solches vnd des „ Stiffts gründlich Verderben haben wir als . . Schützer des „ Stiffts, angesehen, vnd nach mannigfaltigen Bothschafften, „ Schrifften, Tageleisten, so wir ihrem Stifft zu gut durch die „ Vnsern vnd zu Zeiten durch vnsere eigene Personen, mit „ gnüglichen überflüssigen Rechtsbothen mit Fleiss treulich „ gethan, vnd so das alles nicht verfahen, auf dass dann die „ genannte Vnsere Schwester ihres Stiffts Gerechtigkeit etli- „ cher massen wider erlangen, ihr Stifft das gantz niederkom- „ men vnd verdorben war, dadurch wieder aufgerichtet, so „ haben wir Vns zuförderst dem Allmaechtigen Gott zu „ Lobe, zu sonderlicher Ehrerbietung der Mutter Gottes vnd „ den heiligen Patronen S. Seruatio, Dionysio vnd Arnolpho, „ vnd dem Stifft zu gute bewegen lassen, vnd mit vnsern eige- „ nen Personen, vnd mit eigener grossen Macht vnd Kostun- „ gen vnd Darlegen ins Feld gezogen, Vns neben das Mon- „ ster vnd die Stadt Quedlinburg ins Feld geschlagen, vnd „ dadurch ihrem Stifft vnd Vns zur Voigtey mit zeitlichen „ Rathe vnd wohlbetrachtlicher Verwilligung des Bischoffes „ zu Halberstadt, vnd J. L. Stadt Quedlinburg die solche „ Güter vnd Nutzung, zu ihrem Stifft vnd der Voigtey ge- „ hörende, inne gehabt an etlichen Gerichten, Jahr-Gülden, „ Golde, Dörfern, Dorffstetten, Mühlen, Teichen, Aeckern, „ Höltzern, Wiesen, das eines theils neue Jahrgülde, die bey- „ de ihre Staedte, J. L. vnd ihre nachkommenden Ebtissinnen „ am Stift vnd dem Stift zu ewigen Zeiten zu geben auf sich „ genommen haben, vnd alles das vormahls zur Voigtey ge- „ höret, nichts ausgeschlossen, J. L. vnd ihrem Stift gaentz- „ lichen vnd gar durch gütliche Teidung abgetreten, vnd „ übergeben, klaerlich besagen. Also hat die genannte vnsere „ Schwester solche Freundschafft, Liebe vnd Treue; „ cet.

Classis

Claſſis huius eſt porro *der Haupt Vertrag zwiſchen* OTTO HEINRICHEN *vnd* PHILIPPEN, *Pfalſsgrafen bey Rhein vnd Hertzogen in Bayern, an einem; dann Abt* CONRADEN *zu Kayſersheim am anderen Theile;* confecta anno MDXXXIV. verbis; „wie dann ſich die Fürſten dem Abt, Conuent vnd Gotthauſs mit allen ihren Leuthen, Haab vnd Güthern, ſo ſie „jezt haben oder künfftig überkommen, zu ſchützen vnd zu „ſchirmen, ſie auch bey ihrer Religion, vnd chriſtlicher her„gebrachter Ordnung bleiben zu laſſen, angenommen, „vnd bewilliget haben, ſolcher Geſtalt, obgedachten Abt, „Convent vnd Gotteshauſs, oder ihren Leuten, Haab vnd „Gütern, wo die geſeſſen oder gelegen ſeyn, von iemand, „wer der waere, etwas Gewaltthaetiges, ohn recht, unbilli„ger Weiſſ zugefügt werden wollt oder würde, vnd ſie ſol„ches hochgemelten Fürſten, ihren Erben oder Nachkom„men, anzeigten, ſo ſollen ſie die Fürſten, ihre Erben vnd „Nachkommen, ſolches wenden, den Praelaten, Convent, „Gottshauſs derer Leut vnd Güter, als vorſtehet, getreulich „veſtiglich ſchützen, ſchirmen, vnd alſo bey dem ihren, „auch allen Gerechtigkeiten, Gebräuchen vnd Innhaben, „handhaben, vnd gnaediglich fürdern, *alles auf ermelter Für„ſten eigen Koſten;*„ cetera; apud LVNIGIVM in *des Teutſchen Reichs-Archivs* Spicilegii Eccleſiaſtici *dritten Theil* Num. XIII. pag. 816. Non minus legi velim CONRADI II. Imperatoris Diploma. an. MCXXXVII. concinnatum; apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND Tom. II. *veterum ſcriptorum et monumentorum* col. 104. ſeq. edit. 1724. *l)* et comparari cum donatione, quae forſan huius loci eſt, ſcilicet ARNVLPHI Magni Marchionis Flandriae Charta, quam

 AVBER-

l) Conſulatur CAROLVS DV FRESNE in *Gloſſario* Tom. I. pag. 187. edit. 1733.

AVBERTVS MIRAEVS in *Codice donationum piarum* Cap. XXXIV. exhibet; quippe qui ARNVLPHVS exſtruxit anno DCCCCLXI. Capellam, eique adiunxit Capitulum Canonicorum XII. quibus decimas adſignabat, nec non alia bona, ſibi a Potificibus Romanis in feudum conceſſa, vt expenſas ſarciret bello Vandalico factas, hunc ad modum: „ cui capellae, de „ praedictorum Epiſcoporum ordinatione ac conſilio, quas- „ dam decimas, de iis quas mihi et praedeceſſoribus meis, in „ Comitatu ſeu Marchionatu Flandriae, de terris cultis et in- „ cultis, ſanctiſſimi Patres Papae Romani, pro adiutorio ex- „ penſarum noſtrarum, et noſtrorum militum, pro expugna- „ tione ac reſiſtentia contra Wandalos, qui Flandriam et alias „ terras vicinas, cum Eccleſiis in ipſis conſtrictis, crudeliter et „ damnabiliter deuaſtabant, et incendio tradebant, in feudum „ perpetuum conceſſerunt, nec non et quaedam alia bona „ in eodem Comitatu, pro eorumdem Canonicorum vita, „ et aliis eiusdem Capellae expenſis, dono, trado, et praeſenti „ charta concedo; „ cet. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum* et *Hiſtoricorum* Tom. I. pag. 44. edit. Bruxellis 1723. Imperante OTTONE II. Aduocatis etiam pugnandum fuiſſe pro eccleſia, condocet formula, in legibus OTTONIS II. comprehenſa, pag. 1265. ſeq. apud PETRVM GEORGISCH in *Corpore Iuris Germanici Antiqui*, quod prodiit Halae Magdeburgicae 1738. In hunc cenſum reponendum quoque eſt Diploma EVGENII III. Papae, quo mandat ADELBERTO, monaſterii Heidenneimenſis Aduocato, vt ADELBERTVM, Abbatem huius monaſterii, manuteneat et ab infeſtationibus protegat; conſcriptum anno MCLII. et publicatum cura IOANNIS HENRICI DE FALCKENSTEIN in *Codice Diplomatico Antiquitatum Nordgauienſium* Num. XXI. pag. 32. ſeq. excuſ. Francofurti et Lipſiae 1733. et Diploma

FRIDE-

FRIDERICI Ducis Austriae et Stiriae, datum ecclesiae Admuntensi anno MCCXLII. apud BERNARDVM PEZIVM in *Thesauro Anecdotorum nouissimo* Tom. III. Part. III. pag. 772. Num. XCV. impress. Augustae Vindelicorum et Graecii 1721. Hinc ecclesiarum Aduocati gestant vexilla Episcoporum, et praesunt Episcoporum vasallis, et hos educunt in campum, testibus LAMBERTO SCHAFNABVRGENSI de *rebus German.* p. 347. collectionis inscriptae: *Rerum Germanicarum scriptores*, cet. *primum collectore* IOANNE PISTORIO NIDANO in *lucem producti, nunc denuo recogniti et ad vsus publicos reducti* curante BVRCARDO GOTTHELFF STRVVIO Ratisbonae 1726. et Erphesfordensi Monacho ignoti nominis, sed non indiligenti scriptore, in *Additionibus* ad LAMBERTVM SCHAFNABVRGENSEM ad annum MCCCIV. hisce verbis: „ Eodem anno HEINRICVS Comes iunior de Honstein, congregata electa manu „ Thuringorum, partes Buchoniae ingreditur, in praeiudicium abbatis Fuldensis, incommoda illaturus. Aduocati „ vero praedicti abbatis, hoc cognito, parua manu suorum, „ vtpote in breui adunata, sed tamen communitate rurensium „ conclamata, ei occurrunt, quoslibet occidunt, plurimos abducunt captiuos: vbi ipse comes, et comes de Bichelingen „ iunior, cum multis aliis captiuantur, multis suorum prius „ occisis, qui postea multa pecunia se redemerunt; „ apud PISTORIVM in collectione modo citata *rerum Germanicarum scriptorum* pag. 437. Id ipsum officium illustrant litterae inuestiturae, ab electo Rege Romanorum ALPHONSO datae Duci Lotharingiae FRIDERICO, verbis: „ quintum vexillum „ damus tibi in signum et inuestituram pro regalibus nostris „ in monasterio Sancti Petri Metensis, et in alio monasterio „ Sancti

m) Add. POLYPTYCHVM MARCIANENSE, excitatum a CANGIO Tom. I *Glossarii* pag. 94.

„ Sancti Martini Metensis, et quod debes habere custodias „ ecclesiarum in Ducatu tuo; „ cet. Conf. IOANNES HOCSEMIVS in *Arnolfo a Marka* Cap. XVII. et IOANNES BVZELINVS in *Gallo-Flandria* Lib. III. Cap. IX. pag. 495. edit. Duaci 1625. qui BVZELINVS antiquos versus litteris mandauit, Tornacensis ecclesiae statum ita adumbrantes:

Signifer ecclesiae vexilli munere grato,
Et Castellanus foeudum capit a Cathedrato;

„ quibus indicatur, Aduocatum, qui signifer est ecclesiae Tornacensis, et Castellanum Aduocatiam et Castellaturam „ non aliunde, quam ab Tornacensi Pontifice, feudali iure possidendas obtinere. „ Hinc in priuilegio, ab HENRICO IV. Rege an. MLVIII. concesso ERNESTO Austriae Marchioni, haec legimus: „ Intuiti sumus cum puro desiderio nostrae „ mentis, quod praenominatus illustris princeps ERNESTVS „ Marggrauius Austriae, adeo bene meritus et dignus est, „ quod eidem ipsum sanctum Romanum Imperium adiutoriosum esse debet, quia ipse situatus et constitutus est in „ vno fine Christianitatis, et omni tempore incitat et exercet „ opera Domini nostri Iesu Christi: Damus et concedimus „ nos eidem in adiutorium et subsidium, illos episcopatus cum „ omnibus bonis ipsorum, quae hactenus a longaeuis temporibus cognominati sunt et fuerunt, IVVANIA et LAVREACENSIS: ita tamen, quod ille praenominatus ERNESTVS „ Marggrauius, et sui successores, ac terra Austriae aduocati „ et domini super illis esse debeant. Insuper concedimus nos, „ et damus saepe nominato ERNESTO, suisque posteris, ac „ ipsi terrae Austriae, illam gratiam, quod ipsi gladium iudicii ipsorum, et banderiam siue vexillum terrae ipsorum „ publice, ante Imperium et ante totum mundum et populum deferre debeant, atque possint: „ cet. apud WOLF-

GAN-

GANGVM LAZIVM in Commentariis *Reipublicae Romanae in exteris prouinciis, bello acquisitis, constitutae* Lib. XII. Cap. IX. pag. 1054. edit. Francofurti ad Moenum 1598. Huc faciunt etiam duella, in caussis monasteriorum quandoque inita ab Aduocatis; de quibus in *Annalibus Ordinis S. Benedicti*, occidentalium monachorum patriarchae, in quibus non modo res monasticae, sed etiam ecclesiasticae historiae non minima pars continetur, auctore IOANNE MABILLON Lutetiae Parisiorum edit. 1703. Tom. I. pag. 390. haec sunt prodita: „Ne „vero Aduocati monasteriis operam ac tutelam suam gratui-„to praestare viderentur, stipendium eis assignatum est, ac „merces annua ex reditibus monasteriorum constituta, modo „vt non tantum lites omnes prosequerentur, sed ETIAM „DVELLA IN DVBIIS CAVSSIS, VBI NECESSE ESSET, SVSCI-„PERENT;„ cet. Loci huius esse videtur Charta BALDVINI Flandriae Comitis, Martianensi ecclesiae data an. MXXXVIII. verbis: „Haec sunt, quae in potestate ecclesiae accipiet: (sub-„aduocatus) De omni forisfactura, vbi ecclesia ope indigens „eum in auxilium vocauerit, si per iustitiam eam aliquid ac-„quisiuerit, ipse tertiam partem habebit. Quod si non fue-„rit vocatus, nihil omnino debebit habere. Maiores dabunt „ei in natiuitate duo sextaria vini, et duos capones: et ipse „citabit eos, et homines eorum pane, et carne, et vino. In „pascha dabuntur ei duo sextaria vini tantum. Adiutorium „tempore obsidionis, vel hostilitatis generalis, quatuor, vel „quinque hebdomadarum, accipiet in potestatibus, id est, de „carruca duos solidos, de dimidia vnum, de operario diuite an „paupere tres denarios. Cocus ecclesiae, magister pistorum, „cambarius, et qui cum carro de nemore ligna adducit, nihil „dabunt ei, quia omnino ab omni redditu Aduocationis sem-„per liberi erunt. In hoste quoque regali per manus mini-

„ ſtrorum Abbatiae in poteſtatibus accipiet octo palefridos. Et „ hoc ſemel in anno, ſi neceſſitas euenerit. Sin autem non, „ nihil omnino. Palefridos ferrare faciet; hominibus, qui eos „ ducent, in victu et calceamentis prouidebit. Cum fuerit „ reuerſus, ſtatim omnes palefridos illos reſtituet dominis ſuis. „ Quod donec fecerit, nihil pro eo faciet eccleſia, nec homi- „ nes eccleſiae. Praeter haec, nihil debet habere Aduocatus „ in eccleſia, nec iſta accipere, niſi per manus miniſtrorum „ Abbatiae. Pro ſupradictis tamen molendinis et terra ſer- „ uire debet eccleſiae, et promptus eſſe adiutor. Non ban- „ num faciet, nec precariam, nec . . accipiet, nec correuinas, „ nec palefridos, nec miniſtri eius aliquid accipient. Scien- „ dum quoque, quod NON INTERPELLABIT QVEMQVAM AD „ CAMPVM de hominibus eccleſiae; ſed ille, contra quem „ aget, iudicio Scabinorum, cum ſacramento, ſola manu pur- „ gabit ſe; „ cet. *Campi* vocabulum, hic indicare *duellum*, omni adſeueratione affirmo; *Chronicon* nimirum *Cameracenſe*, a BALDERICO confectum, qui BALDVINO ſynchronus ſcripſit, id condocet Lib. I. Cap. X. hunc in modum: *Et ob hoc ſuum Aduocatum in ius quaerentes, ipſum quidem hominem ad ſingulare certamen, quod ruſtice dicimus campum, prouocauerunt;* et *Gloſſarium* PITHOEI ad Lib. CAPITVLARIVM, in verbo *Campus*, haec habet: *In diplomate* ROBERTI *Regis: Legem duelli, quod dicitur Campus.* Verum ratione duellorum, de quibus ſermo nobis eſt, vix vlla ratione animaduerſione dignum eſt illud Diploma. Quum enim probatio criminum, vel defenſio contra accuſationes, ſingulari certamine olim ſaepenumero ſuſcipienda eſſet; *n*) BALDVINVS Comes in

n) Leges Alemannicas, Baiuuarias, Longobardicas, in cauſſis dubiis praeſcripſiſſe duella, conſtat inter omnes. CAROLVS M. etiam in Capitulari an. DCCCIX.

in Diplomate excitato praescribere tantum videtur, ne quemquam Martianensi ecclesiae subditum Aduocatus ad duellum compellat, vt eo se purget, cum fuerit criminis accusatus. Qua de re fusius commentantem, et chartam illam protrahentem in lucem, legas IOANNEM BVZELINVM in *Gallo-Flandria sacra et profana* Lib. III. Cap. XX. pag. 527. seq. excus. Duaci 1625. Attamen multi, aperientes quid sit Aduocatia, pronunciant, eam esse ius ecclesiam defensitandi, o) et iuris-

DCCCIX. *illis sine dubio credendam esse*, statuit. Euoluantur ALTESERRA Lib. III. Cap. vlt. *Rer. Aquit.* et HACHENBERGIVS *Germ. Med.* Diss. III. §. XVIII. et IOANNES GEORGIVS SCHERTZIVS in Differt. de *duellis Principum* §. V. recus. Lipsiae 1749. pag. 92. praecipue vero GOTTLIEB ENOCH IONISCH Differt. praeside EPHRAIMO GERHARDO habita et impressa Ienae 1711. quae inscribitur: de *iudicio duellico*, vulgo *vom Kampf- vnd Kolben-Gericht* §. V. verbis: „Adoriebatur scilicet pars laesa iudicem, „atque de iniuria sibi illata conquerebatur, reus factum negare, iudex „deficientibus omnibus aliis probationibus, dimicationem concedere. „Campus hinc planus, soli et pulueri „non expositus eligebatur, quem termino praefixo ingrediebantur Duellantes, Consiliarii, Patrini, Campiones, et qui alias victores in singulari certamine fuerant; „ cet. Addatur etiam IOACHIMI IOANNIS MADERI de *Duello*, vt ordalei quondam specie, Dissertatio, excus. Helmestadii 1679. cui adiectae sunt PETRI GREGORII THOLOSANI, OLAI WORMII, HENRICI BANGERTI, PHILIPPI CAMERARII aliorumque de eodem argumento commentationes.

o) Eam ob caussam in epistola MARTINI IV. data ad PETRVM Regem Arragonum, quam in *Historiae Francorum Scriptor.* FRANCISCVS DVCHESNE Tom. V. Num. XLII. pag. 891. imprimi curauit, haec leguntur: *quoniam cum Aduocatus ecclesiae idem intelligi debeat quod defensor, sedis defensoris admittis effectum improprie nomen retines aduocati;* cet. edit. Lutetiae Parisiorum, 1649. Hinc Imperatores quoque, non olim solum, sed et hodie titulo Aduocati ecclesiae vsi sunt. Vid. REC. IMP. Colon. sancitus an. MDXII. §. *vnd nachdem*, 4. et REC. IMP. Augustan. an MDXVIII. §. *erstlich*, 1. quo loco Imperator *der gantzen Christenheit Schutz vnd Schirm-Herr* vocatur.

iurisdictionem in ea administrandi. *p*) Nam res certa et maioribus quasi theatris est proposita, placitis Comitum olim interfuisse ecclesiarum Aduocatos. Hinc in *Monumentis Paderbornensibus*, ex historia Romana, Francica, Saxonica erutis, quod exstat priuilegium CAROLI M. Imperatoris, Osnabrugensi ecclesiae datum XIV. Kal. Ian. an. DCCCIII. pag. 297. edit. Francofurti et Lipsiae 1713. ita se habet: *q*) „Quicquid ... „locis sanctorum venerabilium ob amorem domini nostri Ihesu

catur. REC. IMP. Ratisbon. de an. MDXLI. §. *aber Churfursten*, 19. verb. *vnd vns als Aduocaten vnd Beschirmer der Christl. Kirchen*, cet. et REC. IMP. August. de an. MDXLVIII. §. *damit dann*, 6. verb. *so wollen Wir als Aduocat der Heil. Kirchen vnd Beschirmer der Concilien*; cet. REC. IMP. Spir. de an. MDXXIX. §. *vnd anfaenglich*, 1. verb. *Dass Ihr Kayserl. Majest als der Obrist, Haupt vnd Vogt der Christenheit*; cet. REC. IMP. August. de an. MDXXX. §. *nachdem aber*, 10. verb *als Rom. Kayser vnd Vogt der Christenheit*; Id etiam reperire est in IOANNIS PHILIPPI SLEVOGII Commentatione de *Aduocatia Imperatoris Ecclesiastica*, excusa. 1690. Th. XXVII. Ceterum obseruamus, FRIDERICVM I. Imperatorem, apud TAGENONEM in *descriptione expeditionis Asiaticae* pag. 12. se aduocatum peculiarem Palestinae nominasse, teste GODEFRIDO Abbate Gotwicensi in *Chron.* Tom. I. Lib. II. Cap. XIII. §. VII. pag. 366. edit. 1732.

p) Satis superque constat ex testimoniis, supra protractis in lucem, praesules Germanorum non statim ad regalia et superioritatem territorialem adspirasse, sed demum tractu temporis; vt igitur Episcopatus contra hostium impetus defenderentur, et leges rite in iis seruarentur, Imperatores praefecerunt iis custodes strenuos, tum ad ius dicendum, tum ad pugnandum pro ecclesiis. Vid. IOACHIMI POTGIESERI tractatus de *indole et natura pignoris, quoad ius gentium, iura et consuetudines Germaniae* Cap. IV. §. XVI pag. 183. excus. Marburgi Cattorum 1722.

q) De controuersiis, quam concitauit hoc CAROLI Diploma conf. celeberrimi IOANNIS HEVMANNI Commentarii *de re diplomatica* cap. II. pag. 153. edit. Norimbergae 1745. et IO. GEORG. ECCARDVS in *der grundlichen Untersuchung eines alten Carolinischen Schenck-Briefes, in welchem der Griechischen vnd Lateinischen Schule zu Osnabruck gedacht ist*, excus. 1719.

„ Ihesu Christi et reuerentiam sanctorum cedimus vel condo-
„ namus hoc ad mercedis augmentum vel stabilitatem regni
„ nostri in Dei nomine pertinere confidimus.. Igitur notum
„ sit omnibus fidelibus praesentibus scilicet et futuris qualiter
„ donamus ad basilicam sancti Petri principis Apostolorum et
„ sanctorum Martirum Crispini et Crispiniani, quam nos con-
„ struximus in loco Osnabrugki, et corpora illorum illuc
„ transtulimus, ubi praeest vir venerabilis Wiho episcopus,
„ omne regale vel seculare iudicium super suos seruos et lid-
„ dones et liberos malmam et mundmam et omnes vtrius-
„ que sexus homines eidem ecclesiae pertinentes, quos modo
„ possidet vel deinceps acquisierit, et perpetuam de regia po-
„ testate confirmamus absolutionem ita, vt nullus iudex pub-
„ licus, Dux, Comes, vel Vice-Comes, vel Sculterus, siue
„ Missi Dominici per tempora discurrentes loci illius Episcopa-
„ tus, ad placita habenda, vel freda exigenda, et parafreda
„ aut aliquem de praescriptis eidem ecclesiae pertinentem ad
„ sua placita bannire, vel ad mortem vsquam terrarum diiu-
„ dicare, vel aliquo modo vllo vnquam tempore aggrauare
„ audeant. Sed liceat praefato Episcopo, suisque successori-
„ bus et suo Aduocato res praedictae ecclesiae cum omnibus
„ sibi pertinentibus quieto ordine possidere ordinare atque
„ disponere. „ Huc et redit Charta CONRADI I. qua Cor-
beiensium priuilegia anno DCCCCXIII. corroborantur hunc
in modum: „ neque a Comite, vel ex qualibet iudiciaria pote-
„ state, coloni earum et liti, ad iustitiam faciendam aliquo
„ banno constringantur, sed coram Aduocatis eiusdem loci
„ iustitiam facere cogantur; „ cet. et Diploma PHILIPPI
ALSATII, Flandriae Comitis, anno MCLXV. concinnatum,
in quo audiamus PHILIPPVM: „ Si quis . . aduersus eccle-
„ siam (de Nineua) quidquam foris facere praesumeret, vel

 aduer-

„ aduerſus pertinentia ad eccleſiam illam, ſciat profecto, quia „ hoc contra me ipſum faceret; et ſi quis aduerſus eam, vel „ aduerſus ea, quae ad ipſam ſpectant, quidquam dicere vel „ aliquid iuris ſui oſtendere voluerit, ad curiam meam veniat, „ et ego tamquam Aduocatus eccleſiae ſuper hoc ei iuſtitiam „ tenebo; „ cet. apud AVBERTVM MIRAEVM *Donation. Belg.* Cap. LIII. *Operum Diplomaticorum et Hiſtoricorum* Tom. I. pag. 541. excuſ. Bruxellis 1723. Non praetermittenda eſt Charta HENRICI III. Imperatoris, qua priuilegia vnitarum Abbatiarum Stabulenſis ac Malmundarienſis, Ordinis S. Benedicti, confirmantur anno MLXXXIX. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum* Tom. III. pag. 308. edit. 1734. Addatur priuilegium, Auſtriacis Principibus ab HENRICO IV. Imperatore conceſſum ratione Aduocatiae Salisburgenſis; apud WOLFGANGVM LAZIVM in opere, quod inſcribitur: *Reipublicae Romanae in exteris prouinciis, bello acquiſitis, conſtitutae commentariorum libri duodecim*, Lib. XII. Cap. IX. pag. 1054. edit. Francofurti ad Moenum 1598. Sed taceo infinitas alias generis huius chartas, *r*) et noto tantum, *die Kaſtenvogtey*, ſeu praefecturam redituum, quae dicta etiam eſt *Aduocatia granarii*, *s*) comprehendere ſub ſe officium curam agendi

r) Plura Diplomata proſtant in BVRCARDI GOTTHELFFT STRVVII *Corpore Iuris Publici* Cap. XIX. §. XXVI. pag. 699. edit Ienae 1738.

s) Mentionem de hac fecit WIGVLEVS HVND ZV SVLTZEMOND *im Bayriſch Stammen-Buch* Parte I. ſub tit. *Grauen von Leonberg, Lenberg, Donberg vnd Lungaw in Kaernten* Pag. 110. edit. 1585. verbis: *In Brieſſen . . . . find ich, daſſ Graf Beringer, Wernhart vnd Hainrich Gebrüder, deſſelben Cloſters Sanct Haymeran Kaſten Vogtey,* ADVOCATIA GRANARII *genannt, nachgefahren, daruber an iren Gutern vil Schadens zugefugt, deſſen ſie durch ein Compromiſſ vnd Spruch von Hertzog Ott, Ludwig vnd Stephan in Niedern Bayrn,* cet. *Biſchoff Hainrichen von Regenſpurg vnd Herr Vlrichen von Abenſperg ergangen, freywillich abgetretten.*

agendi rei familiaris, et gubernandi domum, *t*) et ius colligendi ecclesiae reditus, *u*) quorum rationes ad Imperatorem aduocati referre olim tenebantur; vt auctor est IOANNES STVMPF in *Chron. Heluet.* Lib. V. Cap. III. fol. 292. b. seq. edit. Tigur. 1586. Quum igitur iurisdictio pertineret ad Aduocatos, Episcopi nomine exercenda; sedebant illi in tribunali, et caussis cognitis animaduertebant in homines nocentes, sceleraque constringebant. Interdum quoque obtinebant partes actoris, si episcopus tela accusationis coniecturus erat in hominem secularem. Videatur ATTONIS Episcopi libellus de *pressuris ecclesiasticis;* apud LVCAM D'ACHERY in *Spicilegio siue collectione veterum aliquot Scriptorum,* quae in Galliae bibliothecis delituerant Tom. I. pag. 414. seq. edit. Parisiis 1723. et Diploma CHLOTARII Regis, in *Chron. Besuensi* publicatum, huius argumenti: „WALDALENVS Abbas petiit a nobis, vt „illustris vir GENGVLFVS, omnes caussas ipsius monasterii, „ad prosequendum et redintegrandum deberet recipere. „Cui nos hoc beneficium praestitisse cognoscite. Quapropter per praesens hoc praeceptum iubemus, vt memoratas „omnes caussas ipsius monasterii, illustris vir ille ex nostro „permissu licentiam habeat prosequi, et vnumquodque vt „iustum est restituat, sic tamen quamdiu eorum pariter fuerit „volun-

t) NICOLAVS CAMVRAT fol. 120. apud CHRISTOPHORVM LEHMANN in *der Chronic der freyen Reichs-Statt Speyer* Lib. II. Cap. XXXVI. pag. 141. edit. 1612. id verbis hisce declarat: „Aduocati antiquitus ecclesiis et „coenobiis a Regibus praeficiebantur, „erantque tanquam procuratores, „oeconomi et administratores ecclesiasticorum prouentuum.„

v) Interdum tamen differre Aduocati munus, ab officio oeconomi, obseruatur in CHRISTIANI FRANCISCI PAVLLINI de *Aduocatis Monasticis exercitat.* §. XIII. pag. 545. seq. edit. 1698.

„ voluntas. „ *x*) Quantum ad oeconomiam, dispensabant aeque ac fouebant aduocati, ecclesiae bona, iura, vtilitates, *y*) nec non subinde praeerant seculari regimini omni; ita, vt sine aduocati auctoritate viribus vix valerent antistites ad aliquid faciendum, nec possent absque Aduocato, vt VADIANVS perhibet, rem aliquam *tradere*, *cambire*, *ratificare*, nec alienare bona ecclesiae; cet. apud GOLDASTVM *rerum Alamannicarum* Tom. III. pag. 108. Locupletes nobis hic auctores quoque sunt, idem probantes, IOANNES SARISBVRIENSIS Epist. VI. et X. CHRISTOPHORVS BROWERVS *Antiquitatum et Annalium Treuirensium* Lib. XIV. Num. CXIII. Tom. II. pag. 62. edit. Leodii 1670. HENRICVS MEIBOMIVS in notis ad *Chronicon Corbeiense*, insert. *Rerum Germanicarum* Tom. I. pag. 759. excus. Helmaestadii 1688. CYRIACVS SPANGENBERG in *der Hennebergischen Chronic* Lib. I. Cap. XXXIX. pag. 75. impress. Argentorati 1599. Add. Diploma in PETRI LAMBECII *Originibus Hamburgensibus* Lib. I. pag. 40. foras dat. Hamburgi 1706. et traditio super Westheim et Mitteldorf, a quadam matrona nomine TVTECHE, EGBERTO Abbati facta; apud CHRISTOPHORVM BROWERVM *z*) *Fuldensium Antiquitatum* Lib. III. Cap. XVI. pag. 260. edit. Antuerpiae 1612. et CHRISTIANVS WVRSTISEN in *Chron. Basileensi* Lib. I. Cap. V. pag. 18. cuius verba ita se habent: „ Im 1240. Iar haben die Gra„ uen zu Thierstein dieses Klosters (Beinweiler) Kostuogtey „ vom Romschen Reich ZV LEHN GEHABT. Der Stifften „ vnd Clöstern Kastvögten Befelch war, nicht nur die Gotts-heuser,

x) Iungi possunt HENRICVS SPELMANNVS in *Glossario Archialogico* pag. 20. edit. Londini 1687. et FLODOARD. *Hist. Remens.* Lib. III. Cap. X.

y) Vid, ANTONII MATTHAEI de *Nobilitate* Lib. II. Cap. XXX. pag. 512. seq. edit. Amstelodami et Lugduni Batauorum 1686.

z) Sermo ibi est de GERLAH Aduocato, qui *vestituram* TVTECHE suscepisse dicitur.

„ heuſer, ſondern auch ihre Leut vnd Guter vor vnbillichem „ Gewalt zu bewahren vnd ihre Rechtungen zu handthaben: „ die Gottshauſs Leute (zu Latein Familiam eccleſiae) zu „ regieren, Gericht zu uben vnd andere Politiſche Geſcheffte „ zu verrichten, damit die ihenigen, ſo zum Gottsdienſt ver- „ widmet, mit weltlichen Geſchefften nicht behafft ſein muſten. „ Hieuon hatten dann die Schirmvögte ein Theil der Fruch- „ ten vnd Einkommen, es were von den Steuren, Todtfaeh- „ len, Buſſen, Gerichtsgeſellen, Frondienſten, vnd in andere „ Weg, nach dem jhe dieſelbigen beſtellet geweſen. „ Iungantur iis charta, qua Abbas et Conuentus monaſterii Ballenſtadenſis duas villulas Slauicas *Nauzedele* et *Nimiz*, Flamiggis petentibus vendunt, conſenſione Aduocati eiusdem monaſterii ſigillo munita; apud IO. CHRIST. BECKMANN in *der Hiſtorie des Fürſtenthums Anhalt* Part. III. Lib. I. Cap. V. §. VI. pag. 154. edit. Serueſtae 1710. et Concambium inter VLRICVM Epiſcopum Spirenſem, et RVDOLPHVM Comitem Palatinum de Tubinga, ſuper Bebenhauſen appertinentiisque, in praeſentia Imperatoris FRIDERICI eiusque filii HEINRICI Romanorum Regis, exiſtentibus eo tempore eccleſiae Spirenſis Aduocatis, vna cum eorum approbatione factum anno MCLXXXVIII. apud I. DV MONT in *Corps Univerſel Diplomatique* Tom. I. P. I. Num. CXCIX. pag. III. ſeq. typis exſcript. Amſtelodami 1726. et Diploma apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM in *Additionibus* ad HVNDII *Metropol. Saliſb.* Tom. I. pag. 164. edit. Ratisponae 1719. Ex quibus monimentis quoque liquet, ad permutationes, precarias, praeſtarias, manumiſſiones, multum momenti et ponderis ſitum fuiſſe in conſenſione Aduocati; nec minus electioni praeſulum interfuiſſe cumprimis Aduocatos, atque in ea ſuffragiis fuiſſe illos praeditos, perſpicimus ex Diplomate eccleſiae Cellae Mariae, Ordinis S. Benedicti,

antea excitato, quod IOANNES PETRVS A LVDEWIG recudi curauit c. l. *Reliqu. Manuscript.* a) Quae munera Aduocatorum, plane congruunt legi huic: nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus; legi, iniungenti Aduocatis multa officia, ne impedimentis variis abstraherentur Episcopi atque Abbates in administratione ecclesiastici muneris; sed adiuuarentur seruarenturque ab Aduocatis. Negari quidem non potest, Aduocatos interdum ab administratione oeconomiae discrepantem cepisse prouinciam; b) hoc namque ante oculos est in Diplomate FRIDERICI I. ecclesiae Goslariensi an. MCLXXXVIII. dato, cuius summam supra retuli. Ast tamen plerumque Aduocatiae vtramque speciem coniunctam esse videmus, exercitamque ab vno eodemque homine; ita, vt nonnulli Dd. vix discernant, quid sit eiusdem generis, quid alterius generis Aduocatorum officium. Quandoquidem defensione ab Aduocato peragenda, cura in omnibus bonis ecclesiae fixa, c) inprimis vero tuitio tum rerum, tum hominum, in territorio Aduocatiae existentium, continetur. d) Hodiernos si respicimus mores, pristina quidem feudorum Aduocatiae ecclesiasticae iura, non semper vigent; quum leges, consuetudines, priuilegia et pacta, fecerint varias mutationes, et com-

a) Quamuis insignis sit Aduocatorum potestas, vt ex iis elucet, quae modo sunt expedita, attamen aliqua ratione eos subiectos fuisse Episcopis, illamque ob caussam dictos *Vicedominos*, obseruat ADREVALD. Lib. I. de *Mirac. S. Bened.* Cap. VI. in vita S. IOANNIS ELEEMOSYNARII Cap. XLVIII.

b) Olim enim ex ordine clericorum subinde eligebantur oeconomi.

c) Conspirat GVILIELMVS REDOAN. de *reb. eccles. non alienand.* sub rubr. de caussae cognitione. Num. XXXI. Add. c. *filiis, cau. 16. quaest. 7.*

d) Hic omne fert punctum illustris FRIDERICVS ESAIAS PVFENDORFFIVS in libro de *iurisdictione Germanica* P. II. S. III. C. I. §. XVIII pag. 302. edit. 1740.

complures ecclesiae, amotis aduocatis, peruenerint ad libertatem; quanquam sublata feuda Aduocatiae, permultis ecclesiis et monasteriis damno fuerint grauissimo, quum postea constituti ab antistitibus ministri, praefecti, *amtmaenner*, haud tueri satis et ab exitio vindicare potuerint ecclesias. Hinc in Charta HENRICI Ratisponensis Episcopi, Rorensi ecclesiae data anno MCXXXVIII. quae exstat apud CHRISTOPHORVM GEWOLDVM in *Additionibus* ad HVNDII *Metropol. Salisburg.* Tom. III. pag. 172. edit. 1719. haec litteris consignata sunt: „Nos „quidem in Rorensi ecclesia propter petitiones et violentias „Aduocatorum, hactenus Aduocatum declinauimus; sed „nunc, ob iniuriam et insolentiam non solum extraneorum, „sed etiam propriorum mutato consilio Aduocatum assumere „deliberauimus. Famuli enim eiusdem ecclesiae, post prae„das et contumelias in tantam audaciam proruperunt, quod „etiam in mortem ipsius praepositi conspirauerint: proinde „nos, vt illorum peruersitatem refraenemus, et ceterorum in„iurias propulsemus, praefatae ecclesiae Aduocatum assu„mentes, formam ipsum eligendi et statuendi, sed et modum „iuri ipsius praefigimus; „ cet. Quemadmodum vero integra quaedam feuda aduocatiae ecclesiasticae, fuerunt consolidata; ita in iis, quae renouata atque seruata sunt, tum dignitatis gradus, tum iurisdictio, et reliqua cum Aduocatia olim coniuncta iura, sunt diminuta infirmataque. Cumprimis enim antistites coeperunt manus admouere iurisdictioni ciuili, criminali sola relicta Aduocatis: quum tamen antea, semper fere iurisdictio omnis, merumque imperium, esset penes Aduocatos; *e*) adeo, vt homines ecclesiae, tam liberi, quam

 serui,

e) ZASIVS in *L. imperium, D. de iurisdictione*, Num. XXIX. apud KLOCKIVM Tom. I. pag. 251. vid. pluribus.

serui, solum Aduocatum ferrent iudicem. *f)* Ea propter priuilegiis, huc facientibus, ornati sunt ab Imperatore Episcopi; quin etiam ab eo inuestiti sic sunt iurisdictione omni, *g)* vt seculares Principes inuestiri solent. Quo facto, Aduocatis ecclesiarum, ab administratione regiminis secularis, multisque aliis negotiis, fuit discedendum; quamuis de feudis Aduocatiae ecclesiasticae nonnulla in Germania supersint, eximiis iuribus adhuc praedita; et feudi titulo particulae illius iuris aduocatitii persaepe concedantur, atque seruentur, prout passim id dedimus probatum. Inueniuntur quidem Episcopi parum multi, qui a iurisdictione Aduocatorum exemti; vti priuilegia, vel pacta, vel consuetudines id praefiniunt; vel ipsi eam exercent, vel per iudices datos. Cuiusmodi exemplum estat in NICOLAI ZYLLESII *Defensione Abbatiae Imperialis S. Maximini* Part. III. pag. 240. verbis: „ Concedimus . . . . ipsius praedicti confessoris Christi familiae, in „ praedicta Treuirorum vrbe, aliisque Imperii nostri ciuitatibus, vel praefecturis habitandi, vt ea conditione, quam „ et nostra Imperialis familia, habeant licentiam . . . . . „ intrandi et exeundi, vendendi et emendi, pascendi et adaquandi, praedia Regalibus familiis mutuo dandi, et ab ipsis „ accipiendi mutuo, et nec Episcoporum aut Ducum, Comi-

„ tumue

f) Vid. *Acta Sanctorum* IVNII Tom. I. pag. 532. et passim, edit. Antuerpiae 1695. conf. tamen CONRADI II. Regis Romanorum Diploma, apud IOANNEM PETRVM A LVDEWIG *Reliquiarum Manuscriptorum omnis aeui Diplomatum* Tom. XI. Num. XXXI. pag. 542. seq. edit. Halae 1737.

g) Criminalem iurisdictionem, quae sanguinis poenam requirit, praelatos administrare hodienum per iudices delegatos, nemo est, qui nesciat. Digni sunt, qui ad hunc locum inspiciantur ANTONIVS PADILLA in *L. transigere, C. de transactionibus,* Num. XIX. et IACOBVS PHILIPPVS PORTIVS *Conf.* VII. Num. XXVII. et IOANNES CEPHALVS *Consil.* I. Num. LXIV.

„ tumue aut alicuius iudiciariae potestatis placitum attendant, nisi solius Abbatis et Aduocatorum, quos ipse elegerit et constituerit; „ cet. Attamen ex documentis generis huius specialibus nulla fluit regula generalis; proin iuri communi conuenienter oritur praesumtio, Aduocatum praeesse iurisdictioni; quum, ad regulas maiorum nostrorum, sit Aduocati, non tantum ecclesiis venire subsidio, sed et habere potestatem iudicandi et pronunciandi de ecclesiae caussis, *b*) ecclesiae colonis, seruis, albinis, hominibus, et reliquis subiectis: id quod iam supra me nisum diplomatibus bene multis, demonstrare memini. Quibus iungi potest MACHTILDIS Teneraemondae Dominae transactio, cum IOANNA Flandriae Comitissa inita anno MCCXXI. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum* Tom. I. Cap. XCIV. pag. 413. edit. Bruxellis 1723. *i*). Verum enim vero non solum ea, quae nobis suppetunt, sed etiam illa, quae aduersantur, videnda. Obiici sentio *cap. 8. recepimus*, *X. de priuilegiis et excessibus*

b) Sunt, qui putant, officium cuiuslibet Aduocati ecclesiastici esse sua natura et origine non proprium, sed delegatum, adeoque stricte semper explicandam formulam constitutionis Aduocatiae; verum enim vero quamuis GEORGIVS MELCHIOR DE LVDOLF in *Symphorem. Consultationum* et *Decisionum Forensium* Tom. III. Obseru. XXVIII. §. III. pag 1018. edit. Francofurti ad Moenum 1739. hanc tueatur sententiam, ac complures alii; ea tamen nondum est firmis satis euicta rationibus. Siquti enim fundatores ecclesiarum, et domini territoriales, propriam potestatem munusque proprium reseruare et possunt, et solent, ratione ecclesiarum; id quod ipse beatus DE LVDOLF agnoscit: ita quoque modis similibus, de quibus antea dictum est, acquisita istius generis potestas propria aliquando fuit, transiitque ad posteros, v. c. titulo subiectionis voluntariae et pactitiae.

i) Hac de re prae reliquis legendus ZEGERVS BERNARDVS VAN ESPEN *Iuris Ecclesiastici vniuersi* Part. II. Tit. XXV. Cap. I. §. XXV. pag. 522. excus. Coloniae Agrippinae 1729. Add. CANGIVS s. t. *Aduocati*.

ſibus priuilegiatorum, *et cap. 18. ex parte*, *X eod. tit.* Nobis tamen ſalua res eſſe videtur; quum Decretalium iure, Germanorum conſuetudines atque inſtituta, hac in re inſigni exemplorum multitudine firmata, non derogentur. *k*) Ceterum hoc tam certum eſt, quam quod certiſſimum, iurisdictionis cauſſa, noſtra aetate, non neceſſe eſſe eccleſiis et monaſteriis creare Aduocatos, quum praeſules Germanorum dudum implicati ſint negotiis ſecularibus, eaque agant. Proin alii defenſionis ergo potiſſimum requirunt Aduocatos; quemadmodum alii, compotes magnae poteſtatis, et confidentes propriis viribus, abrogarunt Aduocatos. Antiſtites autem complures, non eum in finem cooptaſſe Aduocatos, ſeculis proxime a nobis remotis, vt in mallis et placitis ius dicerent Aduocati; verum vt militum Duces, vel vaſallos pugnantes pro eccleſia fortes ac potentes, et ſuſtentantes ſuis opibus caſum eccleſiae, haberent, non abs re exiſtimamus. Nonnullarum namque eccleſiarum bona, hanc ob rem infeudata ſunt, ne oneribus belli premerentur eccleſiae; ſed Aduocatus, pro accepto feudo, ſi res ad manus atque ad pugnam venirent, gereret ſuis ſumtibus bellum pro eccleſia. Hinc in Diplomate, Stabulenſi monaſterio dato a LOTHARIO II. anno MCXXXVII. prodita ſunt haec: „Aduocatum a noſtra manu „accipiat, qui nobis exercitum et expeditionem, et quae ad „ipſum pertinent, pro ſumma et debito ſui beneficii faciat, „Abbate, et ſuis omnibus ſuper hoc quieſcente, et nullam „pro hoc nobis aut ipſi Aduocato redemtionem, aut ſupple- „men-

k) Aduocatus Solmenſis Num. XXI. apud KOLBIVM *Laureae* Parte II. pag. 103. luculenter euictum dedit, Iuris Canonici praeceptiones, ratione exemptionis, ne in regionibus quidem dominorum, Romanae eccleſiae addictorum, eſſe receptas. Praeterea legendo percurre, quae ediſſerit ZABARELLA Conſil. CXXIII.

„ mentum praeſtante; „ cet. apud EDMVNDVM MARTENE et VRSINVM DVRAND *veterum ſcriptorum et monument.* Tom. II. col. 100. edit. 1724. Idem etiam elucet ex aliis iam ſupra expoſitis chartis. Haec generatim dicta ſunto de iuribus Aduocatorum eccleſiaſticorum. Nihil enim attinet de iis loqui, quae ex codicillis clientelaribus ſingulis, moribusque cuiusuis loci, ſunt depromenda; quum iam crebra multaque toto libello exempla fuerint intexta. Id tamen obſeruare liceat, Duces ſereniſſimos Brunſuico-Luneburgicos ſpeciatim vel ſibi reſeruaſſe in terris Brunſuico-Luneburgicis ius Aduocatiae in monaſteria, vel miniſtris ſuis plerumque aduocatiam hancce conceſſiſſe. Facit huc Diploma LOTHARII, anno MCXXXIV. eccleſiae S. Aegidii Brunſuigae datum, hunc in modum: *de Vogedie aber effte wartlicke (weldlige) Gerichte beholden Wy Vns vnd Vnſen Eruen tho dem Schlote Danckquarderode, dat Wy vermittelſt einem Vnſer Dener regeren laten willen;* cet. apud RETHMEIERVM in *Antiquit. Eccleſ. Brunſu.* in *denen Anlagen* ad Part. I. Cap. V. Num. I. In Diplomate eiusdem LOTHARII, an. MCXXXV. exarato, et tradito monaſterio *Koenigslutter*, verba ſe habent ita: „ Aduocatiam eccleſiae iuri „ noſtro, ſeniorique noſtrorum haeredum reſeruantes, per „ vnum miniſterialem noſtrum, absque haereditario iure, „ Abbate petente adminiſtrari decernimus; „ cet. apud RETHMEIERVM in *Chron. Brunſu.* p. 297. *l)* Quamuis vero hodie etiam alii Status Imperii, pro ſuperioritate territoriali, qua pollent, Aduocatiam et protectionem ſuper monaſteria et eccleſias,

l) Vid. *Grundliche Ausfuhrung des Sr. Koenigl. Majeſt. von Groſſ-Brittannien auch Churfurſtl. Durchleucht. zu Braunſchweig vnd Luneburg Aemtern zuſtehenden Rechts wider die an Seiten des Cloſters St. Michaelis in Luneburg neuerlig gemachte Praetenſion auf die iurisdictionem omnimodam uber alle demſelben zugehörende in dem Furſtenthum Luneburg befindlige Leuthe vnd Höffe,* cet. *auf Befehl zum Druck befodert Celle an.* 1723. Cap. IV. §. XI. p. 46.

ſias, in territoriis ſuis ſitas, ſibi vindicent; haec tamen poteſtas ita adplicanda eſt, vt Imperatori ſalua ſemper maneat Aduocatia maieſtatica ſuprema et vniuerſalis. *m*)

§. XXII.
DE FEVDIS ADVOCATIAE IN CIVITATIBVS IMPERII SPECIATIM, SIMILIBVSQVE INSTITVTIS.

Aduocatorum feudalium, in ciuitatibus Imperii conſtitutorum, iura, tam plena diſſenſionis inter doctiſſimos viros ſunt, vt ne primoribus quidem labris attingenda videantur. Haec tamen, ancipiti cogitatione diſtractus, explorata habeo, Aduocatos illos, nuncupatos *Reichs-Amtmaenner*, *Reichs-Schultheiſſen* et *Reichs-Vögte*, adminiſtraſſe iuſtitiam, ac reliqua Imperatorum iura, per diuturnum temporis ſpatium, cura ac diligentia complexos eſſe in vrbibus; *n*) probitate eorum

m) Animum ad haec adpulit IOANNES PHILIPPVS SLEVOGTIVS in commentatione de *Aduocatia Imperatoris eccleſiaſtica*, edita 1690.

n) Luſtra BESOLDVM ſ. v. *Reichs-Voegte*, et HEIDERVM in libro *von den alten Reichs-Vogteyen*, atque obſerua, temporibus antiquiſſimis, ciuitates omnes ita poſitas fuiſſe in poteſtate Imperatorum, vti noſtra aetate pendent ex voluntate Principum vrbes municipales. Imperantibus vero OTTONIBVS, ciuitates eſſe diuiſas in *regales* et *praefectorias*, tradunt GODEFRIDVS Abbas Gottwicenſis in *Chron.* Tom. I. Lib. III. pag. 444. ſeq. edit. 1732. et HADRIANVS VALESIVS Lib. XI. *Rerum Francicarum* ad annum DXXCIV. et CHRISTOPHORVS LEHMANN *Chron. Spir.* Lib. II. Cap. XVIII. pag. 89. ſeq. edit. 1612. Praefectoriae nimirum compellabantur vrbes, quibus praefectus erat Dux, vel Comes. Quae quidem inſtituta, quemadmodum aliqua ratione accedunt ad ſimilitudinem diſcriminis hodierni, quo diſpeſcere licet ciuitates in immediatas; et mediatas ſic paulatim adſpirabant quaedam vrbes ad iura praeclariora longe, et liberatae Ducum et Comitum gubernaculis, capeſſiuere tandem ſuperioritatem territorialem; ea tamen lege, vt regalia quaedam ſeruarentur ab Imperatoribus; quae etiam hodienum aliqua ex parte vigent, et paſſim in Germaniae liberis ciuitatibus, iuſſu Caeſaris, exercentur ab Aduocatis.

eorum mercedibus praemiorum euocata. Sicuti vero ab Imperatore haud pauci Aduocatorum obtinuerunt feuda, aeque ac praescriptione modisque aliis; ita sane, ad exemplum Aduocatorum, integris regionibus praefectorum, de quibus supra dixisse abunde est, non defensionem solum ciuitatum susceperunt, sed et regalia reliqua obiere. Quod ad ius dicendi potestatem attinet, istam expressam reperimus in IACOBI VON KOENIGSHOVEN *aeltesten Teutschen so wol allgemeinen als insonderheit Elsassischen vnd Straßburgischen Chronic* Cap. I. §. XXVIII. edit. Argentorati 1698. cura IOANNIS SCHILTERI, verbis: „ wenne hieuor richtetent die Kunige vnd ander Her„ ren irer undertonen sachen selber us das keine gerichte „ was one sü. Nu ist es darzu kummen. Das ein Keyser „ machet einen Landvoget, ein Bobest einen Bischof. die sa„ chen in iren Landen us zu richtende. dieselben machent „ fürbas Schultheissen .Die Schultheissen setzen underschult„ heissen. Also müssent vil der richter sin. Knehtes Kneh„ tes Kneht; „ cet. Plerumque quidem Aduocati illi, auspiciis Caesaris, praeerant tantum iurisdictioni criminali; id vt euincant, ingenii neruos intendunt IOANNES STVMPFF in *Chron. Heluet.* Lib. VI. Cap. XIV. fol. 426. a. edit. 1586. et Lib. VII. Cap. II. fol. 476. b. et IACOBVS SCHICKFVSIVS in *der neu vermehrten Schlesischen Chronic* Lib. III. Cap. XXV. fol. 299. seq. excus. Vratislauiae sine die et consule, et IOSIAS SIMLERVS de *Heluetiorum Republica*, *pagis foederatis*, *stipendiariis oppidis*, *praefecturis*, *foederibus*, cet. foras dat. Parisiis 1577. Lib. I. fol. 4. b. quem audiamus: „ Accipiebant etiam (Vranii) ab „ Imperio praefectos, quos *Voegt* et *Richszuoegt*, quidam Voi„ tos, fortasse Graeco nomine, quasi βοηθοὺς appellatos existi„ mant: penes hos summa iudiciorum capitalium potestas „ erat. Praefectos huiusmodi rerum capitalium Vrii quoque

„ ab Imperio accepere quondam, ceterum reliquas cauſſas „ Ammanus et ſenatores, ex populo delecti, cognoſcebant, et „ in commune reip. ſuae conſulebant; „ cet. attamen in quibusdam vrbibus Imperii, ciuilem etiam iurisdictionem exercebant. Nonnulli quoque extraiudicialiter recipiebant ciuitates in tutelam, vt ocio pacis conſuleretur, quae nec hoſtem externum, nec ſeditionem metuit; neque minus alia negotia momenti grauioris expediebant conficiebantque; prout manifeſtum fit ex Diplomate HENRICI Romanorum Regis, ad Goſlarienſes miſſo an. MCCXXXVIII. quod ſiſtit IO. GEORGIVS LEVCKFELD *Antiq. Poeldenſ.* Append. IV. Num. XVIII. pag. 289. ſeq. edit. Guelpherbyt. 1707. et ex litteris fundationis piae domus S. Ioannis Baptiſtae, quae Goſlariae eſt, anno MCCLIV. conſcriptis; apud IO. GEORGIVM LEVCKFELD *Antiq. Poeld.* Cap. XX. pag. 127. ſeq. excuſ. 1707. et ex Diplomate, quo Aduocati, Conſules et ceteri Burgenſes Bremenſes, Burgenſibus de Brunſuic varia concedunt iura an. MCCLVI. apud PHILIPPVM IVLIVM REHTMEIER in *der Braunſchw. Luneburg. Chronic* Part. III. Cap. XXVII. p. 493. ſeq. edit. Brunſuigae 1722. neque minus ex Charta, qua Aduocatus et Conſules Hamburgenſes priuilegium mercatoribus Brunſuicenſibus, Hamburgum ſe conferentibus, vel ibi agentibus, irrogant an. MCCLVIII. apud PHILIPPVM IVLIVM REHTMEIER in *der Braunſchw. Luneburgiſchen Chronic* p. 494. excuſ. 1722. aliisque innumeris; quamuis poſitum ſit extra controuerſiam, Aduocatis compluribus partes has nunquam eſſe impoſitas, vt extraiudicialem ferrent laborem. *o*) Quomodo enim ſupra indicauimus generatim, Aduocatorum feudalium non eſſe eandem conditionem ſemper, ſed inter ſe diſcrepare quandoque, et multa feuda differre naturis, litteris clientelaribus, priuilegiis,

o) Hic ſuffragamur HEIDERI ſententiae, in *Deduct. Lindau.* propoſitae p. 573.

giis, consuetudine aliisque rationibus: *p*) sic praecipue in ciuitatibus liberis Imperii id reperitur. *q*) Facilis praeterea distinctio est *Imperialium Praefectorum (der Reichs-Vögte)* et *Imperii Scultetorum, (der Reichs-Schultheissen)* si vocabula illa in sensu proprio accipere velimus. Praefecti Imperiales nimirum habebant criminalem iurisdictionem, Sculteti autem ciuilem. Quam ob rem formulam saepenumero legimus: *daß sie über schaedliche Leut richten mögen, wie wir ihn denn den Bann dazu verliehen haben vnd den Gewalt geben;* quam depre. hendes in volumine rerum Germanicarum nouo, siue de *Pace Imperii Publica* Lib. I. Cap. I. Num. LXXXVI. seq. pag. 8. edit. Vlmae a IO. PHILIPPO DATT, et in SPECVLO SVEVICO Cap. CCCXI. §. II. seq. *r*) Etsi vero Imperii praefecti administrabant plerumque negocia ciuitatis publica, et praeerant mero imperio; interdum tamen Sculteti etiam participes erant iurisdictionis criminalis. *s*) Quantum ad virtutes eiusmodi Aduocatorum attinet, muneribus illis, priscis temporibus, praecipue in vrbibus, ob morum integritatem et vitae sanctimoniam commendabiles, praefecti sunt ab Imperatoribus antisti-

 tes.

p) Hinc non omnis iurisdictio semper fuit penes huiusmodi Aduocatos, sed plerumque determinata tantum species, teste illustri DAV. GEORG. STRVBEN *Obseruationum iuris et historiae Germanicae* Obseru. IX. pag. 272. edit. Hildesiae 1735.

q) obseruante PHILIPPO KNIPSCHILD in tractat. de *iuribus et priuilegiis ciuitatum imperialium* Lib. V. Cap. III. pag. 399. sequ. recus. Argentorati 1740.

r) Add. IACOBVS VON KOENIGSHOFEN *in der aeltesten Teutschen sowol allgemeinen als insonderheit Elsassischen vnd Straßburgischen Chronic* pag. 704. excus. 1698.

s) Praeter alios de his legi possunt IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII commentatio *de Sacri Rom. Imperii libera ciuitate Noribergensi* Lib. II. Cap. I. pag. 293. edit. Altdorfi Noricorum 1697. qui sistit Diploma RVDOLPHI, promulgatum anno MCCLXXIII. et BVRCARDVS GOTT. HELFFIVS STRVVIVS in *Corpore Iuris Publici* Cap. XXII. pag. 800. edit. Ienae 1738.

tes. Quum vero animis inflati, fastidio et contumacia elati, molestias exhiberent praesules ciuitatibus; seculares principes, comites aliique proceres, suis ceruicibus munia haec sustinere coeperunt. Id sciri facillime potest ex chartis publicis; post fata nempe Imperatoris RVDOLPHI I. Aduocatia Augustana RVDOLPHO Bauariae Duci concessa est, quae seculo sequenti transiit ad Ducem Bauariae STEPHANVM, LEOPOLDVM Austriae Ducem, et FRIDERICVM Palatinum Rheni. *t*) Tanti Principes, compellati ADVOCATI SVPERIORES, vt elucet ex Diplomate, quo senatus populusque Aquisgranensis IOANNEM I. Lotharingiae Brabantiaeque Ducem agnoscit suum Aduocatum superiorem anno MCCLXXX. apud AVBERTVM MIRAEVM *Operum Diplomaticorum et Historicorum* Tom. I. pag. 208. excus. Bruxellis 1723. aduocatiam feudalem vel ipsi gessere, vel per vicarios tractauerunt egeruntque. Maxime enim vsitatam hic fuisse semper fere substitutorum operam, tum supra denarrata huiusmodi feudorum exempla comprobant luculenter, tum scriptores rerum fide dignissimi. Huc spectat cumprimis SIGISMVNDI Imperatoris priuilegium, Constantiensibus concessum, huius argumenti: „ dass ein jeglicher ihr Vogt, vnder dem sie zu der ehgenanten Landgrafschafft im Turgaw vnd der Vogtey zu Frawenfeld je dann sezen vnd sezen werden, oder jezt gesezt haben, den Gewalt vnd den Bann haben über das Blut zu richten vnd von solcher hohen Gericht wegen zu strafen vnd zu büssen. Nemlich, dass auch ein Burgermeister der, je zu Zeiten ist, einem jeglichen ihrem Vogt vnd Vndervogt, von vnser vnd dess Reichs wegen den Bann habe also zu verleihen vnd zu Leihen, dieweil vnd alss lang die Vogtey „ vnd

t) Vid. NICOLAVS MYLERVS c. l.

„ vnd Landgrafſchafft zu ihren Handen ſtehen; „ *u*) cet. nec non eo collineant litterae clientelares, ab Imperatore IOSEPHO datae BENIAM. VON MENTZINGEN, *über die Land-Vogtey vnd den Blutbann zu Augſpurg*, anno MDCCVI. verbis: „ daſs „ gemeldter von MENZINGEN gedachten von Augſpurg Land-„ Vogt ſein Leben lang .... ſeyn vnd den Bann über das Blut „ zu richten, an ihrer ſtatt von vns vnd dem H. Reich in Le-„ hens weiſs innenhaben, vnd den fürters ſeinem Unter-Vogt, „ den man Stadt-Vogt nennet, befehlen; „ apud LVNIGIVM in *des Teutſchen Reichs-Archivs* Partis Specialis *IV. vnd lezten Continuation* Part. I. p. 180. Num. LXIX. edit. Lipſiae 1714. *x*) Pari modo hodienum sereniſſimum Haſſ. Darmſtad. Landgrauius praefectura Wetzlarienſi eſt inueſtitus ab Imperatore, ibique conſtituit vicarium *einen Vogt*, qui praeſidet iudiciis et executionum negotia procurat. *y*) Id quod plane conuenit cum natura feudorum; quum noſtra aetate plerumque vaſalli per

 eos,

v) Agit de hoc priuilegio IOANNES PHILIPPVS DATT de *Pace Imperii Publica* Lib. I. Cap. I. pag. 8. edit. Vlmae 1698. et Num. XCI. haec profert: „ Cum .... Aduocatiae et „ praefecturae imperiales, ſoluto feu-„ dali, vel pignoris vinculo, variis „ titulis, oneroſis plerumque Ciuita-„ tibus Imperii iure proprio relinque-„ rentur, hae, nondum ab Imperato-„ ribus banno ſanguinis, cuius exer-„ citium Caſaris nomine Aduocati ha-„ ctenus habebant, per ſpecialia pri-„ uilegia impetrato, eandem in homi-„ nes noxios poteſtatem, ſpeciali con-„ ceſſione Imperatorum paulatim na-„ ctae ſunt. „

x) Nec praetermittendus hic eſt IACOBVS SCHICKFVSIVS in *der neuvermehrten Schleſiſchen Chronic* Lib. III. Cap. XXV. pag. 299. ſeq et paſſim, vtpote qui alia exempla ſuppeditat. Intelligimus quoque ex hoc, libro, Aduocatis perſaepe ius fuiſſe pro ſumma ſua libertate deſtituendi vicarios. Vid. pag. 301. edit. Vratislauiae ſine die et conſule.

y) Inſpice quid ſit hac de Aduocatia ſcriptum in PHILIPPI KNIPSCHILD tractatu de *iuribus et priuilegiis ciuitatum imperialium* Lib. III. Cap. LIX. pag. 333. ſeq. edit. Argentorati 1740.

eos, qui vicem alterius obtinent, in aliis etiam feudis, domino consentiente, huius commodis vtilitatibusque seruiant, vel pecunia seruitia redimant; z) quamuis ob electam personae fidem, arg. *L. vm. ∫. 9. C. de caducis tollendis*, et *L. vlt. ∫. 1. de muneribus et honoribus*, vasallus ipse debeat comparere. *a*) Ceterum ad exemplum liberarum Imperii ciuitatum, *Vogti* et *Stadtvogti* vrbibus haud paucis prouincialibus, cumprimis in Saxonia, praefecti sunt. *b*) Ita enim in Diplomate Brunsuicensis

z) Plura leges apud IACOBVM DE AXELLO de *Adoba releuii atque subsidii*, excus. Lugduni 1551.

a) Si vero dominus postulat, vt vasallus ipse sit praesto, tunc iuramentum vasalli praecise ad factum obligat; arg. *cap. 7. et cap. 11. X. de iureiurando.* Conf. SCHVLTEN c. l. pag. 53. quamuis alias regulariter praestatione interesse, obligationibus, ratione factorum, queamus liberari iuxta *L. 13. D. de re indicata et de effectu sententiarum*, et *L. 72. de V. O.* Conf. tamen BVRCKHARDI BARDILI tractatus *de obligatione faciendi*, excus. Tubingae, 1749.

b) In *Originibus* et *Antiquitatibus Hannouerensibus*, edit. a celeberrimo CHRISTIANO VLRICO GRVPEN, Gottingae 1740. memoriae prodita sunt haec §. IX. pag. 231. „In hiesigen „Saechsischen Landen waren in al„len Staedten, auch in denen, wel„che zur Immedietaet gediehen, *Ad„uocati*, welche Nahmen entweder „die Comites selbst, oder ihre Vasalli „führeten. In dem Lüneburger „Landgerichte, als einem Iudicio „provinciali maiori bey Göttingen, „zeigen sich A. 1255. zwey Advocati „Ducis in charta inedita Hermanni, „Godescalci et Ottonum fratrum no„bilium DE PLESSE, in verbis: Acta „sunt haec publice in monte Layne „in praesentia Aduocatorum Ducis „WILLEKINI et FRIDERICI. Wil„lekinus nennet sich in seinen Brief„fen A. 1262. apud LEYSER. Hist. „Comit. Eberstein. p. 96. Ego Wil„likinus Aduocatus Dni Ducis de „Brunswich, vnd in seinem sigillo lau„tet die Vmschrifft: sigillum Will„kini Aduocati in Guthinge. In ei„nem anderen Brieff de A. 1263. Her„manni de VSLARIA apud Leyser „Hist. Comit. Eberstein p. 98. stehet „von ihm: Willekini tunc temporis „Aduocati in Göttingen, vnd die Vm„schrifft auf dessen Siegel lautet: „sig. Willekini Aduocati in Göttin„gen, welchen Willekinum LVBECVS Chron. MSS. North. vor einen „von Bodenhausen ausgegeben. In „Char-

censis MAGNI et fratris ERNESTI, an. MCCCXLV. confecto, haec legimus: „Dimisimus (haec sunt verba Ducum) Aduo„catiam nostram in Brunsuik, sicut inclytus Princeps, Domi„nus OTTO, Dux quondam in Brunsuick, b. m. olim affinis „noster, ipsis eandem vendidit, ac dimisit, nec non specialia „iudicia nostra, scilicet veterem vicum et saccum, cum inha„bitantibus ibidem . . possumus tamen vna cum heredibus „nostris omnia praescripta iudicia nostra, scilicet veterem vi„cum et saccum, cum Aduocatia praedicta, atque suis perti„nentiis ac libertatibus, pro sexaginta et 90. Marcis puri ar„genti et ponderis Brunsuicensis, reemere, cum se facultas „obtulerit, a consulibus antedictis; „ cet. apud IOANNEM PAVLVM KRESSIVM in *Opusculis iuridicis variis* edit. Helmstadii 1742. Conf. antiquissimae leges municipales ciuitatis Brun-

„Charta HENRICI ALBERTI et „WILHELMI Ducum A. 1279. in Göt„tingischer Geschicht Beschr. P. I. p. „67. wird vnter den Zeugen ange„zogen, Wilhelmus Aduocatus de „STOCKHVSEN, woselbst in einer „mir zu Haenden gekommenen Ab„schrifft: Willekinus Aduocatus de „ALDENHVSEN, geschrieben wor„den. HENR. LEO hatte durchge„hends in allen Staedten seine Ad„uocatos, als da waren: A. 1154. Lv„DOLPHVS Aduocatus de Bruns„wich. Charta Henr. Leonis A. eiusd. „apud *Rethm.* Chron. Brunsw. p. 328.

„A. 1154. 1170. Henricus Advocatus „in Luneborg et Gherardus Schulte„tus de Bardwich. Charta Henr. Le„onis A. 1154. apud Rethm. p. 328. 334 „Dessen Söhne Otto IV. Henri„cus Palatinus vnd Wilhelmus glei„cher massen, darunter waren 1204. „A. 1223. Baldewinus Aduocatus Ot„tonis IV. Charta Ottonis Imp. A. „1204. ap. *Rethm*, Braunsch Kirchen„Historie Beyl. ad capit. VII. p. 108. „charta eiusd. ap. *Rethm.* Chr. Brunsw. „p. 452. welcher Balduinus Aduoca„tus schon A. 1219. in dem Vertrags„Brieff zwischen dem Ertzbischoff „von Bremen vnd Henrico Palatino „Imp. *Rethm.* p. 425. erscheinet: Bal„dewin Advocatus. A. 1213. Baldewi„nus Adv. Henr. Palatini, charta „eiusd. ap. *Rethm.* Braunschw. Kir„chen-Historie Beyl. c. 8. nr 2. p. 59. „A. 1200. Hartmannus Advocatus in „charta Wilhelmi D. A. 1200. ap. „*Pfeffinger* Hist. Dom. Brunsw. P „I. pag. 93.

Brunſuicenſis, ex MSto editae a LEIBNITIO Tom. III. *Script. Brunſu.* Num. XVII. et Praefat. ad Tom. III. pag. 15. atque obſeruetur, tum Saxoniae Duces, tum Brunſuicenſes, iis ſuccedentes, Brunſuigae vicarium, ſeu producem conſtituiſſe, qui Aduocatus adpellatus eſt. Quod Aduocati officium, ad vnam familiam, per diuturnum temporis ſpatium, iure hereditario reſtrictum videtur ob merita maiorum. Vid. MEIBOMIVS in notis ad GERHARDI *Hiſtoriam* de HENRICO LEONE Tom. I. *Rerum Germanicarum* pag. 443. qui ſpeciatim de *Aduocato* LVDOLFO de Brunſwich ediſſerit, et variis de cauſſis affirmat, Wendenos fuiſſe hos aduocatos, quorum etiam familiam in Riddagshuſano Chronico, ſumtu et auctoritate Windrufii, ſed cura MEIBOMII publicato, expoſitam reperimus. Addatur etiam *Chronicon Stederburgenſe*, edit. a LEIBNITIO *Scriptor. rer. Brunſuic.* Tom. I, pag. 865. et p. 781. quo loco verba monachi Weingartenſis, quae huc faciunt, adferuntur. Neque minus Aduocatorum Hannoueranorum mentio facta eſt in Diplomate, quod OTTO Dux de Brunſwic, ciuitati Hannouer anno MCCXLI. dedit, apud IO. FRIDERICVM PFEFFINGERVM in *der Hiſtorie des Braunſchweig-Lüneburgiſchen Hauſes* Part. II. Lib. V. Cap. VIII. p. 954. excuſ. Hamburgi 1732. De Aduocatis *in Luneborch* euoluatur idem PFEFFINGERVS c. l. Part. II. Lib. IV. Cap. IV. p. 161. Gottingae etiam Aduocatos fuiſſe, oſtendit POLYCARPVS LEYSERVS in *Hiſtoria Comitum Eberſteinenſium in Saxonia*, pag. 96. edit. Helmſtad. 1724. Ad ciuitatem Cellenſem quod attinet, in legibus eius, de Voigto haec ſancita ſunt: *Wen de Vogt enen Richter ſat an ſine ſtatt wat vor ehme gelebnt wird dat ſal weſen gelicbe ſtede, als it de Hertoghe ſulve dede;* cet. apud LEIBNITIVM Tom. III. pag. 438.

483. et KRESSIVM c. l. pag. 66. *c*) Porro IO. BENEDICTVS CARPZOVIVS in *Analectis fastorum Zittauiensium*, excus. Zittauiae 1716. Part. II. Cap. II. §. II. p. 248. tradit: *Dergleichen Voigte sind bey jeder derer sechs Staedte in Ober-Lausitz einer bestellet gewesen, so jeglichen Creysse vnd Weichbilde über die Ritterschafft desselben Landes-Recht gesprochen, vnd die Straßen Sicherheit befoerdert, gleichwol aber von dem Ober-Land-Voigt, so über das gantze Marggrafftthum zu gebieten gehabt, vnd des abwesenden Landes-Herrn Person, als Nomarcha oder Pro-Marchio vertreten, dependiren müssen. Dem Zittauischen Voigte nun hat Keyser* CAROLVS IV. *das Schloß Carls-Friede im Gaeblischen Gebürge zu einen Sitz vnd Wohnung eingeräumet, κ. τ. λ.* Extra Saxoniam similia occurrunt exempla. Expendatur modo Diploma fundationis oppidi *Bublitz*, in Episcopatu, hodie Principatu Camminensi, anno MDCIV. exaratum, sistens verba: „Nahfolgig belehnen desulvigen Besittere van wegen vser „Anropinge in der Stat vnd ehrer Eigenheit, Alse dat sie ei„nen van sick sulvest efte einen andern nah Rahde vnd Vol„bort thom Advocaten effte Rechtes-Byverwanten constitue„ren vnd setten mögen, die dar mag richten alle Werlicke „vnd Lesterlicke Saken. (Ciuiles et Criminales) Dese Posses„soren vnd Besittere schölen ock an sick nehmen, vnd in „ewigheit tho Lehn-Gude hebben van vnd alle Excessus efte „Avertredingen van LX. Schillingen, vnd darunter vns anka„mende na Gelegenheit der klagende Parte gemelter Stat. „Geliker Wyse middeler Tydt der X. Jahre vorgenomet „schö-

c) Aduocatorum complurium Brunsuicensium, Luneburgensium, Hannoueranorum et Cellensium nomina percenset. V. A. CHRISTIANVS VLRICVS GRVPEN c. l. pag. 232. seq.

„ schölen de Besittere de groteſten Avertredungen tho ſtraf-„ fende hebben. Wen averſt de X. Jahr verby ſind, ſchölen „ alle Gerechtigkeite vullenkaemlicken vns vnd vnſern Nah-„ kamelingen gebören vnd thoeigenen; „ cet. apud MARTINVM RANGONEM in *Pomerania Diplomatica* pag. 208. edit. Francofurti ad Viadrum 1707. Perluſtrentur etiam litterae nouae confirmatae vrbis Treptoae anno MCCLXXXV. apud MARTINVM RANGONEM in *Pomerania Diplomatica* N. VIII. p. 192. Ceterum ex adhuc diſputatis colligimus, feuda Aduocatiae, nominatim togatae in ciuitatibus Imperii liberis, conuenire cum feudis *Gaſtaldiae*, *d)* *Ambachtiae* et *iurisdictionis*. Quapropter quoque Ambachtsmannos numero aduocatorum adſcribere licet, ſi notiones ſupra prolatas rite comparamus. *e)* Vocan-

d) Gaſtaldiae ſeu Caſtaldiae feudum, vocari ſolet feudum mercedis, ob procurationem et adminiſtrationem bonorum domini datum. Conſtat enim, agendis rebus, vel procurandis praediis praepoſitos, dictos eſſe Gaſtaldos, et, vt Gloſſa indicat, actores ſiue oeconomos. (*Amtleute*, *Vögte*,) Conf. *I. Feud.* 10. et MATTHIAE STEPHANI *Practicae Oeconomiae iuris vniuerſi* Pars altera Lib. I. Cap. III. Num. XLVII. pag. 27. nec non RENATI CHOPPINI de *Domanio Franciae* Lib. III. Tit. XVIII. pag. 507. edit. Pariſiis 1589. qui temporarium non vero perpetuum fuiſſe Gaſtaldorum munus, atque ita Guaſtaldiam a feudi propria recedere natura, adſeuerat; id quod confirmat IACOBVS ALVAROTTVS, probe obſeruans, regulariter reuocari feudum Guaſtaldiae, poſt annum elapſum, niſi in conceſſione eius, tempus certum adiectum ſit, vel conſuetudo terminum illum extendat prorogetque. Vid. ipſius *Lectura in vſus Feudorum* fol. 11. edit. Francofurti ad Moenum 1587. Add. SCHRADERVS c. l. P. II. Cap. IV. Num. XXIX.

e) Hinc in notis ad auctorem incertum, qui de *rebus Vltraiectinis*, et inprimis de bello cum Couordenſibus, Tarantiis, ſeu Drentinis olim geſto, commentatus eſt, edit. Hagae Comitum 1740. pag. 175 haec legimus: „ *Ambacht Aduocatia*, Charta Ann. „ 1227. Quae quidem quadraginta ſex „ iugera terrae vna cum dictis domi-„ bus

Vocantur nimirum *Ambachtsmanni, f*) miniſtri qui praedio, vel terrarum cuidam tractui praeficiuntur, vt tam bona, quam iurisdictionem domini adminiſtrent. Hoc quicquid eſt oneris ac muneris, illi diuerſa ratione ſuſtinuerunt olim, *g*) prout noſtra aetate illud pro ſumma dominorum libertate imponitur, et feudalem indolem in multis Germanorum regionibus admittit; quandoquidem hic eſt mos patrius, per inueſtitu-

 ram

„bus et aedificiis quondam Iacobus „de Bloot et deinde etc. a nobis in „pactum tenuerant cum iuſtitia temporali ſiue Aduocatia, quae vulgariter *Ambacht* appellatur etc. Ambacht „et *territorium*, et *media iurisdictio*, „*quae alicui in eo competit*. Charta „Ann. 1233. Ego Florentius Comes „Hollandiae notum facio vniuerſis „hoc ſcriptum intuentibus, quod „omnem terram, quae vocatur *Weich*, „inter Oddonchem et Siwende ex„tra aggerem Putthem et Grothem, „quae ad me ſpectabat, dedi in pro„prietatem Nicolao Perſyn de Haer„lem et Wilhelmo de Eggemonde, „aequa inter ipſos portione etc. iam „nominatis fidelibus noſtris dedi in „feudum iurisdictionem, quae *Am*„*bacht* dicitur, et decimam iam di„ctae tam maiorem quam minorem, „Actum anno MCCXXX. tertio Ka„lend. Martii. „cetera.

f) Vocabulum *Ambacht* et *Ambat*, ſeruum vel miniſtrum denotare, cognoſcimus ex VLPHILAE verſione Euangel. Gothica; en verba: *Tharuh ſtot hun skalcos jah andbahtos baurja vaurkjandans*. (ſtabant autem ſerui et miniſtri ad prunas) IOH. Cap. XVIII. v. 18. Id quod pluribus euicerunt teſtimoniis LINDENBR. in *Gloſſario* ſub voce *Ambaſcia*, et IOANNES GEORGIVS KEYSLER in *Antiquitatibus Selectis Septentrionalibus et Celticis* Cap. VIII. §. XLIX. pag. 288. excuſ. Hannouerae 1720.

g) Interdum Aduocatis certum officii tempus tantummodo ſtatuebatur; hinc in Diplomate RVDOLPHI I. Romanorum Regis, *Turicenſi* ciuitati dato anno MCCLXXIII. haec legimus: Aduocatus, quem eis praefe„cerimus, duobus annis ſolum rege„re debet ciuitatem Thuricenſem, „qui et completo biennio infra pro„ximum quinquennium ad Aduoca„tiam dictae ciuitatis nullatenus de„bet praefici, vel aſſumi; „ cet. apud MARQVARDVM HERRGOTT *Geneal. Diplomat. Auguſtae Gentis Habsburg.* Volum. III. ſeu Tomi II. P. altera Num. DXXXIII. pag. 439. edit. Viennae Auſtriae 1737.

ram feudalem tribuere illam prouinciam. Quam ob caussam persaepe versantur ob oculos in monimentis medii aeui, vocabula *der belehnte Vogt*, velut *im Weichbild* Art. XVI. *h*) Hinc feudum Ambachtiae nuncupo *das Ober-Spiel Grafen-Amt*, quo Comites BREVNERII ab Austriae Archiduce inuestiuntur, ea lege, vt musici, mimi et histriones, tutelae, directioni et iurisdictioni eorum Comitum, in caussis artis suae subiiciantur. *i*) Huc spectat etiam priuilegium, titulo feudi concessum, vi cuius iurisdictio in musicos, ratione artis ipsorum, exercetur a gente RAPPOLSTEINIORVM. *k*) Simili ratione RVPERTVS Palat. Imp. inuestituit de *ycb* et *Ladeampt*, in ciuitate Sueuiae Gemunde, EBERHARDVM VENERN et filium, ciues Gem. *ir beyder vnd ir igliches leptage*, an. MCCCCI. item *das Schultheissen-Amt zu Gemunde, doch alles bis vf vnser widerruffen*, an. MCCCCI. *l*) Idem inuestiuit ciuitatem Memingensem de *Ammanampt, zehen gantzer jar vnd darnach biß vf widerruffen*, anno MCCCCI. WENCESLAVS Imp. inuestiuit ciuitatem Basileam de feudo Aduocatiae *Ampte der Vogtye mit allen ihren Zugehorungen, als es vns vnd dem Riche ledig worden is*, pro C. florenis oppignorato, MCCCLXXXVI. quod

h) apud IOANNEM GRYPHIANDRVM de *Weichbildis Saxonicis* Cap. LXIII. Num. XV. pag. 158. edit. 1666. Argentorati. Add. b. IO. GOTTL. HEINECCII *Elementa Iuris Germanici* tum veteris, tum hodierni, Tom. II. Lib. II. Tit XXX §. CCCLXXXIV. pag. 342. edit. Halae 1737.

i) Exemplum hoc produxit vir illustris et magni nominis CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDERVS in *Amoenitatibus Iuris Feudalis* Num. X. pag. 67. seq. edit. 1741.

k) Vid. IOANNIS FRIDERICI SCHEID Differtatio de *iure in Musicos singulari*, German. *Dienste vnd Obrigkeit der Spielleut*, Rappolsteinensi Comitatui annexo, excus Ienae 1738.

l) teste IOANNE SCHILTERO in Codice *Iuris Alemannici Feudali*, pag. 286. excus Argentorati 1728.

quod confirmauit RVPERTVS Imp. anno MCCCCI. Inde igitur efficitur conclusio, differre sententiam subiectam sub his verbis: *amptsweise einen Ort befehlen*, a significatione formulae huius: *mit einem ampt beliben. m)* Attamen negari non potest, feudi vocem aliquando in sensu accipi latissimo, et mandato solo in eum ordinem cooptatos praefectos, id saepe ipsum sumere faciendum munus, quo funguntur infeudati. Quam forsan ob causam illustris Procancellarius IOANNES GEORGIVS ESTOR in *Obseruationibus Iuris Feudalis* edit. Ienae 1740. pag. 45. Obs. XL. pronunciat: „Feudum „praefecti, *Vogt-Leben*, notat idem, ac si dixeris: munere „praefecti fungi, *einen Amtmannsdienst verwalten.* „ Interdum vero Germanorum *Ambachtslehne* propriam habere feudi naturam, tum a nobis adlata exempla, tum alia, condocent luculenter. *n*)

§. XXIII.

LEGES OFFICIVM ERGA ADVOCATOS FEVDALES CONSERVARE MONENT.

Adhuc explicata et expedita placita, aperiunt satis multitudinem officiorum, quae erga Aduocatos praetermittenda non sunt clientibus; adeo, vt vix opus sit vberiori disquisitione. Quilibet enim adstipulabitur nobis, inde rationibus subductis hanc summam cogitationum nostrarum facientibus: clientes, quae aduocatum velle, quaeque ad aduocatum

 perti-

m) Legatur SCHILTERVS l. c. qui multas species feudorum huiusmodi recenset.

n) Plura suppeditat illustris CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDERVS in *Amoenitatibus Iuris Feudalis* pag. 59. seq. excus. 1741.

pertinere arbitrabuntur, ſtudioſe diligenterque curabunt, legibus ſupra expoſitis conuenienter; *o*) vel colligentibus nobis, aduocatum haud violandum eſſe ab iis, ſeu non laceſſentem aduocatum nunquam laedendum; vel concluſiuncula cauſſam comprehendentibus hacce: hoſtibus aduocati non debere praeſto eſſe clientes; vel affirmantibus, adhibendam eſſe quandam reuerentiam aduerſus aduocatos; cetera. Reuerentiam atque obſeruantiam quod attinet, haec tantum efficacitatis habuit in iis dudum, vt aduocati nuncuparentur *Domini*, ſeu *Vogtey-Herren; p*) quamuis ex defenſionis et protectionis iure, prout ſupra haud perplexe indicauimus, non ſemper exiſtat et exoriatur dominium directum, vel vtile. Quae quum ita ſint, conſequens eſt, vt honorifica maxime ſint feuda Aduocatiae, et exigant bene multa officia a protegendis perſoluenda. Vid. Diploma HENRICI III. datum Treuiris anno MLVI. apud NICOLAVM ZYLLESIVM in *defenſione Abbatiae Imperialis S. Maximini* Part. III. p. 39. ſeq. excuſ. 1638. et HVNDII *Metropolis Salisburgenſis* Tom. III. pag. 50. edit. Ratisponae 1719. et Anonymus in *Hiſtoria Treuirenſi* pag. 250.

o) Aduocatiam efficere inaequalis foederis ſpeciem, qua Aduocato conceditur praelatio, oſtendimus ſupra. Attamen clientes regulariter non ſub Imperio proprie ſic dicto eſſe, ſed ſub patrocinio, alibi eſt dictum a nobis; vti etiam obſeruauimus antea, aliquando Aduocatiam et territorialem ſuperioritatem coniungi, adeoque regulam illam pati deliquium

p) Hinc Aduocatorum dignitas inſignis, ſpeciatim in Aduocatiis eccleſiaſticis, *maioris domus* titulo fuit ornata, teſtibus LAMBERTO SCHAFNABVRGENSI l. c. ad annum MLXVI. nec non GVIBERTO Abbate Lib. III. de vita ſua Cap. V.

250. et IOANNIS FRIDERICI SCHANNAT *Historia Fuldensis* pag. 48. excus. Francofurti ad Moenum 1729. Quemadmodum enim dominus propugnationem interdum suscipit pro vasallo, secundum ius feudorum commune, atque hinc, vt fert doctorum virorum opinio, feuda comparantur, vt defensio mutuis officiis gubernetur; *II. Feud. 6. q*) quam formula, quae in ore omnium fere versatur, aut versata quondam est: *getreuer Herr*, *getreuer Knecht*, *r*) effert et prodit: ita nonnunquam Aduocatus vasallus defendendus est a domino. Quapropter in aduocatiis armatis saepe auxilium accipitur, et redditur, ea ratione, vt cum foederibus inaequalibus cognationem habeant magna ex parte feuda aduocatiae; id quod elucet ex litteris clientelaribus, quas THYMO Corbeiensis Abbas, Aduocatiam Huxariensem transferens in ALBERTVM et IOANNEM Brunsuicenses Duces, concinnauit an. MCCLXV. in quibus verba leguntur: „ De supra abundante autem gra- „ tia adiicimus, si Hoxarienses rebelles extiterint, et in qui- „ bus tenentur, non velint Dominis Ducibus obedire, quod „ ipsis de omnibus castris ecclesiae ac munitionibus contra „ Hoxa-

q) De quo argumento perillustris HENRICVS CHRISTIANVS DE SENCKENBERG in *primis lineis Iuris Feudalis* Part. II. Cap. XII. §. CCCXLIII. pag. 388. seq. edit Göttingae 1737. est commentatus.

r) Quam explanant PHIL. KNIPSCHILD in Diss. de *obligatione domini erga vasallum* edit. 1697. et PETRVS SCHVLTZEN in Differt. de *vasallo adiutore* Cap. II. §. III. pag. 19 impress. 1736. et LVDOVICI l. c. p. 73. PISTORIVS in *thesauro paroemiar.* Centur. X. pag. 948. REICHHELM in diss. de *fide reciproca coniugali domini cum vasallo*, et LYSER *de fide fidelitatis*.

„ Hoxarienſes pro viribus aſtabimus et muniale auxilium „ praeſtabimus bona fide; „ cet. apud NICOLAVM SCHATEN *Annalium Paderbornenſium* Parte II. Lib. XI. pag. 109. excuſ. Neuhuſii 1698. Ceterum hic quaeri poteſt, ſit ne aliqua feudi Aduocatiae actio, an nulla? diſſeri etiam de actionibus hac de re conſtitutis, et de iis quae ſunt generis eiusdem copioſe licet. Verum haec iam miſſa facio; alio tempore enodanda.

FINIS.



